# CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. LXII.

## S. AMBROSII OPERA

PARS V:

EXPOSITIO PSALMI CXVIII

RECENSVIT

M. PETSCHENIG

VINDOBONAE
F. TEMPSKY



LIPSIAE
G. FREYTAG (G. m. b. H.)

MDCCCCXIII

# SANCTI AMBROSII OPERA

## PARS QUINTA: EXPOSITIO PSALMI CXVIII

RECENSVIT

M. PETSCHENIG

VINDOBONAE
F. TEMPSKY



LIPSIAE
G. FREYTAG (G. m. b. H.)

MDCCCCXIII

Typis expressit G. Freytag, Vindobonae.

# PRAEFATIO.

Secutus morem patrum Graecorum psalmos per homilias enarrandi Ambrosius rem ita instituit, ut psalmum centesimum duodeuicesimum, qui per uiginti duas litteras alphabeti Hebraici digestus est, totidem sermonibus siue tractatibus, reliquos autem duodecim quos attigit, hoc est 1, 35—40, 43, 45, 47, 48, 61 singulis tractatibus interpretatus sit, quos in ecclesia post lectionem biblicam habitos esse multis e locis apparet[1]). singulos uero tractatus singulis diebus absolutos esse propter eorum longitudinem admodum inaequalem uix est credendum[2]). sed haec commentaria iam ab initio etiam ad usum legentium destinata aptataque fuisse Ambrosius ipse indicat his locis: Explan. ps. 36, 5: *cognosce qui legis*. ps. 37, 6: *quid senserimus, expressimus; qui legis, elige quid sequaris*. ps. 40, 30: *ut scias autem qui legis* etc. in utroque autem genere non tam laicorum uulgus ante oculos habuit quam presbyteros[3]) et clericos eosque laicos, qui non solum ceteris in rebus eruditiores, sed etiam intima lectione scripturae sacrae imbuti essent. nam et Graeca non pauca inserit et de codicum et Graecorum et Latinorum uarietate saepe disputat[4]) et locutionibus raris utitur

[1]) Expos. ps. 118, 1, 1: *sollicitus auditor debes praesumere.* 5, 4: *ante hesternum lectum est.* ibid. *lectum est hodie* (= 6, 16. 8, 23). 3, 29: *lectio euangelii quae decursa est.* 14, 4: *uersiculi de quibus hodie tractaturi sumus.* 18, 42: *audis quid dixerit hodie apostolus.* 20, 31: *audisti quid hodie iudex uerus locutus sit.* 20, 44: *Sebastiani martyris, cuius hodie natalis est.* Explan. ps. 1, 32: *audisti hodie dicentem prophetam.* ps. 35, 20: *sicut lectio hodierna nos docuit.* ps. 36, 2: *psalmus, qui nobis hodierna lectione propositus est.* ps. 37, 3: *audistis hodie legi.* ps. 45, 15: *illud, quod hodie in psalmi responsorio decantatum est.*

[2]) E. gr. explanatio ps. 39 uiginti septem capita complectitur, explan. ps. 43 nonaginta sex.

[3]) Aperte presbyteros denotat Explan. ps. 43, 49 dicens: *ego perfectos uideo nec inmerito perfectos dixerim, cum uideam uos sensus exercitatos habere ad discretionem boni et mali* (cf. Pauli epist. ad Hebr. 5, 14).

[4]) Cf. Index s. u. 'codices'.

ueterum scriptorum, Ciceronis Uergilii aliorum, et passim sententias biblicas sine ullo indicio loci proponit. interpretatio ipsa et psalmorum et aliorum locorum diuinorum praecipue moralis est, quamquam etiam mysticum sensum exprimere non supersedet et in primis Cantici maiorem partem ita commentatur. pleraque in interpretando de suo dedit, nonnulla tacite e Graecis auctoribus sumpsit. semel tantum nominat Origenem (Expos. ps. 118, 4, 16), Basilii uero, cuius uestigia aperta in Explan. ps. 1 conspiciuntur, nusquam mentionem facit[1]). textum biblicum Graecum sequitur eum, quem Septuaginta uiri constituerunt[2]); multis locis etiam uersiones Aquilae et Symmachi respicit, Theodotionem uero non nisi Explan. ps. 43 laudat. Hebraeorum nominum et litterarum alphabeticarum notiones unde didicerit uel sumpserit, parum liquet; e diuersis uero fontibus eum hausisse interpretationes litterarum ipsae declarant[3]).

De tempore, quo haec commentaria scripta sint, accurate disputauit Maximilianus Ihm in libro 'Studia Ambrosiana', Lipsiae 1889, pag. 22—24. quae inuenire potuit, breuiter repeto. Expositio psalmi 118 intra annos 386—388, Enarratio psalmorum duodecim intra annos 388—397 composita esse uidetur. explanatio psalmi 61 scripta est post Maximi tyranni mortem (a. 388), psalmorum 35—40 post Eugenii cladem (a. 394), commentarium psalmi 43, quod morte appropinquante imperfectum reliquit, a. 397 ineunte; de ceteris certius quidquam statui non potest. singula temporum indicia suis quaeque locis addidi.

Sermones in psalmum 118 fortasse iam ab Ambrosio ipso coniunctim editi erant, ceteri post mortem eius in unum opus collecti esse uidentur. certe medio aeuo istae duae collectiones extabant neque in ullo antiquiore uolumine, quantum scio, aut singuli sermones occurrunt aut ambo opera coniuncta sunt. quorum alteri, si ulla fides est habenda codicibus, inscriptum erat et inscri-

[1]) Haud pauca ex Origenianis translata esse in explanationem psalmorum 36—38 iam Maurini in praefatione editionis suae indicauerant. ceterum cf. Foerster, Ambrosius, Bischof von Mailand, Halle 1884, pag. 102—123, Pitra, Analecta sacra III pag. 246 sqq.

[2]) Cf. Index s. u. 'Septuaginta'.

[3]) Cf. D. H. Mueller, Die Deutung der hebräischen Buchstaben bei Ambrosius, Sitzungsber. der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, phil.-hist. Klasse, 167. Band, 2. Abhandlung, 1911.

bendum est *Expositio*, alteri *Explanatio*. et de utriusque quidem codicibus separatim praefari res ipsa monet.

---

Expositionis igitur psalmi centesimi octaui decimi libri manu scripti plus quam centum hodie extant, dimidia fere pars in bibliothecis Galliae, longe plurimi saeculi XII uel recentioris aetatis. antiquissimi praeter duo fragmenta interierunt. horum alterum quattuor foliis constat, quae nunc codicibus Ambrosianis D. 84. inf. saec. X et A. 138. sup. saec. XI inserta olim codicis cuiusdam Bobiensis saec. VI—VII fuerunt. multo recentius est fragmentum Cantabrigiense, hoc est quattuor folia codicis characteribus Langobardicis saec. VIII—IX exarati, inserta codici B. 14. 3 Collegii Trinitatis. huic fragmento aetate accedit *Codices*

1. codex Atrebatensis 590 saec. IX, a manu altera correctus; folia satis multa quae desunt exsecta sunt. praescribitur: *Incipit expositio de psalmo CXVIII sancti ambrosii mediolanensis urbis episcopi.* *A*

2. cod. Gandauiensis 172 saec. X, olim monasterii S. Maximini apud Treueros signatus numero 25[1]). correcturae primae manus plerumque in margine scriptae sunt; altera manus saeculi undecimi est. praescribitur: *In nomine sanctae trinitatis incipit expositio de psalmo centesimo octauo decimo sancti ambrosii mediolanensis urbis episcopi.* *G*

3. cod. Monacensis 4535 saec. X uel, ut C. Schenkl censuit, XI, qui anno 1055 Benedictoburanis a femina quadam Augustana donatus erat, passim a manu altera correctus est. de praescriptione Schenkl, qui eum contulit, nihil adnotauit. *M*

4. cod. Monacensis 13040 saec. XI—XII, olim Ratisbonae ciuitatis 40, raro correcturas exhibet, sed innumeris lacunis saepe per homoeoteleuton ortis laborat. praescribitur: *Incipit liber sancti ambrosii episcopi super centesimum XVIII spalmum* (sic). *N*

5. cod. Parisiensis 15639 saec. XII (Sorbon. 212) diligenter scriptus et raro uel a prima manu uel ab altera contemporanea correctus est. praescribitur: *In nomine sanctae trinitatis incipit tractatus sancti ambrosii de psalmo centesimo VIIIX* (sic.) *O*

[1]) Pag. 1 in margine inferiore legitur: *Codex Sti Maximini si quis eum abstulerit anathema sit ante deum. amen.*

*P* 6. cod. Parisiensis N. A. L. 1437 saec. X, olim Cluniacensis 40, passim a manu altera correctus est; praescribitur ut *G*.

*R* 7. cod. bibliothecae Uaticanae Reginensis 32 saec. X, neglegenter scriptus et passim correctus, ex eodem fonte quo *A* fluxit. praescribitur ut *GP*. in subscriptione fol. 177[b] inter cetera legitur: *Liber sancti benedicti abbatis floriacensis coenobii. si quis furauerit anathema sit. sicut desiderat nauigator ad ripam uenire, sic desiderat scriptor maganarius ad regnum dei uenire.*

*T* 8. cod. Treuericus 120 saec. XI accurate descriptus est a Maximiliano Ihm in Studiis Ambrosianis pag. 95 sqq., qui etiam lectiones uarias multas ibidem pag. 97—119 communicauit. interiit folium primum, titulum et prooemii cap. 1—2 continens.

Horum librorum praeter *O* collationes mihi praesto fuerunt, cum M. Ihm mortuo munus edendi, quod illi iniunctum fuerat, suscepissem. quas perscrutando intellexi nullum codicem dignum esse qui quasi dux regat examen et ne familias quidem satis clare discerni posse. quamquam enim Gallicos *APR* et Germanicos *GMNT* diuersae originis esse apparet, tamen lectiones eorum saepe uarie inter se commixtae atque confusae sunt. praeterea hi omnes et lacunas quasdam communes habent et nonnullis locis adeo corrupti sunt, ut ex eis uera lectio erui non possit, cum tamen in editionibus extare uideatur. his de causis Henr. Lebègue a me rogatus tredecim alios codices saec. XI—XV, qui Parisiis adseruantur, inspexit. e quibus *O*, qui lacunas longe plurimas explet, totus a Lebègue collatus quamquam ad pretium uetustiorum non accedit, tamen haud paucis locis opem tulit.

Praeter libros supra enumeratos, quos in textu constituendo pro fundamento habui, codicum saeculi XI omnium praeter Uenetum S. Marci 58 et duorum saeculi XII pars uel exigua uel maior collata est, si forte unus uel alter melior esse inueniretur quam sunt *NT*; quod non contigit. sunt autem hi:

*Codices partim collati* 9. Casinensis 154 saec. XI ab A. Goldbacher usque ad tractat. 3, 3 collatus hic illic utilis est[1]), plerumque autem aut uerba perperam transponit aut lectiones peculiares nullius pretii praebet; aliquotiens laudaui.

[1]) Lectio *quidem* pag. 14, 21, quam codices mei ignorant, extat etiam in Parisiensibus 343 et 15638 saec. XI.

10. Laurentianus XIV 21 saec. XI usque ad tractat. 2 collatus prope accedit ad *P*.

11. Parisiensis bibliothecae Armamentarii 343 saec. XI collatus usque ad tractat. 2 item *P* similis est.

12. Parisiensis 15638 saec. XI (Sorbon. 210) collatus usque ad tractat. 2 ad meliores pertinet.

13. Mettensis 37 saec. XI collatus usque ad tractat. 2 ab *G* pendet.

14. Bambergensis B II 2 saec. XII collatus usque ad tractat. 2 ad *MN* pertinet.

15. Monacensis 2564 saec. XII. contulit Ihm tractat. 4. 6, 16—23. 13. 16—19, 1—8. liber melioribus utique adnumerandus haud paucis locis cum *AOR* consentit; ubi opus uisum est, adhibui.

Obiter tantum inspecti sunt:

16. Monacensis 12606 saec. XII, malus, ad *M* pertinet. *Codices inspecti*

17. Bruxellensis 9371 saec. XII, malus.

18. Duacensis 223 saec. XII, ex *A* fluxit.

19. Laudunensis 31 saec. XII, ad *AR* pertinet.

20. Parisiensis 17355 saec. XII, satis bonus.

21. Parisiensis 1736 saec. XII, similis *Pm2*.

22. et 23. Parisienses 1735 et 1737 saec. XII, ad *R* pertinent.

24. Parisiensis 12136 saec. XII, melioribus adnumerandus.

25. Parisiensis 16324 saec. XII, minus bonus, ad 11 pertinet.

26. Parisiensis 17356 saec. XII (Nauarricus 59), ad *AOR* pertinet.

Editio princeps, quae prodiit Basileae 1492 apud Amerbachium, e compluribus codicibus fluxit, inter quos quin *T* primum locum obtinuerit dubitari non potest. quamobrem non solum ipsa pretii satis mediocris est, sed etiam auctoritate sua apud posteriores editores male ualuit, qui plurimas eius lectiones etiam contra suos codices receperunt. ex editionibus quae deinceps sequebantur longe pessima est Romana (1579—1587), id quod ex lectionibus eius a Maurinis adnotatis intellegitur; excipiendi sunt perpauci loci, ubi editor coniectando uerum inuenit. Maurina, quae Parisiis 1686 prodiit, in adnotationibus largam copiam lectionum uariarum *Editiones: a* *μ*

futuro editori praebuit, in emendando autem non multum profecit. ipsi enim editores in praefatione fatentur se 'hanc expositionem ad multorum codicum sin minus antiquissimorum, saltem elegantissime atque accuratissime exaratorum fidem' exegisse. nominant autem a. Uaticanos. b. Fiscan., Ebrulph.[1]), Uindoc.[2]) circ. saec. XI. c. Remensem notae non multo inferioris. d. duos Sorbonicos (cf. supra num. 5 et 12) ac Nauarricos (cf. supra num. 26), unum Regium, Audoens., Rhemig., Theod.[3]) saec. XII. e. unum Germ., Colbert., Gemet. saec. XIII. f. unum e monasterio Laetiensi. post Maurinos Ambrosii opera recensuit Paulus Angelus
b Ballerinius, canonicus metropolitanae ecclesiae Mediolanensis (Mediolani 1876). ei nouorum codicum adhibendorum non magna fuit cura; arripuit quos in proximo inuenerat, tres uidelicet Ambrosianos et unum Nouariensis ecclesiae, omnes saec. XII. sed etiam horum ope haud pauca emendare potuit, ut ex notis eius apparet, si illis plus confisus esset. ut res se habet, editio eius merum exemplum est Maurinae raro correctum, nonnumquam etiam uitiosum[4]).

M. Ihm, uir et alias de Ambrosii scriptis optime meritus, cum nouam editionem praepararet, morte praeuentus solum apparatum criticum reliquit et scienter electum et diligenter collectum. reliqua opera fere tota mea est, nisi quod Ihm collationibus suis perpaucas notas explicandi uel emendandi causa addidit et in Stud. Ambros. (pag. 80 sqq.) aliquot locos ueterum, quos Ambrosius imitatur, indicauit. hos ipse auxi, multos locos scripturae sacrae adieci, alios ab A. Engelbrecht uiro huius rei gnarissimo inuentos accepi, uerba scriptoris genuina — id quod in tanta diuersitate lectionum saepe difficillimum est — frequenti meditatione inuestigare atque restituere enisus sum.

Quoniam haec Ambrosii editionis Uindobonensis pars artiore quodam uinculo cohaeret cum sexta parte, quae Explanationem

[1]) Monast. S. Ebrulphi Uticensis, Montfaucon Bibl. bibl. II p. 1268D.

[2]) Monast. S. Trinitatis de Uindocino, Montfaucon l. c. p. 1202 D.

[3]) Abbatia S. Theoderici prope Remos, Montfaucon l. c. p. 1231 E.

[4]) Inscriptiones editionum *Sermo primus* etc., quia auctoritate omnino carent, reieci et posui eas, quae et subscriptionibus codicum et initiis sermonum comprobari uidentur.

psalmorum XII continebit breuique publici iuris fiet, huic uolumini indicem locorum addere satis habui ceteris indicibus nominum, rerum, uerborum relegatis in partem sextam, ut ibi, quidquid in duobus Ambrosii commentariis in psalmos notatu dignum uisum mihi esset, sub uno posset poni conspectu.

M. Petschenig.

# Index siglorum et notarum.

*add.* = addit, addunt.
*alt.* = alter etc.
*c.*, *cap.* = capitulum etc.
*cet.* = ceteri, cetera.
*cf.* = conferatur etc.
*cod.* = codex.
*codd.* = codices.
*codd. Mediol.* = Ballerinii codices.
*comp.* = compendium.
*corr.* = correxit etc.
*ex corr.* = ex correctura.
*def.* = deficit.
*del.* = deleuit etc.
*ed.* = editio, *edd.* = editiones, *edd. uett.* = editiones ueteres.
*eras.* = erasum etc.
*euan.* = euanuit etc.
*exp.* = expunxit etc.
*Explan.* = Explanatio.
*Expos.* = Expositio.
*extr.* = in extrema parte.
*fort.* = fortasse.
*Gr.* = Graece.
*inc.* = incipit etc.
*init.* = initio etc.
*lac.* = lacuna.
*l.*, *lin.* = linea.
*m.* = manus, manu.
*med.* = in medio.
*mg.* = margo etc.
*om.* = omittit etc.
*p.*, *pag.* = pagina.
*praescr.* = praescribit etc.
*pr.* = prius etc.
*ps.* = psalmus etc.
*ras.* = rasura.
*s.* = supra.
*scr.* = scriptum etc.
*sec.* = secundum.
*sim.* = similiter.
*sq.* = sequens, *sqq.* = sequentes.
*susp.* = suspicatur.
*tert.* = tertium etc.
*tr.* = transponit etc.
*tractat.* = tractatus.
*Uulg.* = Uulgata.
* = littera erasa.
//// = rasura longior.

# EXPOSITIO PSALMI CXVIII.

*F* = fragmenta Ambrosiana D. 84 inf. et A. 138 sup. saec. VI—VII (tractat. 19)
*C* = fragmenta Cantabrigiensia B. 14. 3 saec. VIII—IX (tractat. 6, 21 sqq. et 7, 7 sqq.)
*A* = cod. Atrebatensis 590 saec. IX
*G* = cod. Gandauiensis 172 (454) saec. X
*M* = cod. Monacensis 4535 saec. X—XI
*N* = cod. Monacensis 13040 saec. XI—XII
*O* = cod. Parisiensis 15639 saec. XII
*P* = cod. Parisiensis nouvelles acquisitions 1437 saec. X
*R* = cod Reginensis 32 saec. X
*T* = cod. Treuericus 120 (1285) saec. XI
*a* = editio princeps Amerbachiana 1492
*b* = editio Ballerinii, Mediolani 1876
*μ* = editio Maurinorum
*v* = lectiones *b μ* communes

# PROLOGUS.

1. Licet mystice quoque uelut tubae increpuerit sono Dauid
propheta, tamen moralium magnus magister, quantum in eo ex-
cellat ethica, psalmi huius summa declarat gratia, siquidem cum
suauis omnis doctrina moralis sit, tum maxime suauitate carminis
et psallendi dulcedine delectat aures animumque demulcet. meri- 2
toque plerisque locis moralium psalmorum sententias tamquam
stellarum diffudit lumina, quae elucent atque eminent; centesimum
uero et octauum decimum psalmum uelut pleni luminis solem
meridiano feruentem calore in processa libri constituit aetate, ut
neque matutini ortus semiplena exordia neque uespertini occasus
quidam senilis defectus claritati aliquid perfecti splendoris decer-
perent. quem per singulas Hebraeorum digessit litteras, ut, quem- 3
admodum paruulorum ingenia primis litterarum elementis ad-
suescunt discendi usum adsumere, ita etiam nos huiusmodi ele-
mentis usum discamus uiuendi.

2. Litteris autem singulis octonos uersiculos adscripsit, ut simul et unitatem doceret, non pluralitatem — unitas enim coherect omnia et regit, cui subiecta sunt omnia —, et purgationem legitimae

1 *uelut—sono*] cf. Explan. ps. 38, 4 extr.

Prologus *av*, *de codicum praescriptionibus cf. Praefatio*

1 Licet — *p. 4, 17* mysterium *desunt in T* mystica *Pm2v* mystico *a* quaeque *OPm2v* ueluti *Na* tuba *O* 2 in eo quantum *v* excellit *N* 3 ethica *O* et hic *cet.* psalmus *A* huius *OPm2* eius *cet.* declarant *GMNPm1R* 4 maxime] *add.* cum *A* 5 aures animumque delectat *A* mulcet *G*, *om. A* 6 sententias psalmorum *v* 7 diffundit *ORav* lucent *AGMNOav* eminent] emicant *v* 8 et *eras. G*, *om. O* 9 feruente *codd. praeter O* prouecta *O* 10 hortus *Am1* 11 seniles *O* aliqui *Gm1* 12 litteras digessit *O* quemammodum *N* 13 ingenio *R* 17 non pluralitatem *om. v* enim] ergo *M* coercet *av* 18 omnia sunt *AGORv* et] ea *Pm1*

sanctificationis. octaua enim die sollemnis purgatio uel ex lege,
quia octaua die circumcisionis sollemnitas impleri statuta est,
uel quia totus mundus coinquinatus erat peccatis nostris et septem
2 illis pollutus diebus. ubi autem uenit dies resurrectionis, conuiui-
ficati domino Iesu resurreximus et erecti sumus in nouitate uitae
praeferentes ablutionis gratiam. meritoque primogenita offerimus
animantia in figura primogeniti filii dei castitatis et simplicitatis
spiritale sacrificium acceptum deo non quarto aut quinto die, ne
inmundum aut inconsummatum sacrificium sit, sed octaua die,
qua omnes in Christi resurrectione non solum resuscitati, sed etiam
3 confirmati sumus. unde licet in baptismate statim sit plena purgatio,
tamen, quia ablutionis ipsius sacrificiique rationem baptizatus
debet cognoscere, non offert sacrificium nisi octauum ingrediatur
diem, ut informatus agnitione sacramentorum caelestium non
quasi rudis hostia, sed quasi rationis capax tunc demum suum
munus altaribus sacris offerat, cum coeperit esse instructior, ne
offerentis inscitia contaminet oblationis mysterium.

3. Titulus autem psalmi *Alleluia* est, hoc est, 'laus
dei'. in his enim hymnis uere deus laudatur, in quibus est pecca-
torum remissio. denique in superiore psalmo passio domini prae-
missa est, quae mundum hunc diluit, ut dignos faceret populos
qui deum inmaculato ore laudarent. ipsa quoque litterarum ele-
menta, ut omnia Hebraea nomina, non sunt rationabilis inter-
pretationis uacua atque immunia, quorum significationes locis
2 suis aperiemus. centesimus et undecimus psalmus per has litteras
in Hebraeo in principiis uersiculorum digestus est et est totus

1 cf. Leu. 12, 3 3 cf. Leu. 12, 2 4 cf. Eph. 2, 5 5 cf. Rom. 6, 4 6 cf. Leu. 27, 26 8 cf. Eccli. 32 (35), 9 20 cf. Ps. 117 25 cf. Ps. 111

1 sollemnis] *add.* est *A* lege] *add.* est *v* 2 sollempnitas circumcisionis *O* sollempnitatis *N* implere *Pm1* 4 pollutis *GNPm1R* resurrectionis dies *v* 6 praeferentis *Gm1O* ablutionis gratiam praeferentes *v* offerimus primogenita *O* 7 simplicitatis] *add.* animantia *b* 8 spirituale *GMN* deo acceptum *a* 10 qua] quia *O* 11 babtismate *P* plena sit statim *v* 12 babtizatus *P* (*sic saepe* babt.) 15 hostia *om. v* tum *P* 16 sacris altaribus *O* 17 inscientia *GO* 18 Titulus] *incipit T* 19 ymnis *APm2R*, *om. GMNPm1Ta* 20 superiori *MN* praemissa—22 deum *om. Mm1NT* 21 deluit *A* 22 laudata est. in hoc *T* 23 rationabili interpretatione *AOR* 24 inmunio *Mm1* 25 accipiemus *MN* (*s. scr.* uel aperiemus *M*) et *om. OT* psalmus *M in mg.*

ethicus; et centesimus et decimus mihi ita scriptus uidetur. denique uicenos et binos uersus habent et singulis uersibus singulae explicantur sententiae; unde et per metra adseruntur esse descripti.

## I.

## LITTERA ALEPH.

1. Prima littera 'Aleph' dicitur, cuius interpretatio 'doctrina' est. sollicitus ergo auditor plenos doctrinae esse uersus qui secuntur debes praesumere.

2. *Beati inmaculati*, inquit, *in uia, qui ambulant in lege domini. beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* quam pulcher ordo, quam plenus doctrinae et gratiae! non prius: *qui scrutantur testimonia eius* dixit — potuit enim conuenire secundum litteram —, sed prius: *beati inmaculati*
*in uia.* ante enim uita quam doctrina quaerenda est. uita enim 2
bona et sine doctrina habet gratiam, doctrina sine uita integritatem non habet; *in maliuolam etenim animam non cadet sapientia.* ideoque ait: *quaerent me mali et non inuenient,* quia inprobitate caecatur mentis oculus et caligante sibi iniquitate mysteria profunda inuenire non potest. primum ergo exercenda est uitae militia, corrigendi mores. cum haec instituerimus ad cursum debitum, ut sit offensionis correctio, puritatis gratia, tunc ad studia percipiendae cognitionis ueniamus
suo ordine et uia. prima igitur sunt moralia, secunda mystica. in 3
illis uita, in his cognitio, ita ut, si perfectionem requiras, nec uita sine cognitione nec cognitio sine uita sit, utrumque adstipuletur alteri. ideoque ait scriptura: *seminate uobis ad iusti-*

1 cf. Ps. 110    9 Ps. 118, 1—2    17*Sap. 1, 4    18*Prou. 1, 28    27*Os. 10, 12

1 *all.* et *om.* *AOv*   4 Sermo primus *v*, *om. codd.*   5 Littera Aleph] Aleph *v*, *om. codd.*   7 uersus esse *v*   8 sequuntur *AOav*   9 inquit *om.* *AO*   16 et *om.* *T*   uitae integritate *P*   17 maliuola *R* maleuolam *v*   anima *R*   18 cadit *Ga*   19 non] *add.* me *O*   qua *MNT*   21 malicia *T*   corrigenda *Mml*   22 correptio *O*   24 uita *AGNORT*   25 queras *O*   26 asstipulatur *a*

*tiam, uindemiate ad fructum uitae, inlumi-
nate uobis lumen cognitionis.* non prius 'inluminate',
sed 'seminate', nec solum 'seminate' prius 'ad iustitiam', sed etiam
'uindemiate', inquit, 'ad fructum uitae', et sic 'inluminate lumen
cognitionis', ut perfectio non solum consitis, sed etiam receptis
4 fructibus adprobetur. in primo quoque psalmo hunc ordinem tenuit,
ut in uia ambulandum doceret prius et tunc in lege meditandum.
qui enim non abiit in consilio impiorum, utique de pietatis uia et
iustitiae semita non recessit meritoque in uia ambulans beatus
pronuntiatur et die ac nocte meditationem legis exercens habet
gratiam beatitudinis.

3. Quam institutionem secutus Salomon librum de Prouerbiis
scripsit, quo moralem locum uberius expressit, naturalem in Ecclesi-
aste, mysticum in Canticis canticorum. quamquam si diligenter
discutias, et in Prouerbiis mystica pleraque repperies et in Canticis
moralium suauitatem. nam utique mysticum est: *sapientia
aedificauit sibi domum et subdidit columnas*
2 *septem; interfecit suas hostias* et cetera. hoc
quoque in Canticis, licet tam mysticum quam morale, in quo blan-
ditiarum suauitas et affectus amantis exprimitur: *osculetur
me ab osculo oris sui, quoniam optima ubera
tua super uinum et odor unguentorum tu-
orum super omnia aromata.*

4. Constitue ergo uirginem desponsatam multo tempore et iusto feruentem amore, quae multa praeclara opera dilecti probabilium testium adsertione cognouerit, desideriis suspensis dilatam frequenter iam non ferentem moras, quae omnia fecisset, ut sponsum uideret, aliquando uotis potitam suis ad inprouisum sponsi aduentum gaudio turbatam non quaerere primordia salutationis, non

6 cf. Ps. 1, 1—2  16*Prou. 9, 1—2  20*Cant. 1, 2—3

1 uindeaniate *A*  3 prius solum seminate *MN*  5 acceptis *O*  8 habiit *GRm1* habuit *Pm1*  10 ac] hac *O*  12 sequutus *P*  13 in quo *Ov* naturale *G* eclesiaste *MN*  15 rep(-pp-)erias *GMNPm1a*  16 est *om. AR*  17 subdidit] excidit *T*  18 hoc quoque] hocque *v*  19 lucet *v*  misticum sit *O*  moralem *AGm1NPm1R*, *add.* sit *s. l. T*  21 ab *om. MNOT*  osculis *cod. Casin. 154 b*  24 disponsatam *Rm1*  25 multo *O*  praeclara] probata *v*  26 delatam *OR*  28 inprouisam *O*  29 turbata *N*  quaereret *ANPR*

uerborum uices, sed statim quod desiderasset exigere. ita ergo et 2
sancta ecclesia, quae in primordiis mundi desponsata in paradiso, praefigurata in diluuio, adnuntiata per legem, uocata per prophetas diu redemptionem hominum, euangelii decorem, dilecti expectasset aduentum, inpatiens morae in oscula ruit dicens: osculetur me ab osculo oris sui et delectata osculis adiecit: quoniam optima ubera tua super uinum.

5. Et ut moralius dicamus, intellege mihi carnem illam, quae madefacta fuerat in Adam serpentis ueneno, quae criminum marcebat faetore, quae procedebat in filiabus Sion alta ceruice et nutibus oculorum et itinere pedum trahens tunicas et pedibus suis ludens, crinibus cincinnis et conpositis uultibus atque redimiculis et omni affectato decore plus dedecens, eandem tamen plurimis edoctam oraculis, quod uenturus esset qui serpentis inlecebris exclusis sancti spiritus infunderet gratiam, ut omnis caro uideret salutare dei, omnis caro ad deum ueniret, inarsisse desiderio, sed metuentem, ne ut inpatiens, ut lasciua, ut luxuriosa, ut querula, sicut ante fuerat, displiceret, quamuis longiore quam ferre iam poterat morantis aduentus dominici expectatione quateretur, non inmurmurantem tamen nec transgredientem, sed leuantem in omni loco puras manus sine ira et disceptatione in habitu ornato, cum uerecundia et sobrietate ornantem se, non intortis crinibus aut auro aut margaritis aut ueste pretiosa, sed his quae castitatis et bonae conuersationis decerent gratiam,

1 *uerborum uices*] cf. Ouid. Pont. 2, 10, 35 5*Cant. 1, 2 10 cf. Esai. 3, 16 15 cf. Luc. 3, 6. 16 cf. Ps. 64, 3 20 I Tim. 2, 8

1 exigeret *ANPR* 2 disponsata *GRm1* paradyso *AGNR* 4 hominem *Mm1* decore *AR* expectando *T* 5 in(im-)patientis more(-ae) *MNT*, *cf. De offic. I 49, 242 (Ihm)* in] *add.* aduenientis sponsi mox *Gm2Tm2* 6 ab *om.* *MNT* osculis *cod. Casin. 154b* dilecta *N* adiicit *v* 7 obtima *GOPR* 10 fetore *AOPRTa* foetore *GM* syon *GMOPRa* 12 crinium *Oav* cincinniis *O* 13 omnia *A* decens *Mm1* 15 gratiam *om.* *Mm1N* 16 uenerit *Gm1* inardescente *GMm2* 17 metuendum *MNT* ut luxuriosa ut lasciua *O* luxoriosa *R* 18 quamuis] et *v* longiorem *Pm1* 19 poterat] *add.* animus *Mm2* moratis *Rm1* morando (do *in ras.*) *T* 20 murmurantem *MNOT* 21 et *om.* *Mm1N* 22 abitu *N* 23 in tortis *codd. av* *pr.* aut *eras.* *R* auro] *add.* aut argento *O* margaretis *Rm1* 24 in his *O* iis *v* decernent *N*

orare dicentem: *osculetur me ab osculo oris sui,*
2 *quoniam optima ubera tua super uinum.* iam
uolebat adhaerere Christo caro, iam festinabat innubere, ut esset
unus spiritus et fieret caro Christi, quae erat ante meretricis. 'oscu-
letur', inquit, 'me' — osculatur nos dei uerbum, quando sensum
nostrum spiritus cognitionis inluminat — et tamquam despiciens
omnes iucunditates et delectationes suas, caelestibus cupiens in-
haerere mandatis ait: 'quoniam optima praecepta testamentorum
tuorum super omnem adpetentiam carnis et saeculi uoluptatem'.
3 meminerat enim se in Eua ante sic lapsam, dum uoluptatem cor-
poris praefert mandatis caelestibus. *unguentum exina-
nitum nomen tuum,* hoc est: totus inmundus inpurita-
tibus diuersorum facinorum faetebat hic mundus; nunc spirat ubique
suauitas pudicitiae, unguentum fidei, flos integritatis. et a moralibus
uenit ad mystica dicens: *introduxit me rex in cubi-
culum suum. exultemus et laetemur in te; di-
ligamus ubera tua super uinum.* simplex est enim
osculum, negotiosum autem cubiculi secretum.

6. In ipso quoque euangelio pulcherrimus de moralibus locus est, ut unusquisque uas suum mundet, dicente domino: *Pharisaee caece, munda prius quod intus est calicis et parapsidis, ut fiat et id quod foris est mundum.* nam nisi se unusquisque intus mundauerit, etiamsi foris speciosus uideatur et iustus, similis erit dealbatis sepulchris, ut foris quidem iustus uideatur, intus uero sit faetidus.

1*Cant. 1, 2  4 cf. I Cor. 6, 17 . 15  11*Cant. 1, 3  15*Cant. 1, 4  18 cf. p. 37, 25 sqq.  20*Matth. 23, 26  24 cf. Matth. 23, 27

1 dicentem—2 super *om. N*  ab *om. MT*  osculis *cod. Casin. 154b*  2 quoniam] *add.* meliora et *M*  obtima *OP*  5 quando] quantum *T*  6 dispiciens *G*  7 iocunditates *Am2MOPRTa*  8 obtima *M*  9 appendiciam *N*  et saeculi *om. N*  10 meminerat—uoluptatem *om. Am1*  se *om. Mm1N*  at dum *Gm2Ta*  uoluntatem *N*  11 praeferret (rret *in ras. m2 A*) *AO*  caelestibus] *add.* ait *Gm2av*  12 in(im-)mundis *GMNOPTv*, *cf. p. 4, 3*  13 fetebat *ANOT* foetebat *GPR*  14 ungentum *N*  18 cubiculis *Gm1* cubili *Mm1*  20 suum uas *MN*  farisae(-e-)e *ANPR*  22 parapsydis *PR* paropsidis *v*  quod *om. N*  23 se *om. T*  25 sepulcris *Am2v*  foetidus *AGOPR*

sic est doctrina sine uitae innocentia. sed nec ipsa doctrina potest 2
mercedem habere, ubi gratiam non habet innocentia. p e c c a-
t o r i a u t e m d i x i t d e u s: q u a r e t u e n a r r a s iu-
s t i t i a s m e a s? sed reuertamur ad propositum psalmum.

7. B e a t i, inquit, i n m a c u l a t i i n u i a, q u i am-
b u l a n t i n l e g e d o m i n i. b e a t i q u i s c r u t a n t u r
t e s t i m o n i a e i u s, i n t o t o c o r d e e x q u i r u n t e u m.
primus uersus moralis, secundus mysticus. quis hoc dicit? pro-
pheta utique, qui fungebatur carnis alloquio, et dicit hoc post eum
psalmum, quo descripta est domini nostri Iesu Christi passio. ubi 2
ergo ei diuina sacramenta reuelata sunt et induit dominicae re-
surrectionis laetitiam et passionis degustauit gratiam, uidit iustorum
congregationes, populos redemptorum, perditorum salutem, mor-
tuorum resurrectionem, sanctificationem sacramentorum, excla-
mauit dicens: b e a t i i n m a c u l a t i i n u i a, q u i am-
b u l a n t i n l e g e d o m i n i, hoc est: ecce maledicta terra
in Adam coepit habere beatitudinem, si tamen legem domini non
derelinquat; ecce inmaculatus est homo, qui erat ante pollutus.
quam pretiosum est iam custodire praeceptum domini, quam pre-
tiosum etiam praecepti ipsius scire mysterium!

8. Sed quis est inmaculatus? non utique qui in quacumque
uia ambulat, sed qui in Christo ambulat. ipse enim dixit: e g o
s u m u i a. in hac uia qui ambulat, errare non nouit, si tamen
ab hac uia numquam recedat. est et uia lex, et ideo, dum inma-
culatus est, in lege domini ambulat; nec ambulare in uia hac desinat,
ne inmaculatus esse desistat. non declinet in dexteram aut laeuam, 2
non titubet, non resistat, non expectet, sed ambulet superiora obli-

2 Ps. 49, 16 5 Ps. 118, 1—2 15 Ps. 118, 1 16 cf. Gen. 3, 17 22 Ioh. 14, 6
27 cf. Phil. 3, 13 (14)

2 gratiam *NORv* gratia *cet.* innocentiam *AGMNPRTa* innocentiae *Ov*, *correxi*, *cf. p. 5, 15. 6, 10—11* 3 autem] enim *Gav* 4 psalmi *Pm2* 5 Beati—domini *om. N* inquid *GP* 11 ei *scripsi* et *codd. av* 12 congraegationes iustorum *M* 14 et exclamauit *Ov* 15 qui—16 domini *A*, *om. cet. av* 19 iam *scripsi* etiam *AGR*, *om. cet. av* 20 unius *a* 21 est *om. MNT* 23 qui ambulat uia *MN* 25 ambulaet•*Mm2* ambulet *Oav* hac uia *MNOPRa* 26 aut] *add.* in *O* 27 *pr.* non] aut *v* restat *N* desistat (de *in ras.*) *T*

uiscens et ea quae sunt priora appetens ad destinatum sequatur, ad brauium festinet, contendat usque ad finem; finis enim legis est Christus. multi uolunt ambulare in uia, sed non usque ad finem. non ambulant Iudaei usque ad finem, qui non usque ad Christum ambulant, non ambulat Manicheus in uia, qui legem refutat, sed ambulat uera fides, quae et legem suscipit et plenitudinem legis agnoscit.

9. Si quis ergo in uia ambulat, scrutetur testimonia domini. quod licet mysticum sit, tamen etiam moralia in se habet, quoniam melius potest ambulare in uia, qui scrutatur domini testimonia. nam ut quis intemperantissimus, captus adulterinae cupiditatis aestu et uictus libidine uel indulgens flagitiis, qui repugnare nolit adpetentiae suae carnis, conuersus huc atque illuc, si neminem forte uideat, in facinus ruit, idem tamen quamuis parata occasione potiendi explorat diligenter omnia, in diuersum oculos suos incuriosus iustitiae, sollicitus famae detorquet frequenter, erubescit testimonium erroris, qui non erubescit errorem, ac si quem forte spectatorem cognouerit facinoris sui, uerecundia sequestrat intemperantiam et, quamuis cum ancilla uel meretrice uulgari, ubi nullum sit deprehendendi periculum, temptamenta moliatur libidinis, pudore tamen inceptum deserit, quanto magis, si quis alleuet mentis oculos et consideret plena esse angelorum omnia, aera terras mare ecclesias, quibus angeli praesunt — mittit enim dominus angelos suos ad defensionem eorum, qui heredes futuri sunt promissorum caelestium —,
2 concepto potest renuntiare peccato! unde ista turba innocentium, nisi ex illis peccatoribus? eadem natura est omnium, sed diuersa disciplina. circumcisio nihil est et gentilitas nihil est, sed ob-

2*Rom. 10, 4 7 cf. Rom. 13, 10 27 cf. I Cor. 7, 19

2 *pr.* ad *om.* *NTa* *alt.* ad] ad in *Mm1* in *GMm2NPTv* 3 christus est *MN* 5 Manichaeus *av* 7 legem *Pm1* 8 ergo] uero *MNT* uia] *add.* domini *MNPT* 9 quae licet mystica sint (sunt *Rm1*) *AORv* habent *AORv* 10 scrutantur *Mm1* testimonia domini *MNO* 13 adque *N* uideat] *add.* flagicii sui testem *a* 14 quamuis] *add.* inueniat *Aav* paratam occasionem *AGm1NPRav* 15 diligenter explorat *AOR* 16 frequenter] *add.* enim *NPm2* erubescens *a* 17 terroris *Gm1* at *O* 19 deprehendi *N* 22 plenam *Rm1* aerem *a* 24 promissionum *N* 25 recepto *O* innocentum *N* 27 obseruantia *a*

seruatio mandatorum dei naturae ipsius auget gratiam. ⟨an⟩ merita commutat ille, qui dicit: t e n e b r a e  i n  c i r c u i t u,  e t  p a r i e t e s  m e  o p e r i u n t;  p e c c a t o r u m  m e o r u m  n o n  e r i t  m e m o r  a l t i s s i m u s?

10. Non reueritus esses angelorum praesentiam, si praesentes esse crederes? non metueres non dicam facere, sed loqui aut etiam cogitare quod prauum est, si tibi scriptura diuina suasisset, quia deus cogitationum arbiter, secretorum testis est uerax, sicut ipse ait: e s t o t e  m i h i  t e s t e s,  e t  e g o  t e s t i s,  d i c i t  d o m i n u s  d e u s,  e t  p u e r  m e u s  q u e m  e l e g i? hominem uereris praesentem, dei patris et filii non uereris praesentiam? sed non uis credere, ne possis cauere; non uis audire, cum legitur, quia deus nouit occulta hominum, ne incipias scire quod timeas et timere ne pecces. audi ergo scripturam diuinam, ut conuertaris a uia praua et maligna. noli, sicut caecus oculis corporalibus aut 2
sicut surdus, qui eo, quod non potest uidere aut audire praesentes, solum esse se credit et in plurimorum coetu, dum putat nullum esse praesentem, perpetrare adoritur quod arbitratur esse secretum — non enim potest uidentes uidere qui non uidet —, similiter et tu mentis caecatus oculis noli aestimare quod sine teste delinquas, quia hominis praesentiam declinare potuisti; plures sunt qui redarguant quam quos cauere potuisti. ipsum te fugere tui accusatorem non potes, quem conuenit propria conscientia, et si negas aliis, tibi non negas, et si homini infitiaris, deo fateris, et si uolueris negare, tuae te cogitationes reuincunt.

11. Heliseo adsistebant angeli quos uidebat, et ideo agmina

2*Eccli. 23, 18 (26) 9*Esai. 43, 10 13 cf. Ps. 43, 22 14 cf. Hier. 33 (26), 3 26 cf. IV Reg. 6, 15—17

1 an *addidi* (merita = delicta) 2 in *om. A* 5 hic talis non *Tm2* reueritus *O cod. Casin. 154 av* reueretur *AGm2MNm2PRT* (ueretur *in ras.*) reuertetur *Gm1 Nm1* esses *O cod. Casin. 154 av* esse *AGPRT*, *post* angelorum *tr. MN* 6 *pr.* non] nonne *Rm2* 7 diuina scriptura *Nav* 11 uerere *bis G* 15 mala et praua *G* mala et praua et maligna *MN* caecus] *add.* esse *Gm2Tm2* 16 surdus] *add.* auribus *Gm2Tm2* in eo *G* aut] nec *a*, *om. Mm1N* 17 se esse *O* 18 adortatur *APR* adoriatur *Gm2MNT* securum *N* 19 potest enim *av* uidere uidentes *M* uidere *om. N* 20 ex*stimare (i *eras.*) *O* 21 redarguunt *a* 22 figere *Rm1* 23 pro propria *M* 25 te *om. Mm1N* cogitationis *Gm1* 26 et — *p. 12, 1* uidebat *om. N* agmen *Rm2* hostium agmina *O*

hostium non timebat; sed timebat puer eius, qui angelos non uide-
bat. aperuit oculos eius ad uocem prophetae gratia dei, uidit an-
gelorum exercitus et credidit esse praesentes, quos antea, quia non
uidebat, putabat absentes. et tu lege prophetam, ut uideas, lege,
ut aperiat oculos tuos, ne te hostilis legio perterreat et obsessum
esse te credas qui liber es, qui munitus es spiritalibus turmis, si pro-
2 phetam non derelinquas. cum tibi propheta loquitur, quia deus
dixit: ego caelum et terram compleo, cum tibi
propheta dicit: quia plures nobiscum sunt, quia
in circuitu nostro angeli sunt, attolle oculos mentis et uidebis non
solum angelos, sed etiam deum, qui dicat tibi: aperi mihi,
soror mea, proxima mea. pulsat ad ianuam et quando
tu dormis; si tamen uel excitatus euigiles uel uocatus ianuam tui
pectoris aperias, introibit. quodsi fugias lectionem propheticam,
si domi non legas, in ecclesia audire nolis, nonne, sicut ille, qui
auerso coniuet obtutu, ne uideat quod possit uidere, claudit oculos,
ne aspiciat, cui potestas uidendi est, aut sicut in furore plerique
iniecere manus oculis suis, ita et tu primo auerteris coniuenti
3 magis dissimulatione quam refragatione praerupta? nam cum ad
ecclesiam uenis et christianum te adseris, sanus uideris, aperis oculos,
quibus possis uidere; sed dum audire dissimulas quae leguntur,
claudis, ne uideas tibi, etsi aliis uidere uideris, inicis etiam quasdam
perfidiae et intemperantiae manus oculis animae tuae et caecitatem
infers cordi tuo, quod est grauius, uoluntariam, ut uidens non uideas,
audiens non audias.

12. Putas te solum esse, cum fornicaris, et non recordaris, quia oculi domini uident orbem terrarum? non audis dicentem:

8*Hier. 23, 24 9*IV Reg. 6, 16 11*Cant. 5, 2 24 cf. Matth. 13, 13

1 quia *T* 3 exercitum *AOm2R* quia] qui *T* 5 nec *GMm1PRTav* 6 te esse *AOR* 8 im(in-)pleo *NPT* implebo (*s. scr.* uel compleo) *M* 10 mentis oculos *AOR* 11 dicit *O* 12 sorror *P* ianuas *P* et *om. Mm1NT* 13 exitus *Pm1* 14 introinit *Pm1* intro*it *T* 16 aduerso *AGMNPm1R* conhibet *A* conibet *Gm1MNm1 Pm1Rm1* cohibet *O* conicet *Tm1* optatu *Mm1NT* uidere possit *N* 17 aspiciat] uideat *Om1* est potestas uidendi *O* plerique] *add.* solent *Mm2* 18 inicere *Am1 MNP* iniicere *a* oculis] *add.* solent *Ps.l.* conhibenti *A* conibenti *Gm1MPR* cohibenti *O* 20 et] *ras. G* et sanus *GM* (et *s.l.*) 21 tum *N* 22 uideas] uidere uidearis *Gm2Tm2* tibi uideas et etsi *O* 27 dicentes *Am1*

ecce uenit hora, ut dispergamini unusquisque
in sua et me solum relinquatis; sed non sum
solus, quia pater mecum est? adest ergo pater, adest
et filius dei, adsunt ministri, adsunt Cherubim et Seraphim, quae
dicunt: sanctus sanctus sanctus, plena est
terra maiestatis tuae. plenus est mundus sanctarum 2
uirtutum, quia plenus est nequitiarum; plenus est orbis terrarum
remediis, quia plenus est laqueis. putas quod in lupanari Christus
te non uideat, quem uidet lupanar intrare? putas quod in adulterio
te non deprehendat, quem uidet adulterium cogitantem? num
parietes refugit, qui spectat errores, et secretum criminis auersatur,
qui scenam criminis intuetur? an putas tunc primum te intrare
meritorium, cum fornicem meretricis ingrederis? intrasti iam,
quando cogitationes tuas meretrix introiuit, intrasti iam, quando
ad potiendae prostibulae cupiditatem gressu mentis intrasti, pulsasti
lupanaris fores, quando ad mulieris concupiscendae decorem oculos
mentis aperuisti. et si uerum audire uis, quomodo te in lupanari 3
non uidit Christus, quando te uidit, quia adulterando in corde tuo
te ipsum lupanar esse fecisti? denique ipse dicit dominus Iesus:
qui uiderit mulierem ad concupiscendum
eam, iam adulterauit eam in corde suo. unde
tamen tam religiosus in opinione, qui tam probrosus in crimine?

13. Sed adquiesco tibi, quod Iesus te nolit uidere, nolit reuincere qui nolit accusare, nolint uidere et angeli; sed uidet diabolus qui tecum introiuit, immo qui te introduxit, uident ministri eius qui te circumdederunt, ne uideres angelos dei, uidet Belial, uidet

1 *Ioh. 16, 32 5 *Esai. 6, 3 20 *Matth. 5, 28

1 ut] et *Gm1* 2 sum solus] solum *NT* 4 cherubin *GNOPT* seraphin (-yn) *GT* qui *Am2a* 5 *tert.* sanctus] *add.* dominus deus sabaoth *O* 6 terra] *add.* gloria *MNOPRT* magestatis *Rm1* est] *add.* enim *av* 9 intrantem *O* 10 adulterum *N* nam *Gm1* non *O* 11 aspectat *Gm1Mm2* expectat *Mm1* aduersatur *GNm1OPm1RTa* 13 meritorum *Am1Gm1* moriturum *NPT* meretricis] meritis *Am1* 14 quando— iam *om. N* 15 potiendi *Gm2Nm2Tm2* potiendam *Mav* prostibuli *Gm2Tm2a* prostibulum *Nm2* concupitatem *G* cumcupiditatem *Nm1Rm1Tm1* cum cupiditate *Nm2* ingressum *G* 16 mentis oculos *MN* 18 uidet *bis O* te *om. T* quia] cum *GM* qui *NOPa* 20 concupiscendam *Mm1N* 22 probosus *O* 23 nolit te *MO* 24 nolunt *P* et] te *O* 26 uidit (*bis*) *Am1GMNOPRTav* belieb; *Gm1* beliab *Gm2Pm1*

legio, qui te inpulerunt, ne quis reuocaret, ne quis teneret. noli putare, quod conludium tibi praestet silentii, qui uult tecum supplicii habere consortium. studet plures similes sui uidere et in eo habet gloriam, quod plures perditos fecerit. ipse est incentor, ipse accusator; ipse in Iudam introiuit, ipse eum ad proditionem in-
2 pulit, ipse misit ad laqueum. quanti dicturi sunt in illo die aduersus eum: 'tu nos circumuenisti, tu inpulisti!' exemplum quaeris? accipe dicentem Euam praeuaricationis suae auctorem fuisse serpentem. sed illum implicauit, non se absoluit, cui respondit dominus: 'non praeceperam, ne gustaretis de ligno solo, quod est in medio paradiso?' respondebit ergo et pluribus: 'diabolum audistis suadentem noxia; me non potuistis audire uitalia mandantem?'

14. Et ideo operemur iustitias. *non enim qui operantur iniquitatem in uiis eius ambulauerunt. tu mandasti mandata tua custodire nimis. utinam dirigantur uiae meae ad custodiendas iustificationes tuas! tunc non confundar, cum respiciam in omnia mandata tua.* non solum: m a n d a s t i, inquit, c u s t o d i r e m a n-
2 d a t a t u a, sed etiam: c u s t o d i r e n i m i s. quando hoc mandauit? in paradiso quidem mandauit Adae, ut custodiret mandata; sed fortasse non mandauerat nimis custodire et ideo lapsus est, ideo inflexus uoce mulieris suae, ideo deceptus erat a serpente putans quod, si in parte aliqua recederet a mandato, non penitus erraret. sed quia semel a semita mandatorum recessit, totam deseruit uiam, inuenit eum serpens extra uiam et expoliauit omnibus, nudum reliquit. ideo dominus, quia lapsus erat qui in paradiso

5 cf. Ioh. 13, 27 8 cf. Gen. 3, 13 10 cf. Gen. 3, 11 13*Ps. 118, 3—6
21 cf. Gen. 2, 16

1 qui te *om.N* *pr.* quis] *add.* te *Nm2* 2 praestet et *ARm1* praestet tibi et *O* silentium *AO* uolet *a* subplicii *P* habere supplicii *O* habere consortium supplicii *MNT* 3 sibi uideri *O* 4 *alt.* ipse] *add.* est *O* 6 in *om. O* die *om.NT* 8 euam dicentem *O* 10 nonne *A* num *N* gustares *O* 11 paradi(-y-)si *GMNav* ergo] *add.* ueritas *Gm2MNPav* suadentem audistis (*ex* auditis *m2*) *P* 13 non] neque *M* 15 custodiri *ORv* 18 perspexero *MNT* perspiciam *Om1av* 19 inquit mandasti *O* inquid *M* 19 *et* 20 custodiri *GOv* 21 quidem *cod. Casin. 154 av* hoc *O* inquit *cet.* 23 *pr.* adeo *R* 25 erret *Pm1* 26 inuenit—uiam *om.* *μ* omnibusque *Mm2NTa* 27 nudumque *v* reliquid *Pm1R*

erat, postea per legem per prophetas per euangelium per apostolos monuit, ut nimium custodias mandata domini dei tui. omne, 3
inquit, uerbum quod locutus fueris, reddes pro eo rationem. noli dissimulare; ab aliquo mandato iota unum uel unus apex non praeterit. noli recedere de uia. si in uia ambulans uix tutus es a latrone, quid facies, si te extra uiam uagantem inuenerit? dirigantur gressus tui et, ne infirmus sis ad dirigendum, precare, ut dominus dirigat uias tuas.

15. Hic optat: utinam dirigantur uiae meae! alibi dicit: expectans expectaui dominum, et exaudiuit me; et statuit pedes meos in petra et direxit gressus meos. roga ergo et tu, ut dominus dirigat uestigia mentis tuae, quo possis domini custodire iustificationes. non confunderis, cum respexeris in omnia mandata; ante enim confusus es in Adam et Eua. denique nudus factus es, operuisti te foliis, quia confundebaris, abscondisti te a conspectu dei, quia erubescebas, ita ut diceret tibi deus: Adam, ubi es? cum illi dicit, tibi dicit; Adam enim interpretatione Latina 'homo' 2
dicitur, hoc est: 'homo, ubi es?' et Adam respondit: 'timens, quia nudus eram et tota mente confusus, ante conspectum tuum uenire non ausus sum'. ergo ne confundamur, custodiamus mandata domini et custodiamus omnia; nam si quis unum mandatum custodiat et aliud praeuaricetur, nihil ei prodest. custodiuit se aliquis a sanguine, non custodiuit ab adulterio; utique in uno conuictus punitur etiam legibus saecularibus nec prodest ei alterius criminis abstinentia, si in altero fuerit deprehensus.

16. *Confitebor tibi, domine, in directione cordis* — aduertis quas uias dirigas? —, *in eo cum didi-*

2 cf. Matth. 12, 36 4 cf. Matth. 5, 18 9 Ps. 118, 5 10*Ps. 39, 2—3 17*Gen. 3, 9 19 cf. Gen. 3, 10 27*Ps. 118, 7—8

1 postea] *add.* te *Oav* 2 nimium] *add.* custodiret mandata. merito ergo admonet propheta ut *Gm2* 3 inquid *Pm1* uerbum] *add.* otiosum *Gm2Mv* 4 uel] aut *Oav* apex unus *AOR* 5 praeteribit *O* de] a *N* 8 dirigat dominus *av* 14 perspexeris *MN* mandata] *add.* eius *MNOav* 15 enim] *add.* grauiter *O* in Adam— *p. 18, 22* non sum solus *desunt in A* 17 tibi diceret *av* 24 adultorio *P* 27 *praemittunt* VIII *GR* domine *om. O* 28 cum] quod *O*

*cero iudicia iustitiae tuae. iustificationes tuas custodiam, non derelinquas me usque quaque.* hoc loco mystica plenius cognoscere se uelle testatur, ut ingrediatur penetralia mysteriorum caelestium et aperiantur
2 sibi thesauri sapientiae et scientiae in Christo absconditi. unde et Salomon ait: adtrahe nos; post te in odore unguentorum tuorum curremus. introduxit me rex in cubiculum suum. et fortasse illud, quod ait supra: osculetur me ab osculis oris sui, significat spiritus sancti superuenientis gratiam, sicut angelus ad Mariam dixit: spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi. quando autem introduxit eam rex in cubiculum suum, passionis tempus, lateris conpunctio declaratur, sanguinis effusio, sepulturae unguentum, resurrectionis mysterium, ut osculum quasi sponsa acceperit, in cubiculum autem Christi sit introducta ecclesia non iam quasi tantummodo desponsata, sed etiam quasi nupta, nec solum thalamum sit ingressa, sed etiam legitimae claues copulae consecuta
3 sit. ideoque quasi in thalamo sita ait: colligatio guttae frater meus mihi, inter media ubera requiescit. quodsi cubiculum quaerimus, ipse nos edoceat, qui ait: tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. cubiculum ecclesiae corpus est Christi; introduxit eam rex in omnia interiora mysteria, dedit ei claues, ut aperiret sibi thesauros scientiae sacramentorum, clausas ante fores panderet, cognosceret quietis gratiam, defuncti somnum, uirtutem resurrectionis.

5 cf. Col. 2, 3   6* Cant. 1, 4   9* Cant. 1, 2   11 Luc. 1, 35   19* Cant. 1, 13 (12)   22* Matth. 6, 6

*def. A*   2 non] ne *MNOT*  me derelinquas *av*  5 absconsi *MN*  6 nos] me (*corr. m1* nos) *P*  odorem *cod. Casin. 154 v*  7 tuorum] *add.* nos *v*  curramus *GPm1a* curremus *ante* in *tr. T*  8 aliud *T*  9 ab *om. MNT*  osculo *ORu*  10 gratiam superuenientis *O*  13 introduxerit *Gav*  14 punctio *O*  declarat *GNav*  16 iam *om. N*  17 solum] *add.* in *NT*  18 sit consecuta *MT*  19 ideo *N*  20 requiescet *cod. Casin. 154 v, cf. p. 44, 20*  21 quod sit *a*  23 hostio *O*  26 antea *Gm2Mm2ORav*  27 quiescentis *Gm2MNav*  somnium *Nm1Pm1*

17. In illo cubiculo iustitias domini Iesu nupta repperit. quae
sunt illae iustitiae? utique sacramenta baptismatis, sicut legimus,
quia, cum uenienti ad baptismum diceret Iohannes: ego a te
debeo baptizari, et tu uenis ad me?, respondit
Iesus: sine modo; sic enim decet nos implere
omnem iustitiam. in illo cubiculo iustificationes didicit, 2
consilium dei cognouit, sicut scriptum est, quia omnis populus audiens et publicani iustificauerunt
deum, baptizati baptismo Iohannis; Pharisaei autem et legis periti consilium dei
spreuerunt in se, non baptizati ab eo. quod 3
illi spreuerunt, nos elegimus et sequimur consilium dei, quia nihil
potest esse sublimius; hoc enim diuinum, quo fit remissio peccatorum. cum didicerit itaque iustitias domini, deum timens non
confundetur. denique et Paulus ait: in nullo confundar.

18. Et quia nullus potest perfectus esse sine fauore dei neque
tutus, ideo rogare debet, ne penitus eum relinquat deus. nam supra
rogauit Dauid, ne derelinqueretur, dicens: ne derelinquas
me, domine deus meus, hic ait: ne derelinquas
me usque quaque, hoc est 'multum'. supra forte quasi
adhuc inperfectus et in magnis perturbationibus positus, ne derelinqueretur, timebat, hic autem iam fortior non timet derelinqui,
ut temptetur, sed rogat, ne penitus derelinquatur. plerumque enim
derelinquit deus quos uult probari, penitus autem derelinquit quos
deserit. dereliquit penitus Iudam, non dereliquit autem sanctum 2
Iob, in cuius patrimonium, in cuius corpus potestatem diabolo
dedit, in animam non dedit; nam si dedisset in animam, penitus

3 Matth. 3, 14 5 Matth. 3, 15 7*Luc. 7, 29—30 15 Phil. 1, 20 18 Ps. 37, 22 19*Ps. 118, 8 26 cf. Hiob 2, 6

. *A* 2 babtismatis (*passim* b) *P* 3 cum] con *Rm1* 5 adimplere *MNOaμ* 6 iustificationes] *add.* domini *v* 7 cognouit consilium dei *av* 9 farisei *MNPR* 10 dei *om. N* 12 eligamus *MNPv* sequamur *MNPRv* quia] quo *Gm2MNOTav* 15 confundor *MNPRT* 16 dei *om. T* 17 debet rogare *O* relinquat (derelinquat *OTm1v*) eum (illum *M*) *MNT* 21 ne derelinqueretur] se derelinqui *G* 22 iam *om. MNT* 25 derelinquit (*bis*) *N* 26 patrimonium] *add.* ius tirannidis aduersario tribuit *Gm2Tm2a* diabulo *G* 27 *pr.* animam] *add.* autem *MNav*

dereliquisset eum. numquid non ideo relictus est Iob, ut relictus probaretur, probatus coronaretur? dereliquit igitur Iudam, cui ait: quod facis, fac celerius; dereliquit enim penitus, quem sceleris sui permisit effectui. alios autem apostolos cum uidisset esse turbatos, quia dixerat: quo ego uado, uos non potestis uenire, addidit: non turbetur cor uestrum, et infra: iterum uenio et accersio uos
3 ad me ipsum, ut ubi sum ego et uos sitis. denique turbatus Petrus, qui derelinqui timeret, ait: domine, quo uadis? uidit dominus turbari eum et respondit ei: quo ego uado non potes me modo sequi, sequeris autem postea. sic et in mari cum titubaret, clamauit ad Christum et porrexit ei dexteram Christus, ne penitus derelictus periret.

19. Nemo autem debet inflari, quod numquam derelinquatur, uel dolere, quod aliquando derelinquatur, siquidem ipse filius se dicit derelictum, sicut habes: deus deus meus, respice me; quare me dereliquisti? et ille quidem numquam derelictus a patre est, cum quo pater semper est; scriptum est enim: ecce iam uenit hora ut dispergamini unusquisque in sua et me solum relinquatis; sed non sum solus, quoniam pater mecum est.
2 sed secundum corpus, in quo est traditus passioni, uox ista processit, quoniam derelinqui nobis uidemur, quando sumus in periculis constituti. unde et Paulus ait de patre deo: qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. dereliquisse uidetur, quia non pepercit, qui tradidit

3 Ioh. 13, 27 5 Ioh. 13, 33 6 Ioh. 14, 1 7 Ioh. 14, 3 9 Ioh. 13, 36 12 cf. Matth. 14, 30—31 17*Ps. 21, 2 20*Ioh. 16, 32 25*Rom. 8, 32

*def. A* 1 *pr.* derelictus *MNOv* *alt.* derelictus *MNT* 2 igitur] autem *OR* 4 apostolos] *add.* non dereliquit quos *Gm2Tm2* non dereliquit apostolos quos *a* 7 arcessio *NPT* accipio *a* accerso *v* 8 ego sum *MNOPT* 9 timebat *GMa* 10 et *om. b* 12 titubaret] *add.* et *MNPT* clamaret *MNT* 16 doleri *Gm1* 17 *pr.* deus] domine *G* meus *om. NT* 18 *pr.* in me *Mav, cf. Explan. ps. 43, cap. 31* 19 est a patre *OR* 20 iam *om. O* ora *Pm1* 21 suam *Pm1* 22 quoniam] *pergit A* quia *O* 24 periculo *N* 25 proprio filio suo *MN* 27 illum *MNOT*

morti; sed non penitus dereliquit, cui dicitur: quia non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

## II.

## LITTERA BETH.

1. *In quo corrigit iuuenior uiam suam?*
superiorum octo uersuum non absurda nobis cecidit disputatio,
ideoque et sequentia persequi studium fuit. et primum litterae se-
cundae, hoc est 'Beth', interpretatio consideranda est, quae in
Latino conuersa 'confusio' declaratur. sed qui uiam suam 2
corrigit, non confundetur. uerum quia is, qui corrigit, ante in errore
fuit — quomodo enim corrigitur, nisi quod ante deflexum fuit a
uero? —, utique in lapsu positus et adulescentiae luxu ac lasciuae
aetatis captus inlecebris, ubi ad iuuentutis prouectus confinia
sobria mente resipiscit, tamquam confusus animo, quonam modo
erubescenda deponat et plena probitatis adsumat, diu secum uoluit
et diuersis fluctuans cogitationibus librat atque examinat posteriora
obliuiscens et ea quae sunt priora appetens, quemadmodum uiam
suam corrigat offensionemque adulescentioris aetatis seria iuuen-
tutis fronte praetexat. unde ne diu dubitet huiusmodi et in incerto 3
haereat, dat propheta consilium quasi cum eo ipse deliberans; tunc
enim salubriora consilia credimus, si propensiore meditatione exa-
minata uideantur. sed ipsa deliberationis susceptio docta defini-

1*Ps. 15, 10 6*Ps. 118, 9 17 cf. Phil. 3, 13

1 *pr.* dereliquid *Rm1 alt.* derelinquis *G* 3 corruptionem] *add.* In psał CXVIII littera (*om. R*) Beth *AGMR* Beth *N* Explicit sermo de littera prima (*add.* quae est *Tm2*) Aleph (*om. Gm2P*). Incipit de littera secunda in eodem psalmo quae dicitur Beth *Gm2 PT* Explicit sermo primus. Incipit sermo secundus *a* Sermo secundus. Beth *praeser. v* 10 latinum *GTm2 cod. Casin. 154 a* 11 confunditur *O* *alt.* corrigitur *NOT* 12 deflexum fuit] deflexit *Gm1av* deflexus fuerit *O* 13 lapso *Mm1* lasciuiae *Gm1R* 15 resipiscit *A* resipuit *O* resipiscat *Gm2Tm2* resipiscet *cet. av* quonam *v* quo *G cod. Casin. 154 a* quodam *cet.* 16 deponit *Nm2* adsumit *Am2Nm2* uoluat *Gm2Tm2* 17 libret *Tm2* posteriora] superiora *Gm1Mm2* (*in mg.*) *av* 20 fronte] sponte *T* in *GNm2a*, *om. cet. v* 22 salubria *MNT*

tione distinguitur, ut diuersarum cogitationum concursus auferat, dicens: in quo corrigit iuuenior uiam suam? hic enim deliberantis est finis, quo uiam suam corrigat.

2. Et respondet: *in custodiendo uerba tua.* et bene ad deum conuersus respondit deliberanti, quasi prece atque oratione delata consilium hoc domini inspiratione reppererit, ut non praesumptionis humanae, sed dignationis diuinae remedium crederetur. mens enim nostra uerborum caelestium conspersa seminibus, quae ante degenerabat in stirpibus, meliores cultus edere fructusque adferre incipit. dirigamus igitur semitas nostras nec tortuosi serpentis sequamur anfractus. uiae enim domini rectae, peruersae autem uiae errantium, de quibus dicitur: o qui de-
2 reliquerunt semitas rectas! in ordinem seges laeta porrigitur atque in uersum quendam uineta ponuntur; ceruorum cursus directior, uulpiculae flexuosus. ideo de Herode dicitur: ite dicite uulpi illi, quia deflexerat a uia recta nec iter suum in iuuentute correxerat, dignus Hieremiae threno, quo deflentur peccatores qui iugum uerbi in iuuentute suscipere recusarunt. ideo captiui ducti sunt, ideo deplorantur tamquam mortui, quia uitae nescierunt semitas et digna opera cadauerum busto non declinauerunt. flens ergo mortem perpetuam Iudaeorum dicit Hieremias: bonum est uiro cum tollit iugum in iuuentute; sedebit singulariter et silebit, quia tulit in se.

3. Non solum tollere iugum uerbi, sed in iuuentute debemus tollere; si enim sero tollamus, incipimus paenitentiam superiorum

2. 4*Ps. 118, 9 11 cf. Os. 14, 10. Prou. 2, 15 12*Prou. 2, 13 16*Luc. 13, 32 17 cf. Thren. 3 22*Thren. 3, 27—28

1 diuisarum *O* conuersus *AMm1NRT* (*s. scr. m2* anfractus *GT*) anfractus conuersus *a* auferrat *Pm1* 3 hinc *Am1Gm1Ra* deliberationis *N* 4 respondit *codd. av, corr. Engelbrecht* in—tua *ante* hic enim (*lin. 3*) *tr. A* custodienda *Pm1* 5 dominum *ORv* deliberanti respondit *O* 6 repperiret *a* 9 qui *N* in *om. O* melioris *Gm1Pm1Rm1a* 10 ne *O* 11 tortuosos *MNT* serpentis *om. NT* amfractus *GPm1T* 12 reliquerunt *μ* 14 usum *O* uineae *MNT* 15 directior cursus *MN* uulpiculae *sic Pm1Rm1* 16 defl•xurat *P* (*in mg. m2* deflexerat) defluxerat *NT* 17 quod *N* 18 accipere *O* 19 plorantur *MNT* quasi *Mm1* 20 dignis operibus *GMm2* bustam *Gm1* busta *Gm2Tm2* 22 est *om. MNT* 24 tulit] *add.* se *O* in] super *in ras. O* 25 sed] *add.* etiam *O* tollere debemus *O* 26 incipiamus *MNT* sapientiam *AGm1OPR* superborum habere magis *O*

magis habere quam tenere gratiam. praeueniamus ergo iuuentutis
annos correctione congrua, ut magis dicamus singuli: deus qui
pascit me a iuuentute mea, quam recordationem ha-
bentes lapsuum defleamus dicentes: delicta iuuentutis
meae et ignorantiae meae ne memineris. hoc
debilitatis est remedium, illud robur salutis. salutis medicina uul- 2
neri quaeritur, gratia sanitati. ideoque ait: bonum est uiro
cum tollit iugum in iuuentute. ei autem, qui post
decursae iuuentutis annos iugum tulerit, non est statim perfectum
bonum; stimulant enim eum peccata sua, exagitat conscientiam
consuetudo peccandi et usus erroris instabilem facit. luctandum est
diu huiusmodi uiro, ut abolefaciat inueterata atque diuturna. huic
in periculo res est, illi in bono.

4. Denique sedebit ille singulariter, quasi is, qui facile non in-
ueniat aequalem singularibus donatus praemiis, et silebit quietus
et feriatus ab omni interpellatione mundanae sollicitudinis et uo-
luptatis et diuinis uacabit oraculis, quae solent singulariter seden-
tibus reuelari, sicut sancto Dauid, qui ait: quoniam tu, do-
mine, singulariter in spe constituisti me.
et hic quidem non in secreto solus sedebat, sed cum praeesset po- 2
pulis, singulari tamen gratia praeminebat. Helias solus sedebat,
cum ab angelo uel etiam coruis cibum deferentibus pasceretur; solus,
non solum secretus a turbis, uerum etiam segregatus a meritis plu-
rimorum. denique reuelationes illi diuinae gratiae refulgebant;
cuius muneris fructum pro mercede adipiscebatur, quia a iuuentute
sua iugum uerbi suscipiendum putauit, ne trahenda essent longo
diutius fune peccata.

5. Potest iuuenior iste, qui fecit bonum tollendo in iuuentute

2*Gen. 48, 15 4*Ps. 24, 7 7*Thren. 3, 27 18 Ps. 4, 9 (10)
21 cf. III Reg. 19,17. 17,6 26 cf. Ps. 118, 61 . Prou. 5,22

3 pascis *NOμ* 4 lapsum *GMm1v* lapsus *Mm2* 6 est *om. N*
remedium est *MT* robor *Pm1* *alt.* salutis *om. MN* uulneri] *ras. N*
7 sanitatis *Nm2* 8 potest *Am1* 9 decursos *A* decursum *R* 10 sua *om. N*
12 abolere faciat *APRa, add.* in iuuentute facta *Ov* 14 inuenit *O* 15 do-
natur *ART* donabitur *P* 18 domine *om. AGm1PRav* 21 praeeminebat *N*
sedebat solus *G* 23 turmis *MNT* 26 nec trahenda (*om.* essent) *Gm1av*
28 iugum uerbi in iuuentute *O*

iugum uerbi, nondum perfectus, quia adhuc iunior, segregans uero se a conloquiis aequalium, quae plerumque corrumpunt mores bonos, et contagia uolens fugere peccantium ita intellegi singulariter sedere et silere, ne rudis aetatis facilitate labatur, sed intendere seniorum praeceptis, prophetarum oraculis, apostolorum magisteriis, laudandus eo, quia prius uult loquenda cognoscere quam proferre quae sentiat antequam loqui discat, timens, ne in multi-
2 loquio peccatum contrahat. unde puto et Pythagoram illum philosophum imitatorem iuuenis huius prophetici instituisse sectam, ut discipuli sui quinquennio non loquentes tanto silentio loqui discerent, cum praesertim et Dauid superioris aetatis quam Pythagoram fuisse non dubium sit, qui ait: dixi: custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea; posui ori meo custodiam. et quia forte aliquando aliquid locutus esset incautius, ideo postea a deo poni ori suo custodiam
3 postulabat. Esaiam quoque Pythagoricis anteriorem fuisse quis nesciat? qui cum audisset: clama, non prius clamauerit, quam audiret quid clamare deberet; respondit enim: quid clamabo? unde dictum est ei: omnis caro faenum, uerbum autem domini manet in aeternum, et prophetica uoce clamauit.

6. Uterque igitur iuuenis praedicandus, ille tamen serius, hic cautus; ille se ipso contentus et numquam sibi solus, iste pulchram aetati lubricae disciplinam adsciscens silentii nec adhuc sibi abundans, sed aliis se timens credere, quaerens tamen a iuuentute congregare, quae in senectute et sibi et proximis suis prosint, ne dicatur ei: quae in iuuentute non collegisti, quo-

2 cf. I Cor. 15, 33 6 cf. Eccli. 18, 19 7 cf. Prou. 10, 19 12 Ps. 38, 2 17*Esai. 40, 6. 8 27*Eccli. 25, 3 (5)

1 quia *A* qui *cet. av* iuuenior *v* uero *A*, *om. cet. av* 2 bonos mores *av* 4 lauatur *def. A Pm1* 5 praeceptis seniorum *M* magisteriis — *p. 25, 8* requirat aegram *desunt in A* 6 uult] *add.* tacendo *O* 7 in *om. GOav*, *cf. tractat. 4, cap. 18 extr.* 9 prophetici *om. N* 12 quia *MNm1* 13 ut *om. ORμ* 14 custodiam ori meo *N* 15 fuisset *Gm1* 16 postulauit *Oav* isaiam *GOv* ysaiam *N* phithagoricis *R* 19 omnis] *add.* enim *a* foenum *Gm1MP* fenum *Gm2ORTv*, *add.* et omnis gloria eius ut flos feni. aruit fenum et flos eius decidit *Ov* 21 et] haec *O* clamabit *R* 22 serus *OPRv* 23 caucius *Mm2* ille] ipse *O* contemptus *O* 24 silentium *G*

modo inuenies in senectute? ergo is, si in consilio 2 seniorum sederit, manum adhibebit ori suo, ut audiens sententias colligat, quod sibi ad maturiorem seruet aetatem; quemadmodum Maria, cum uerba Christi audiret, conferebat ea omnia in corde suo; quemadmodum Iohannes, cum caput suum supra pectus Iesu domini reclinaret, hauriebat profunda secreta sapientiae.

7. En tibi iuuenem, qui uiam suam in iuuentute correxit! piscator erat cum fratre suo; uidit dominum Iesum, cum plicaret retia sua, et audiuit dicentem: uenite, faciam uos piscatores hominum, et relictis retibus suis et patre secutus est eum. uiam saeculi coeperat currere, sed auditis imperiis deseruit uitam mundi, secutus est Christum, probauit, quia in eo corrigit iuuenior uiam suam, si Christi uerba custodiat, dicens ad eum: diligamus ubera tua super uinum, sic tamen bibens, ut non absorberetur uino, sed gratia eius laetitiam cordis hauriret, non corporis ebrietate titubaret. denique bibens 2 hoc uinum aperuit oculos suos et uidit uiam rectam, reliquit tortuosas uias, dicens: aequitas dilexit te, hoc est: 'non flexuosa itinera te sequuntur, sed solus ad te potest iustitiae trames peruenire'. qui enim diligit iustitiam, non se auertit a Christo; quomodo enim arbitrum iusti remuneratoremque meritorum innocens metuat conscientia?

8. In hoc ergo iuuene spectato magna mysteria, quae in Canticis canticorum sanctus Salomon repletus domini spiritu resultauit. constitue dominum Iesum recumbentem in conuiuio, reclinantem se Iohannem supra pectus eius, mirantes alios, quod seruus se supra dominum reclinaret, quod caro illa peccatrix supra templum uerbi recumberet, quod anima illa carnis uinculis innexa aulam diuinae

4 cf. Luc. 2, 19 5 . 25 cf. Ioh. 13, 25 7 cf. Matth. 4, 21 9*Matth. 4, 19 14 . 18*Cant. 1, 4 (3)

*def. A* 1 concilio *MNOv* 2 audiens] *add.* senum *O* 3 aetatem seruet *MN* 5 capud *MPm1* 6 profundae *MT* profundius *N* 9 audiuit et *O* 11 auditis] *add.* Christi *Oav* 12 uiam *MNOTab* 15 obsorberetur *MN* 16 auriret *R* 17 reliquid *Mm2R* 19 secuntur *NO* 21 arbitrem *MN* arbitrium *R* iustitiae *Gav* iustum *N* 22 metuit *T* 23 iuuene] *add.* uiam suam corrigente *v* spectato] *add.* hoc est praeuide (iohanne [in ioh. *a*] praeuide *Tm2a*) *MNPTa* 24 spiritu domini *O* 26 *alt.* se *ORav*, *om. cet.* 28 innixa *MNOPR*

2 plenitudinis scrutaretur. haec ergo mirantibus aliis respondet anima
Iohannis: *fusca sum et decora, filiae Hieru-
salem*, fusca per culpam, decora per gratiam. dicit et caro:
*fusca sum et decora*, fusca puluere saeculari quam cer-
tando collegi, decora oleo spiritali quo mundi huius puluerem
squaloremque detersi, fusca per uitium, sed decora iam per lauacrum
quod abluit omne delictum; fusca sum, quia peccaui, decora, quia
iam me diligit Christus, quam relegauerat in Eua, recepit ex uir-
gine, suscepit ex Maria.

9. Dicit etiam synagoga, cuius mysteria hoc loco plerisque ui-
dentur exprimi; quae cum se reici iam uideret propter totius plebis
inpietatem, solabatur se tamen, quia ipsum Christum de populo
suo, Petrum Iohannem Iacobum Christo adhaerentes uidebat,
quia habebat eloquia sibi credita, et ideo dicebat: *fusca sum
et decora, filiae Hierusalem*, fusca per increduli-
tatem, decora per legem, fusca per lapsum, decora, quia dilexit me
2 sol et prior facta sum congregatio dei. nolite refugere me, quia
fusca sum; ideo fusca sum, quia sol me reliquit iustitiae, qui
ante inluminare consueuerat. amisi colorem uultus mei, obtunsa
facta est acies oculorum meorum, quibus ante solem uidebam;
in tenebris ambulo, quia diem Christi nescio. nolite tamen despicere
me, quoniam qui reliquit potest rursum aspicere, misereri iterum.
solet congregare dispersos, desertos requirere, colligere destitutos.
3 omnes tribus Israel, conuenite, aspicite me decoram ante derelic-
tam; *nolite aspicere me, quoniam obfuscata*

2. 14*Cant. 1, 5 (4) 14 cf. Rom. 3, 2 17 cf. Cant. 1, 6 (5) 18 cf. Mal. 4, 2 21 cf. Matth. 24, 42 23 cf. Esai. 56, 8 25*Cant. 1, 6 (5)

*def. A* 1 respondit *codd. av*, *correxi* 2 filia *a* 4 quem *GMOPm1av* qua (*in ras.*) *T* peccando *O* 5 collegi *NTv* collegit *cet.* oleo *O cod. Casin. 154 v* oraculo *MNPm2* oculo *cet. a* spirituali *GN* 6 detersi *v* tersit *MNT* detersit *cet. a* 7 quod] quo *GORa* 8 religauerat *O*, *add.* id est rep (-pp-) ulerat *MNPT* recipit *G* 9 suscipit *G* 10 synagoga] *add.* quod dicit ecclesia *O* 11 reici se *O* 13 suo] *add.* non tantum sed et *a* petrum (et petrum *Gv*) et iohannem et (*s. l. R*, *om. G*) iacobum *GORv* 14 qui *v* sibi eloquia *OR* 15 filia *a* 18 reliquit me *OR* 19 ante] *add.* me *Ov* obtusa *Nm2ORm2v* 20 uidebamus *Gm1* 21 tamen *om. MN* 22 dereliquit *Mm1* reliquid *Rm1* aspicere] *add.* et *O* 23 solet] *add.* namque *Gm2*, et *O* 24 israhel *GP* me *om. MNT* dilectam *GPaμ* delicta *NT*

*sum*, hoc est: non hoc solum aspiciatis, quia obfuscata sum.
non est intuitus me sol, et ideo obfuscata sum. sed lucet sol super
iustos et iniustos, super iustos per gratiam, super iniustos per mi-
sericordiam, illis mercedem meritorum tribuens, istis peccata
dimittens. et gentibus non lucebat ante, nunc lucet, nunc illis
oritur qui oriebatur mihi; qui illis remisit, remittet et mihi. nolite 4
arbitrari, quoniam obfuscata sum, quod penitus reliquerit me sol
et iam non intueatur, non requirat aegram. dissimulauit a me, quia
non seruaui mandata eius; reconciliabitur, cum uiderit meorum
paenitentiam delictorum. non uidit me sol, quia non recepi adue-
nientem, non aperui fenestras, ut uitae lumen intraret. cum
aperuero, inluminabit oculos meos, qui uenit ut totum mundum
inluminaret, et uideant etiam non uidentes.

10. *Filii matris meae pugnauerunt aduer-
sum me, posuerunt me custodem in uineis;
uineam meam non custodiui.* putant aliqui hoc de
illis dici, qui synagogam ad legis praecepta constringunt, ut legem
custodiat, uineam suam tueatur, quam custodire non potuit: de-
nique custodiebat ut faceret uuas, fecit autem spinas. quae sit
igitur uinea, uenit Dauid testificari nobis dicens: *uineam ex
Aegypto transtulisti, eiecisti gentes et plan-
tasti eam.* possunt et apostoli esse filii matris eius, qui uere 2
inpugnauerunt synagogam dicentes: *ecce conuertimur
ad gentes* et nationibus uerbum dei seminare coeperunt. possunt
et prophetae intellegi, qui monendo denuntiandoque, ut uineam suam
custodiret synagoga, nihil profecerunt. fecit enim spinas inprobi-
tatis, quae uirtutis uberes fructus deferre debuerat. et ideo con-
fitetur, quia populum suum custodire non potuit, meritoque sero

2 cf. Matth. 5, 45 14*Cant. 1, 6 (5) 19. 26 cf. Esai. 5, 6 20*Ps. 79, 9
23 Act. 13, 46

1 non *GOav* tantum si *R* tantum non *cet.* quia] quoniam *MNT*
2 offuscatus *Gm1* 3 pro gratia *et* pro misericordia *Ga* 5 ante non lucebat *T*
8 tueatur *O* aegram] et gratiam *a* dissimulauit] *pergit A* 10 uidet *AMNOP*
11 lumen uitae *av* 14 aduersus *AORav* 15 posuerunt — 16 custodiui
*Gm2Tm2av, om. cet.* 16 alii *Ga* 18 custodiant *GNm1OR* tuetur *AGm1OR*
19 custodiebatur *O* 20 ueniet *G* testificare *Rm1* ex] de *O* 21 et eiecisti *AGOR*

quaerit tenere, quem, cum teneret, amisit, multo dissimilior eius quae dicit: *inueni quem dilexit anima mea; tenui eum et non relinquam eum.*

11. Denique illa inuitat in hortum suum sponsum, haec, ubi
pascat requirens, dicit ad ipsum: *adnuntia mihi, quem
dilexit anima mea.* cur 'quem dilexit anima mea' dicis
et non 'quem diligit'? cur dimisisti quem tenebas? dilexisti patrum
fide, amisisti incredulitate; tenebas caritatis uinculis, amisisti longo
fune perfidiae. ideo nescis ubi pascat, ubi maneat; nam si scires,
non quaereres. dicis enim: *ubi pascis, ubi manes in*
2 *meridie?* meridiem nosti esse ecclesiam quae teneat Christum,
et tu eum in noctibus quaeris? dic, inquit, mihi, Christe; responde
uel propter id, quia ante carus fuisti atque dilectus mihi; etsi ego
tantae praerogatiuam caritatis amisi, tu tamen quasi pius responde
mihi: *ubi pascis, ubi manes?* reliquisti me, abisti ad
gentes, recessisti longe a me et illis propior factus es, a quibus
longe eras. sed factus es prope, quia crediderunt sanguini tuo;
a me recessisti, quia ego crucem tuam non suscepi ut mundi redem-
3 ptionem, sed ut noxii damnationem. qui autem receperunt sicut
salutis auctorem, in meridie sunt; illis luces, illis refulges, illis
calet gratia tua sicut meridies. mihi matutinus eras cum adhuc
crederem, sed non credebam plene, quia non sum inuenta in meridie
sicut Ioseph cum fratribus suis, qui cenabant meridie. illis meridies
factus es, qui pascuntur in diuitiis tuis et in te sperant. ideo, ut
dixit Dauid, deduces eorum iustitiam tamquam lumen et iudicium
eorum tamquam meridiem.

2*Cant. 3, 4 4 cf. Cant. 5, 1 (4, 16) 5*Cant. 1, 7 (6) 8 cf. Ps. 118, 61 10 . 15*Cant. 1, 7 (6) 12 cf. Cant. 3, 1 16 cf. Ps. 9, 22 (10, 1) 23 cf. Gen. 43, 16 24 cf. Ps. 36, 3 25 cf. Ps. 36, 6

1 quem] quae *A* 2 quae] qui *PR* dixit *N* diligit *MN* 3 *pr.* eum] enim *M* derelinquam *O* 6 . 7 quur *APR* dicis *post* cur *tr. O* 7 demisisti *Rm1* patrem *A* 8 fidem *O* credulitatem. quem *O* 9 perfidiae] perdie *Mm1* per diem *NT* 11 esse *om. MNT* tenet *Oa* 12 in noctibus eum *MN* inquid *MPm1* mihi inquit *OR* 14 tantam *T* praerogatiua *A* praerogatiuae *Nm2Pm1* 16 proprior *Am1* prior *N* 19 receperunt] *add.* te, domine *v* 22 quia — in meridie *om. AGm1MNOPTm1* inuentus *G* 23 qui *post* Ioseph *tr. a* cenabat *Aa* *alt.* meridie *AGm1NPm1* factus es meridies *O* 24 et ideo *O* 25 deducis *APT*

12. Quaeris ergo tamquam aliena, quae proxima eras, tamquam pauper, quae diues fuisti. uis sequi quae praecedebas; atque utinam uel sequaris quos praecedere debuisti! mercennaria esse desideras quae ante mercennarios colligebas; mercennariae utique uox ista dicentis est: ne forte fiam circumamicta super greges sodalium tuorum. quae proselytos ex gentibus ante suscipiebas, nunc ipsa in nationibus uis pro proselytis suscipi et tamquam aduena congregari.

13. Respondet Iesus: nisi noscas te decoram inter mulieres. quid est se noscere, nisi ut sciat unusquisque hominem ad imaginem et similitudinem dei factum, rationis capacem, qui terram suam excolere tamquam bonus agricola debeat aratro quodam et falce sapientiae, ut uel dura findantur uel luxuriantia recidantur, qui inferiorem sui portionem animi imperio debeat gubernare? unde etiam in Lege scriptum est: ad- 2
tende tibi, ne fiat uerbum absconditum in corde tuo. tibi, inquit, adtende; non utique dicit pecuniae tuae, non possessionibus tuis, non uiribus corporis, sed animo tuo ac menti tuae, unde omnia consilia, facta cogitationesque manant. tibi ergo adtende ibi, ubi potiorem esse te nosti. nosce te ipsum, quod Apollini Pythio adsignant gentiles uiri, quasi ipse auctor fuerit huius sententiae, cum de nostro usurpatum ad sua transferant et longe anterior Moyses fuerit, qui scripsit librum Deuteronomii, quam philosophi qui ista finxerunt.

14. Unde et Salomon oraculum diuinum secutus scripsit in Canticis canticorum: nisi scias te decoram inter mulieres, hoc est: nisi cognoscas te mortalem, rationalem et cito tua peccata fatearis, cito dicas iniquitates tuas, ut iusti-

4 cf. I Par. 22, 2 5*Cant. 1, 7 (6) 9*Cant. 1, 8 (7) 11 cf. Gen. 1, 26 15*Deut. 15, 9 21 cf. Cic. Tusc. 1, 22, 52. Iuu. 11, 27 26*Cant. 1, 8 (7) 28 cf. Esai. 43, 26

1 quaeres *GMNPTa* 6 ante ex gentibus *AO* ante suscipiebas ex gentibus *MN* 7 pro *om. Ta* susciperis *O* 8 aduenam *G* congregaris *O, add.* desideras *A* 9 respondet *scripsi* respondit *codd. av* noscaris *Am1Mm1NPm1R* decora *Am2G. cf. infra et tractat. 10, cap. 10* 10 sciat] *add.* se *Av, post* hominum (*sic Tm2*) *add. Tm2* 20 potentiorem *O* te esse *MN* 21 apolloni *GNPm1Rm1* phythio *MNR* 22 usurpatu *O* 26 decora *Am2* 27 rationabilem *G* 28 fatearis peccata *O*

ficeris, nisi conuertaris et prior accuses delicta tua, uenit dies
mortis et iam nullum conuersionis remedium est; praeueniris,
2 dum non cogitas. accende facem tuam, priusquam sponsi tibi
claudatur ianua, qui expectare diu non solet neglegentes. nisi
scias te, inquit, decoram inter mulieres et dicas:
fusca sum et decora, fusca sum, quia peccaui, sed decora,
quia diligor, quia genus sum Abrahae, electum genus, dilectum deo,
nihil tibi proderit patrum gratia; potens enim deus est
de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.
et alibi in euangelio legisti, quia Abrahae filiam ligauit diabolus
3 nequitiae suae uinculis, quam soluit dominus die sabbati. nisi ergo
scias te, nihil tibi proderit, etsi dicas: 'Abrahae sum filia', quae
non credis, quae errorem non corrigis; Abraham quidem saluatur,
sed te nobilitas generis non iuuabit, nisi fides seruauerit. non te
decipiat data patribus repromissio. non suscipio personam hominis,
non suscipio praerogatiuam generis, nisi uidero congruentem generi
morum nobilitat.m, ut fiat iusti generis electio.

15. Quodsi scias te et cognoscas, quia peccato obnoxia es, exeundum in calcaneis gregum est tibi. exi ergo nuda pede et pasce haedos tuos in tabernaculis pastorum. qui sine peccato est, agnos pascit, oues pascit; quae autem peccato obnoxia est, pascit haedos qui a sinistris sunt; non enim potest esse in dextera pastoris boni. sequatur magis dicentem Petro: ueni retro me, satana. sequendo Petrus in dextera meruit collocari, ideoque ei dicitur: pasce agniculos meos. sed quo exeat, audi: ad tabernacula, inquit, pastorum,

1 cf. Prou. 18, 17 3 cf. Matth. 25, 1—12 4*Cant. 1, 8 (7) 6*Cant. 1, 5 (4) 7 cf. I Petr. 2, 9 8 Matth. 3, 9 10 cf. Matth. 13, 16 19 cf. Cant. 1, 8 (7) *Cant. 1, 8 (7) 22 cf. Matth. 25, 33 24*Marc. 8, 33 25*Ioh. 21, 16 26*Cant. 1, 8 (7)

1 priora *Om1* accusas *G* 2 praeuenires *Gm1Tm1* 3 non *Aav*, *om. cet.* tibi] tui *O* 4 ianua claudatur *T* spectare *R* 5 decora *Am2b* 6 *pr.* sed decora *MNP* 8 est enim deus *av* 11 dominus soluit *O* sabati *AGNO* 14 *pr.* te *om. A* 15 remissio *O* 17 nobilitatem morum *MN* 18 agnoscas *AORv* 19 calcaneis] *add.* id est in uestigiis *Gm2Mm2NPT* nudo *O* 21 qui] quae *a* autem *om. O* 22 pascat *GPRT* possunt esse ad dexteram *O* 23 dexteram *AGm1PR* 24 uade *Gm2MNa* satanas *MN* dexteram *O* 25 col (con-*N*) ligari *MmlNT* 26 audit *R*

hoc est: ad gentes, ad dispersionem. ideoque dixit: *percutiam* 2 *pastorem et dispergentur oues gregis*, ut repleatur totus orbis terrarum grege Christi, significans tunc fore saluam synagogam, cum se huic dispersioni et ipsa sociauerit, quae repleuit hunc mundum; tabernacula enim pastorum regna sunt terrae. ideoque propheta Dauid nationes adnuntians credituras ait: *regna terrae, cantate deo.* ergo sciat se iuuenior, ut corrigat uiam suam.

16. Sed dicis: 'qui potest cognoscere uiam suam iuuenior, ut corrigat, cum propheta dicat: *tria sunt inpossibilia mihi intellegere et quartum quod non agnosco: uestigia aquilae uolantis, uiam serpentis in petra et semitas nauis nauigantis et uias uiri in iuuentute?* si Salomon fatetur, quod non cognoscat uias uiri in iuuentute, quomodo iuuenior potest cognoscere?' cui respondebitur, quod illae uiae uiri in iuuentute non 2 cognoscantur, quae sunt secus uias serpentis in petra et secus semitas nauis fluctuantis et uestigia uolantis aquilae, quae ungues asperos habet et supra nubes uolat, in aere errat et in mari piscem interficit. et tamen non est inpossibile hoc quartum, sicut illa tria; *cognoscit* enim *dominus qui sunt ipsius* et uult ut sciat se unusquisque, sciat se populus dei.

17. Sed esto, non cognoscantur errantium uiae, sicut dicit dominus: *non noui uos; discedite a me operarii iniquitatis.* hic autem iuuenior, qui potest corrigere uiam suam, fortasse iunior sit aetate, non moribus et habeat in primo

1 cf. Iac. 1, 1 *Zach. 13, 7 7 Ps. 67, 33 cf. Ps. 118, 9 10*Prou. 24, 53—54 (30, 18—19) 21*II Tim. 2, 19 22 cf. I Thess. 4, 3—4 24*Luc. 13, 27

4 se *om. MNT* se sociauerit *N* 5 hunc] omnem *a* 6 ideo dauid propheta *MN* 7 iunior *Gm1MNP* 9 dices *cod. Casin. 154* quis *AGMm1O Pm1RTav* quomodo *Mm2* suam *om. Av* iunior *GMNPTa* 11 quod *om. O* cognosco *b* 13 semitam *MN* 15 agnoscat *AORv* potest iuuenior *av* 17 *alt.* sequus *Pm1* 19 habet] *add.* et (*om. v*) praedam non (*om. v*) includit *Ov* *alt.* et *om. GMm1NTav* 20 impossibile non est *a* 21 ipsius] illius *M* 23 cognoscuntur *A* dominus dicit *O* 25 post *Rm1* 26 iuuenior *Ov*

flore iuuentutis suae senilem intellectum, de quo ait: canities autem est intellectus hominibus, quibus maturitas consilii grauitasque subpetit. unde et Hieremiae dicitur: noli dicere, quia iuuenis sum. et utique erat aetate iuuenis, sed prohibet eum iuuenem se dicere, qui esset maturioris
2 prudentiae. Danihel cum puer esset, accepit spiritum quo dignus senectutis primitiis haberetur, ut redargueret senes, ipse non senior longaeuitate, sed gratia; erat enim in illo aetas senectutis uita inmaculata, cui bene conpetit Dauiticum illud dicere: super seniores intellexi. ideoque tamquam de ueterani consilii et senilis scientiae uiro diuinum pronuntiauit oraculum: quis prudentior quam Danihel?

18. Nunc illud aduertamus, si possibile est, ut corrigat iuuenior uiam suam an non. si non est, ergo mentitur propheta; •sed quia non mentitur, possibile est, ita tamen possibile, ut, quod inpossibile uideatur, fiat possibile, si custodiat iuuenior uerba dei, si autem non custodiat, inpossibile. unde illud euangelicum: facilius est camelum per foramen acus trans-
2 ire quam diuitem intrare in regna caelorum. quod quamlibet inpossibile esse dixit, sic intellegimus inpossibile esse, quia diuites non custodiunt mandata dei; si autem custodiant, fit possibile quod inpossibile uidebatur. hic est camelus qui intrat per angustam uiam, et quae illum ante capere non poterat concupiscentem, iam capit custodientem mandata diuina. ⟨ad⟩custodiendum

1*Sap. 4, 9 (8) 4*Hier. 1, 7 6 cf. Dan. (Sus.) 13, 45 8 Sap. 4, 9 10*Ps. 118, 100 12*Ezech. 28, 3 18*Matth. 19, 24 23 cf. Matth. 7, 13

3 grauitas *Mm1N* 5 maturioris esset *O* 7 primitiis] principatu *Mm2N* 9 competit bene *O* Dauidicum *v* 14 si] sed *Mm1*, *om. Gm1* uiam suam iuuenior *O* 17 uidetur *O* iunior *ARv* 18 inpossibile] *add.* est *MNOPT* 19 est *om. MN* transire] intrare *O* 20 regnum *MTav* regno *N* 21 quamlibet *G* (*in ras. m1*) *MNPT* uel quod qualibet *AR* in alio quoque libro libere *O* quoque in libro euangelii *a* hoc quoque libro *v* *pr.* inpossibile] *add.* quoque libere im (in-) possibile *AR* 21 sic] *add.* tamen *v* 23 uideatur *R* 24 et *om. av* quae *Oav* qui *AR* quia *cet.* capere ante *AOR* 25 iam *om. Ga* diuina mandata *MN* ad custodiendum *scripsi* custodientem *codd. av*

autem uerba dei, quia custodiuit ea, Moyses quasi senior eligitur. et nunc, quibus hoc spiritu dei committitur officii, ut eligant seniores uiros, eligunt sine dubio inter seniores iuuenem corrigentem uiam suam in custodiendo uerba dei. et si senioris aetatis uirum 3
elegerint, non quasi longaeuum utique elegerunt, sed quasi custodientem uerba dei; quod si repperitur in iuniore, utique et ipse est eligendus. liquet igitur ex his, quod non senectutis longaeuitas eligatur, sed custodia uerborum dei. denique ipse Moyses Iesum Naue et Caleph iuuenes prae ceteris adprobabat, quorum consilium in terrae electione magis quam multorum seniorum et ipse secutus est et deus praetulit.

19. Unde et illud de Iacob, quod supra diximus: d e u s q u i p a s c i t m e a i u u e n t u t e m e a , manifestatur nobis de eo dictum, qui tulerit iugum uerbi in iuuentute sua et recedens ab Esau et similibus eius sedit singulariter, in se tempus expectans, quo possit cum disciplina proferre sermonem; et propterea spiritali est donatus alimento, adhuc aeui integer, sed ueteranus consilio. neque enim dignum est ut credamus, quod tantus patriarcha 2
de corporali cibo dixerit: d e u s q u i p a s c i t m e a i u u e n t u t e m e a , quia nec corporalem panem desiderabat, cum diceret: s i d o m i n u s d e u s m e c u m e s t, d e t p a n e m m i h i m a n d u c a r e e t u e s t e m i n d u i. o m n i u m , q u a e d a s m i h i , d e c i m a m d e c i m a b o t i b i. nam si patres nostri spiritalem escam manducauerunt et spiritalem potum biberunt, quanto magis sanctus Iacob cibo pastus est spiritali!

20. Ille quoque intellectus hoc loco suppetit nec alienus a uero

3 cf. Ps. 118, 9    8 cf. Num. 14    12. 19* Gen. 48, 15, cf. p. 21, 2
14 cf. Thren. 3, 27—28    17 cf. Uerg. Aen. 9, 638    21* Gen. 28, 20. 22
24 cf. I Cor. 10, 3—4

1 dei] diuina *a*   custodit *GMm1NP* custodiunt *O*   moysen *GMm2OPRa* senior eli (-e-*A*) gitur *AR* seniorem elegit *cet. av*   2 hoc *om. Gm1Pm1*   4 et si — 6 uerba dei *om. Mm1NP*   senilis *Mm2*   5 eligerint *Pm1Rm1*   non *om. R* elegerunt] eligunt *O*   6 reperitur *AGOPRTv*   7 eligendus est *O*   non *om. T*   8 moses *P*   hiesum *Am1GR* hiesu *Am2*   9 chaleb *GNa* caleb *MPTv*   ap(ad-)probauit *MNPm2T* approbat *O* adprobantur *Pm1*   10 in terrae] inter *AGm2OR* electionem *AGNOPR*   13 pascis *O*   manifestatur *scripsi* manifestat *codd. av*   14 iugum uerbi *om. G*   tua *Gm1*   15 se] si (sy-) on *GMNPTa*   expectat *G*   21 est] *add.* ut *v*   mihi panem *MNTv*   22 ueste *Mm2*   24 potum spiritalem *O*

est, quia iuuenior ille ex congregatione gentium populus, qui, antequam in Christo crederet, tortuoso errabat anfractu, in eo corrigit uiam suam, quia dei uerba custodiuit, quae noluit custodire populus Iudaeorum, et ideo ille uiam salutis inuenire non potuit. consideremus et sequentem uersum.

21. *In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me a mandatis tuis.* si deus repellit unumquemque, quem repellendum putat, uideamus, ne excusationem ei tribuat, qui, cum sequi deum uellet, repulsus sit. et primum quemadmodum bonus deus repellit sequentem, nisi ipse mereatur repelli? sicut ipse dominus ait: u u l p e s  f o u e a s  h a b e n t, et ideo quasi uulpem repellit, et alibi: q u i a  o m n i  h a b e n t i  d a b i t u r,  e i  a u t e m,  q u i  n o n  h a b e t,  e t  q u o d  u i d e t u r  h a b e r e  a u f e r e t u r  a b  e o. cui addit nisi ei, qui toto corde exquirit eum, ut, quod deest naturae, id dei opera-
2 tione adquirat et gratia? sicut Salomon, qui ex toto corde exquirens deum sapientiam postulauit et, quia non opes sibi regias, sed diuinae munus gratiae depoposcit, accipere meruit sapientiae disciplinam, repletus est domini spiritu, ut cognosceret mandata omnia. qui autem non habet, ut in corde suo exquirat dominum, et facit quidem opus dei, sed neglegenter facit, maledicto subiectus est, sicut legimus, quia m a l e d i c t u s  o m n i s  q u i  o p u s  d e i  f a c i t  n e g l e g e n t e r. merito ergo repellitur, quia maledicto dignus est, quia polluit magis et inpedit opus quod neglegenter putauerit exequendum.

22. Consideremus ergo, utrum bonitas sit repelli ab opere neglegentem an uero retinere, et imaginem rei huius ex aliis sumamus

6 Ps. 118, 10  11 Matth. 8, 20  12 Matth. 25, 29  16 cf. III Reg. 3, 11—12  22*Hier. 31 (48), 10

1 iunior *Mm1N*  ille *om. Gm1*  gentium *om. Mm1N*  2 christum *MNOPm2T*  amfractu *GP*  corrigat *O*  3 uerba dei *MN*  custodit *A cod. Casin. 154*  6 meo *om. Gm1PR*  reppellas *R*  7 mandata tua *P*  9 deum sequi *MO*  uelit *GPTa*  10 deus] *add.* non *O*  13 ei] ab eo *a*  14 addidit *MNOm1a*  15 qui] *add.* ex *M*  naturae] *add.* humanae *O*  16 ex *om. O*  17 postolauit *Rm1*  18 deposcit *G*  19 dei *a*  20 deum *a*  21 quoddam *Mm2T* quiddam *NP* quidam *R*  *alt.* facit — 23 neglegenter *om. N*  23 reppellitur *R*  25 exequendo *Mm2*  27 retineri *O cod. Casin. 154 av* ex] ab *A*

artibus. curat medicus aegrotum, sed neglegentia et desidia medici uirus uulneris serpit. quanto igitur melius remoueri huiusmodi medicum, qui tempus terit, cum profectum nullum sentiat uulneratus, ut curandi officium ad eum medicum transferatur, qui maturius possit aegroto sua diligentia subuenire! nonne clementior est, qui repellit nihil proficientem quam qui retinet ad discrimen aegroti?
constitue aliquem praepositum aedificantibus uel etiam texentibus, 2
qui debeat summam operis explicare: utrum is tibi probabilior uidetur, si in id diligenter insistat ac, si quem forte incuriosum aduerterit de his qui operantur in domo aliqua construenda, repellat eum, melius credens non aedificare quam hiantibus rimis aedificata dissolui, atque aliquem in eius substituat locum, qui cum diligentia aedificet? similiter etiam textrini praepositum repulsorem neglegentium, ut substituat diligentes, ne longa textrinum corrumpat incuria, non magis probabis quam illum, qui desides in sua neglegentia perseuerare patiatur?

23. Transi nunc ad eos, qui mandata aedificant et legem intexunt et animam uniuscuiusque receperunt sanandam. nonne, si quis eorum aedificet domum dei cum iustitia, texat indumentum cum diligentia, sanet animam cum gratia, opus bonum facit? si 2
uero incuriosus ac remissus aliquis fabri, textoris, medici spiritalis locum occupet ut sacerdos summus, ut presbyter, ut minister altaris sacri, nonne commodius est non subire unumquemque id muneris, quod implere non queat, quam subeuntem neque ipsum strenue suscepto fungi munere et eripere locum alteri, qui nauiter eum possit tueri? quid quod etiam ipsi consulitur qui, remissior cum sit, repellitur, ne plus offensionis contrahat?

24. Quid sit autem repelli, consideremus. lectum est enim: s i c u t u u l n e r a t i d o r m i e n t e s p r o i e c t i i n m o-

29*Ps. 87, 6

1 neglegenter *GOav* 2 uis *G* uiros *Nm1*. *add.* alti *cod. Casin. 154* alta *av* melius] *add.* est *O* 3 preterit *Gm2NT* 9 existat *MN* 10 iis *Av* domu *G* 11 ruinis *O* 14 longua *P* 17 lege *G* 18 sanandum *Gm1NRm1* 19 aedificat *a* donum *T* texit *Ga* 20 sanat *a* bonum opus *O* faciat *AO*, *add.* retinendus tibi uidetur ? *O* 21 aliquis ac remissus *MN* texoris *O* 22 altares *Pm1* altare *Rm1* 23 commodius] melius *MN* 24 subeunte *AGMNP* 25 grauiter *O* 26 quid] qui *A* quod] quid *N* ipse *AGOPm1R* consoletur *AR* consultetur *Gm1* quia *T* 28 autem sit *O*

numentis, quorum non meministi amplius, et quidem ipsi de manu tua repulsi sunt. aduertamus igitur, quos uulneratos et proiectos in monumentis repellit, quorum non meminerit amplius. isti sunt, qui a mandatis dei repelluntur: peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? et quia a mandatis repelluntur, repelluntur de manu dei. et bene prospexit, ne quis de manu dei uideatur eripi, quia nemo potest quemquam
2 rapere de manu dei. qui ergo priuatur muneris suscepti officio uel gratia, non rapitur, sed reicitur, ut dixit dominus Iesus ad Hierusalem: quotiens uolui congregare filios tuos, et noluisti! ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. abstulit illis sanctificationem, altare thymiamatis et orationis sacrarium, propitiatorium, altare sacrificiorum, sacerdotum et leuitarum ministeria, et tamen, cum haec sublata essent omnia, quae secundum legis mandata habebant, ait apostolus: numquid reppulit deus hereditatem suam? non, inquit, reppulit, sed: conclusit omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.

25. Sunt ergo, qui ad tempus a mandatis propter misericordiam repelluntur, sicut et illis consulitur qui uomuntur. nam quemadmodum manens in corpore, quod uomendum est, plus acescit, ita qui debet excludi, si retineatur nec se corrigat, totum corpus exulcerat. meritoque angelo Laodiciae dicit testis fidelis et uerus: scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus. utinam frigidus esses uel calidus! sed

5 Ps. 49, 16 8 Ioh. 10, 29 11 Matth. 23, 37—38 13 cf. Ex. 30, 27 14 cf. Ex. 25, 16 (17) 17*Rom. 11, 1. 2 18 Rom. 11, 32 24*Apoc. 3, 15—16

2 ipse *Rm1* 3 quos] quia *Gm1* reppellit *R* 4 reppelluntur *Pm1* 6 mandatis] *add.* dei *MNTav* *pr.* repellentur *Am1*, *alt. om. Gm1*, *add.* utique *av* 7 et alibi bene *O* uideatur de manu dei *O* 10 Iesus *om. MN* 13 deserta *om. APRTm1* ablatum est altare *O* 14 et altare *MNPT* 15 haec cum (cum *m2*) *N* 17 deus reppulit *MN* 19 incredulitatem *MNT* ut omnium — *p. 37, 23* quae postea- *desunt in A* omnibus *cod. Casin. 154 b* 21 consolatur *G* uomunt *Mm2* 22 aciscit *Gm1* acessit *P* accessit *Om1T* 24 laudiciae *AGm1* laudoeciae *Rm1* laodiceae *T*(*v*) dicit (dicitur *a*) haec dicit *MNPTa* 26 frigidum esses aut calidum *R* aut *O* sed] si *Gm1*

quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore
meo. aperte neglegentiam grauiore damnat iudicio quam inpru-
dentiam; frigidus est enim qui fidem nescit, calidus qui sancti spiritus
feruore succensus est. qui ergo calorem fidei non habet, tolerabilius 2
illi fuerat fidem non accepisse quam neglexisse. est enim tepidus
peior frigido, ut Iudaeus, qui sibi uidetur fidem habere quam non
habet. quanto tolerabiliorem causam gentilis habet, qui potest
dicere: 'non cognoui legem, non audiui prophetas, ideo non credidi',
quam ille, qui legit omnia quibus uenturum Iesum crederet, et non
credidit! neuter quidem excusatur, nec ille qui legit nec ille qui
legere noluit; sed plus delinquit qui negauit quod legerat quam
qui opera non fecit quae facienda non cognouit. quanta autem fidei 3
et iustitiae gratia est, ut in ore dei sit, qui fidem tenet et opera
exercet iustitiae, et quantum amittit, quem uomuerit ex suo ore
dominus Iesus et ex suis uisceribus eiecerit! quam pius tamen, qui
et iustos in ore suo tenet et iniustos non ante euomit quam denuntiet
euomendos, ut uel huiusmodi admonitione conuersi dignum aliquid
efficiant quo non uomantur! nunc tertium uersiculum consideremus.

26. *In corde*, inquit, *meo abscondi eloquia
tua, ut non peccem tibi.* propterea ergo mysterium regis
bonum est abscondere; peccat enim deo, qui commissa sibi secreta
mysteria putauerit indignis esse uulganda. periculum itaque est
non solum falsa dicere, sed etiam uera, si quis ea insinuet quibus
non oportet. quod uitium quadripertitum est, uel adulationis uel 2
auaritiae uel iactantiae uel loquacitatis incautae, quia, dum adulari
uult aliquis, ei cui loquitur effundit mysterium; nonnulli etiam
studio lucri mercedem proditionis secuntur, ut tegenda silentio

19 Ps. 118, 11

*def. A* 2 grauiori *MNRav* 3 calidus] *add.* est *a* spiritus sancti *av* 4 ergo] enim *a* 6 frigido] *add.* qui inter utraque natura mentitur *O* 9 ex quibus *O cod. Casin. 154 av* 10 credit *O* neutrum *N* 11 quam] uel *Gm1* 12 *alt.* non *om. GP* nouit *MNTa* 13 gratiae *Pm1* est *om. Gm1* 14 admittit *O* uomerit *Rm1* euomuerit *Oav* dominus iesus uomuerit ex ore suo *MN* ore suo *ORv* 15 tamen pius *MN* 16 suo ore *O* 17 ammonitione *MNO* 18 quod *Gm1MNOPR* 19 meo inquid (-it) *MNOv* 21 abscondere bonum est *O* 22 diuulganda *O* est *om. GPm1* 23 dicere non solum falsa *OR* falsa solum *a* 24 adolationis *GMm1Rm1* 25 adolari *GMm1Nm1Rm1* 26 cui] cum *b* 27 sequuntur *GNORav*

uendant loquendo; alii, ut plura nosse uideantur et scientiam suam iactitent, aperiunt quod celare deberent; plerique, dum sine praeiudicio locuntur, uerbum emittunt, quod reuocare non possunt. ideo uir laudatur serius, et non otiose ⟨blat⟩erat homo abscondens sermones suos, ut apostolus Paulus, qui nouit quid loquatur singulis
3 et quando quid loqui debeat. unde et Corinthiis dicit: lac uobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis. sed nec adhuc potestis. ideo hos in transitu uidet, manet autem apud Ephesios, quod ostium sibi magnum apertum esset, notum facere gentibus mysterium Christi. ideo et Salomon tempus esse loquendi docet.

27. Prae ceteris autem dominus Iesus in euangelio declarat suo, dicens simile esse regnum caelorum thesauro abscondito in agro. utique non aurum, non argentum, non pecunia comparari potest regno caelorum, sed eloquia domini, eloquia casta, argentum igne
2 examinatum, quibus ipsum regnum adquiritur. hunc ergo thesaurum sapientiae et cognitionis absconditum in agro, in quo plantata sunt uerba scripturarum caelestium, cum inuenerit homo, abscondit illum in corde suo nec diuulgat eum, sciens quia, si diuulgauerit Babyloniis thesaurum dei, magnam offensionem contrahet, ut dicatur ei sermone prophetico: de semine tuo accipient et facient spadones in domo regis. per quae significatur, quia is, qui prodiderit diuina mysteria, posteritatem animae suae seminariumque meritorum habere non possit.

28. Caue ergo, ne diuitias tuas perfidis prodas et, si amicitiam simulent, non illis aperias interiora domus tuae; non reseres thesauros regios, quos Babylonii scire non debent, ne ueniant et capiant

6*I Cor. 3,2 8 cf. I Cor. 16, 7—9 10 cf. Eph. 6, 19 11 cf. Eccle. 3, 7 13 cf. Matth. 13, 44 15 cf. Ps. 11, 7 16 cf. Col. 2, 3 21*Esai. 39, 7 27 cf. IV Reg. 24, 13

*def. A* 1 suam scientiam *MN* 2 celerare *Mm1 Nm1* iudicio *Gv* prouidentia *O* 3 loquuntur *GORav* 4 loquatur *Gm2 MNPm2T* serus *O* otiosus *a* blaterat *scripsi* erat *codd. v* 5 ut *om. O* paulus apostolus *O* 6 et quid *M* potum uobis *N* 8 adhuc] *add.* quidem *av* 9 uidit *GMNPm1a* apertum sibi magnum *MNT* 11 tempus tacendi et tempus *av* 12 suo declarat *MNT* 13 est *N* 14 auro *et* argento *MNPm2T* pecuniae *Nm2T* potest comparari *OR* 15 regno *O cod. Casin. 154 av* regnum *cet.* 20 contrahit *GNPRTm1* contrahat *Tm2* 21 accipiant *Rm1* 22 quae] quem *MN*

posteros tuos et seminarium uirtutis abscidant. hoc est, quod etiam
in euangelio dicit dominus: nolite mittere margaritas
uestras porcis. ideo bene facit, qui abscondit eloquia domini 2
in corde suo, sicut abscondebat propheta Dauid, sicut Maria, quae
conseruabat omnia uerba domini Iesu in corde suo. etenim si bonum
est uiro sermones suos abscondere, quanto magis sermonem dei
cordis nostri gremio debemus operire, debemus abscondere!

29. Quarto uersu dicit: *benedictus es, domine,
doce me iustificationes tuas;* non enim quicum-
que dixerit: domine domine, ipse intrabit in
regnum caelorum, sed qui uoluntatem dei fecerit. ideo 2
iste, qui correxerit uiam suam a iuuentute sua, custodierit uerba
dei, in toto corde quaesierit dominum deum suum nec repulsus sit
a mandatis dei et dignus habitus, cui committerentur arcana sa-
pientiae, absconderit ea in corde suo, ne peccaret deo, quasi habens
eloquia dei gratias agit dicens: benedictus es, domine,
et desiderat ipsum doctorem habere, cupiens cognoscere secreta legis,
et quemadmodum interpretationem habeat: si emeris pue-
rum Hebraeum et seruierit tibi annis sex
et reliqua, quibus praemissum est: has iustitias quas
propones in conspectu filiorum Israel, haec
a domino quaerit discere, quae homines docere non poterant, nisi
deus ante docuisset. quae posteaquam a Christo didicerunt apostoli, 3
ecclesia dicit: introduxit me rex in cubiculum
suum, hoc est in illud secretum suum, in quo sunt thesauri sci-
entiae et cognitionis suae. ideoque tibi dicitur: cum oras,

2*Matth. 7, 6 4 cf. Luc. 2, 51 8. 16 Ps. 118, 12 9*Matth. 7,21 12 cf. Ps. 118, 9—11 18*Ex. 21, 2. 1 24*Cant. 1, 4 (3) 25 cf. Col. 2, 3 26*Matth. 6, 6

*def. A* 1 abscondant *Pm1* abscindant *v* hoc] et hoc *O* etiam *om. NOR* in euangelio dominus etiam dicit *M* 2 dominus dicit *N* 5 Iesu *om. O* 6 uirum *G* abscondere sermones suos *OR* domini *O* 8 domine es *O* 9 insticias *a* 10 ipse *om. O* 11 qui] qui facit *Gm1* 12 conrexerit *O* 13 ne *OPR* 14 archana *GMNOPR* 15 domino *MNT* 17 et] *add.* sic *a* 18 quemammodum *N* 19 sex annis *MN* 20 praemisit (*in ras. m 2*) *M* iustitias] *add.* dicere *Gm2a* discere *v* 21 propones *Rm2* proponis *Rm1Gm1O* proponit *cet. av* 23 -quam a Christo] *pergit A* 24 me *om. Mm1N* 25 *pr.* in *om. O* 26 ideo *a*

intra in cubiculum tuum, quod significat mentis animique secretum. in hoc cubiculum iustitiarum sponsa se poposcit induci, cum post odorem unguenti excurrerit, quod semper fluit et numquam deficit.

30. Ideo quasi edoctus propheta iustitias quinto uersu dicit: *in labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui.* et quomodo alibi dicit: iudicia tua sicut abyssus multa? quomodo apostolus ait: o altitudo sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius!
2 quis enim cognouit sensum domini? si inscrutabilia sunt iudicia, quomodo ergo pronuntiaui, ait propheta, omnia iudicia oris tui? sed fortasse non eadem sunt iudicia dei quae iudicia oris eius. si alia sunt, bene dicitur: cogitationibus tuis quis similis erit?, et ideo inscrutabilia sunt iudicia eius, quia ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. si autem nullus nisi Christus hoc dicit, qui potest dicere: ego et pater unum sumus?

31. Distinguamus tamen nec uereamur, ne inpugnet se uelut contrariis scriptura uenerabilis. consideremus enim, quia non dixit: 'iudicia oris eius sicut abyssus multa', sed iudicia tua dixit, nec apostolus posuit: 'inscrutabilia iudicia oris eius', sed inscrutabilia iudicia eius. possumus enim iudicia dei aestimare quae occulta nobis non patefecerit, iudicia autem oris eius quae
2 adnuntiauerit et per os prophetarum locutus est. os enim dei propheta intellegitur, cui dicitur: clama, et ille ait: quid

3 cf. Cant. 1, 4 (3) 6. 12 Ps. 118, 13 7*Ps. 35, 7 8 Rom. 11, 33—34 15*Ps. 39, 6 16 I Cor. 13, 9 18 Ioh. 10, 30 27 Esai. 40, 6

1 in *om. A, cf. p. 16, 22* quod] *add.* cubiculum *ARm2* mentis animique significat *O* 2 animaeque *MNP* cubiculo *MNT* 3 excurreret *O* 5 ideoque *O* 10 ininuestigabiles *Rv* 12 ergo] omnia *NT*, *add.* iudicia? quomodo omnia *AMOPR* (omnia *eras.*) *v* iudicia? quomodo *Ga* ait propheta: pronunciaui *a* pronuntiaui, ait] pronuntiauit *Pm2* 13 omnia *om. MNOTv* 14 *pr.* sunt *om. Mm1N*, *post* iudicia *add. Mm2* 17 autem] *add.* eadem *Casin. 154 a* 18 dicit hoc *O* 21 contrarius *GO* scribtura *N* 23 *pr.* scrutabilia *Gm1P* sed—eius *om. Mm1NT* 26 et] id est quae *Ga* domini *G*

clamabo? et inspiratum est, ut diceret: omnis caro faenum. quod utique locutus oris dei functus officio est, quia locutus est iudicium dei. ergo prophetica oracula iam non abyssus, sed etiam ipsa sicut abyssus, quia nemo potuit in caelo uel in terra librum aperire nisi Christus. ueniamus nunc ad sextum uersum.

32. *In uia*, inquit, *testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitiis*. alii in auro, alii in argento, alii in uestibus, alii in possessionibus uinetis oleis segetibus, alii in operibus picturae, marmorum, in diuersis denique singuli delectationes habent; spiritalis in uia testimoniorum caelestium delectatur tamquam omne possidens patrimonium, in omnibus diues, sicut apostolus dicit: gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei nostri quae data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in ipso, in omni uerbo et in omni scientia. in tantum doctrina 2
apostoli Corinthii profecerunt, ut, qui ante non poterant nisi sicut paruuli lac solum bibere, postea in omnibus diuitiis abundarent cognitionis et uerbi. delectabatur ergo Dauid in omnibus diuitiis cognitionis scientiae sapientiae, in omni actu bonorum operum. et si quis nunc intentus diuinis triplicem illam sapientiae hauriat disciplinam, θεωρητικήν, πρακτικήν, λογικήν, bono studio percipiendae cognitionis pulchrior erit, exequendae rationalis moralisque doctrinae gratiam tenens. qui prophetica aenigmata dei spiritu reuelante cognouerit, euangelii altitudinem in operibus et consiliis conprehenderit, apostolici sermonis moralitatem aduerterit, is tamquam in omnibus diues uberem capiet uoluptatem.

33. Et quia suauis est corporalis uoluptas, ideo non quasi pro gratiae qualitate cum spiritalibus conparatur, sed quasi ad testi-

4 cf. Apoc. 5, 3    6 Ps. 118, 14    12 *I Cor. 1, 4—5    17 cf. I Cor. 3, 2

1 foenum *MN* fenum *Ov*    2 functi *AR*    est officio *O*    iudicium dei est *MN*    iudicium dei locutus est *O*    3 non] *add.* sicut *GPTav* sunt sicut *MN*    4 sicut] sunt *v*, *om.* *GMm2a*    uel] et *a*    aperire librum *av*    6 inquid *Mm2*, *om.* *Mm1NPT*    8 uestimentis *AOR*    uineis *O*    oliuetis *Am2 MNT*    10 spiritales *Am1*    11 dicit apostolus *O*    13 nostri *om.* *a*    14 quia] qui *A*    15 *tert.* in *om.* *Ga*    17 solum lac *O*    19 et in *v*    20 diuinis intentus *O*    21 bono *MNPm2T* bonus *cet.* *av*    22 pulcrior *M*    24 comprehenderit et consiliis *av*    con (com-) prehendere *GP*    26 uoluntatem *O*    27 uoluntas *N*

monium suauitatis arcessitur, siquidem et apostolus docet inuisi-
bilia et sempiterna dei a nobis per ea intellecta esse quae facta sunt.
in Canticis quoque habemus scriptum: equae meae in cur-
ribus Pharaonis adsimulaui te, proxima mea.
in quo dum uelocium equorum cursui similitudo ecclesiae conparari
2 uidetur, aestimatur diues eius gratia. non igitur unam equam diuitis
regis accipias, sed absolute pro equitatu, ut saepe dicimus: 'qualis
ouis illius est?' pro 'grege ouium'. Pharao igitur, ut potentissimus
rex et praediues, habebat equos potentes, unde et scriptura dicit
'currus Pharao' quasi potentissimum genus ad bellorum usum
et subsidium proeliandi; denique his curribus Pharao fugientes He-
3 braeos facile conprehendit. sicut ergo equi iuncti concorditer trahunt
currum et patienter suscipiunt iugum et portant congrua cum gratia
et iugi illius susceptione mansuescunt, sic et congregatio nationum
gentilibus indomita moribus se ante iactabat; ubi uero suscepit iugum
dicentis: tollite iugum meum, quia leue est, et
onus meum, quia suaue est, et coepit sponsa Christi con-
cordia et mansuetudine populorum esse sublimis et toto circumferri
orbe, tamquam currus equis uelocibus supra mundum rapta ascendit
ad sponsum.

34. Denique et in posterioribus Canticorum partibus dicit:
posui te currus Aminadab. multes currus habet in se
ecclesia, quos omnes spiritalibus habenis dominus regit, et una anima
multas cogitationes habet, quas domini habena restringit et reuocat,
2 ne quod in praeruptum noster hic currus feratur. Aminadab autem
interpretatione significatur 'pater beneplaciti', cuius filius legitur in
Numeris Naason princeps populi; qui sit, intellege interpretatione

1 cf. Rom. 1, 20 3*Cant. 1, 9 (8) 10 cf. Ex. 14, 9 16*Matth. 11, 29—30
22*Cant. 6, 11 27 cf. Num. 2, 3

1 accersitur *GMNO* arcersitur *a* 3 canticis canticorum *O* eques *AR*
et quae *Gm1, corr. m1* mea *AR* equitatui meo *Gm2MNPT* 4 pharao *Gm1*
adsimilaui *codd. praeter A* 5 currui *O* 6 existimatur *O* unum equum *MNPT*
equem *R* 7 aspicias *O* diximus *GOav* 8 farao *AGMNR* 9 unde et]
ut *v* 10 pharaonis *MNOm2PTav* 11 farao *MN* 13 suspiciunt *R* congrua
*om. GO* cum *om. AR* 15 gentilium *G* 17 est *om. OR* 19 currus equis]
curribus (*in ras. m2*) *M* curris *N* curribus tamquam et equis *O* 22 abinadab *P*
25 quod] quando *v* in promptum (o *ex* u) *N* amminadab *M* abinadab *P*
27 quis *GNm2a* intellegendus *Mm2Ov* intellegis *cod. Casin. 154 a*

'serpentinus', et istud agnoscis, si repetas, quia sicut serpens pependit in ligno qui te redemit.

35. Ergo anima currus est dei, ut ira eius et libido et timor et omnes saeculares concupiscentiae refrenentur. ecclesia quoque currus est dei, quae regenda est gubernaculis Christi, ne diuersorum populorum motus eam dissensionesque perturbent. illo quoque Naason 2
bene intellegitur Christus, quia uirga Aaron conuersa in serpentem illos serpentes Aegyptios deuorauit. has ergo diuitias habeamus, his delectemur, ut currant nobis equi rationabiles et commoremur in praeceptis eorum.

36. Et ideo ait: *in mandatis tuis exercebor et considerabo uias tuas.* qui enim exercetur in uerbis apostolorum, Iesu domini mandata cognoscit et considerat uias eius, quibus finis est Christus, qui ait: e g o s u m u i a.

37. *Et in tuis iustitiis meditabor, non obliuiscar uerborum tuorum.* admonet hic locus memores scripturarum nos esse debere et iustitias eius non solum sermone, sed etiam operis imitatione meditari. non enim qui disputant legem et non faciunt quae legis sunt, sed qui factores legis sunt iustificantur.

## III.
## LITTERA GIMEL.

1. Tertia littera secundum Hebraeos 'Gimel', quae Latine 'retributio' dicitur. denique primo statim uersu hoc ostenditur.

2. *Retribue*, inquit, *seruo tuo.* quomodo supra ipse Dauid ait: n o n s e c u n d u m p e c c a t a n o s t r a r e d d a s n o b i s n e q u e s e c u n d u m i n i q u i t a t e s n o s t r a s

1 cf. Ioh. 3, 14 7 cf. Ex. 7, 12 11 Ps. 118, 15 13 cf. Rom. 10, 4 14 Ioh. 14, 6 15*Ps. 118, 16 18 cf. Rom. 2, 13 24 Ps. 118, 17 25*Ps. 102, 10

1 agnoscis istud *av* 4 secularis concupiscentia refrenetur *O* concupiscentias *GRm1* 5 renda *Am1Rm1* 6 ille *Ga* 8 illos serpentes *om. A* 9 rationabiles equi *O* et] ut *AR* 16 ammonet *MN* 17 imitatione operis *MN* 18 qui *om. R* 19 sed — sunt *om. O* iustificabuntur *Mm2*, *add.* Explicit de (*om. T*) littera secunda. incipit de (*om. T*) littera tertia *PT*, *om. cet.* Explicit sermo secundus. Incipit sermo tertius *a* (*subscriptiones in a deinceps omittentur*) 20 III littera gimel *R*, *om. cet.* Sermo tertius. Gimel *v* 22 littera] *add.* est (*s. l. m1*) *R*, *post.* Hebraeos *add. av* gimel secundum hebreos *O* 23 in primo *AOv* statim *om. O* uersu statim *N* hoc uersu *O* dicitur *a* 24 inquid *M* 25 ait *om. Ov*

*restituas nobis*, et hic poscit retributionem? illa uidetur uox peccatoris esse, haec bene sibi conscii, qui praemia boni operis exposcat. unde possumus etiam hoc intellegere, quod eius persona psalmus iste formetur, qui natus ex uirgine pro totius mundi redemptione ad dexteram patris sedere praesumat, sicut ipse ait: *a modo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis.*

3. Non est tamen alienum nec adrogans, si Dauid remunerationem a domino deo suo pro egregiis laboribus postulet; praerogatiua est fidei atque iustitiae de domini fauore mercedem usurpare. denique reprehenditur Petrus, quia super fluctus ambulans humano magis dubitauit affectu quam apostolica auctoritate praesumpsit. in euangelio quoque docemur habere fidem et non haesitare de his quae supra hominem sunt gerendis. merito ergo Dauid in superioribus, quasi adhuc inperfectus, secundum peccata sibi reddi refugit atque
2 declinat. in hoc autem psalmo, qui est posterior, quasi fundatus uirtutis processu retribui sibi secundum fidei operisque certamina deprecatur, siquidem etiam Paulus, qui ante dixerat: *non sum dignus uocari apostolus*, postea ait: *reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex, non solum autem mihi, sed et his qui diligunt aduentum eius.* et apostolus sibi pollicetur, hic autem uerecundius adhuc precatur, quod utique non insolentis adrogantiae, sed innocentis est conscientiae, ab ipso cui seruieris petere mercedem, quam desperare segnitiae materia, sperare autem incentiuum laboris est.

5 *Matth. 26, 64 11 cf. Matth. 14, 31 13 cf. Matth. 17, 19 18 I Cor. 15, 9 19 II Tim. 4, 8

1 restituas] retribuas *av* 3 quod] *add.* ex *O*, de *av* 5 ammodo *Om1P* 8 tamen *del. R* nec] uel *MN* si] *add.* enim *GMNOPRT* etiam *cod. Casin. 154 av* 10 est] esse *P*, *post* fidei *tr. MN* atque iustitiae *om. Mm1NT* 13 iis *AOv* 15 inperfectus adhuc *O* refugit reddi *MN* 16 fundatur *Rm1* 17 tribui *AR* 18 etiam *om. MN* 22 autem *om. O* eis *Av*, *add.* omnibus *O* 23 ibi *AGMOPm2v* pollicetur sibi *a* adhuc uerecundius (uerecundus *O*) *AOR* 25 quam] quoniam *Rv* quia *O* 26 segnitiei *Oav*, *add.* est *AORv* incoatiuum *PR* innocentium *MNT*

4. Pete igitur confidenter, si merita suffragantur, ut talia petendo studiosius elabores, quo ea petitione sis dignior. quis athleta, si desperet coronam, descendat in stadium aut, si eam postulet uictor, offendat? probatio spem facit, spes confidentiam. iusti ergo talis oratio est; delectatur dominus tali precatione, ut pro puritate conscientiae utaris auctoritate.

5. Tamen, quo minus uideatur petitio adrogans, bene addidit: *seruo tuo*, in quo et humilitatis est gratia et praemium seruitutis. *qui enim uocatus est in domino seruus, libertus est domini*; quare non praesumat fauorem domini, tam pretioso emptus sanguine? *magnum tibi est uocari puerum meum* quasi ad seruum dicitur. si quis ergo est seruus et bene seruit domino et nihil facit quasi seruus peccati, sed qui dicit: *seruus inutilis sum, quod debui facere feci*, bene is dicit: *retribue seruo tuo*.

6. Gloriosa seruitus, qua pro nobis seruiuit et Christus. beata seruitus, qua et tu seruis, sed ita, si nihil possit aduersarius de tuo sibi seruitio uindicare. amat ergo Christus boni libertatem seruuli; denique in Canticis dicit: *quam speciosae factae sunt genae tuae sicut turturis, ceruix tua sicut redimicula!* uultus liberior est, ubi est castitatis conscientia, et portare Christi iugum suaue est, si ornamenta putes ceruicis tuae esse, non onera. adtolle ergo oculos semper ad dominum deum tuum et quaere 2 deum, ut inuenias. erige ceruicem; redimicula, non uincula geris. muta quoque animalia redimiculis gaudent et falerari sibi magis quam nodari uidentur. genae sicut turturis praeferant insignia uerecundiae,

8. 15 Ps. 118, 17 9*I Cor. 7, 22 11*Esai. 49, 6 13 cf. Ioh. 8, 34 14*Luc. 17, 10 19*Cant. 1, 10 (9) 22 cf. Matth. 11, 30

1 alia *AGm1NTb* 2 studiose *a* quod *Rv* 3 eum *Gm1P* postulet eam *MN* 9 seruus in domino *M* 10 quare—domini *om. v* fauore *O* 11 uocare *AGOPR* 13 *alt.* et] sed *T* 16 qua] quam *AGm1Rm1* beata—seruis *om. AGm1MNOPRTm1* 17 si *om. O* poscit *O* 18 serui *Pm2* 19 canticis canticorum *O* 20 turtures *Pm1* 21 *alt.* est *om. MT* caritatis *AGMm1PT* caritatis est *Mm2N* castitatis est *O* 22 iugum christi *MN* putas *O* ceruici *Gm1* 23 deum *om. MNPRT* 24 ut] et *a* inuenies *Pm1a* geris non uincula *MNT* 25 multa *NPTv* 26 nudari *AGm1ORa* uinculari *v*, *add.* sibi *T* turtures *Pm1* praeferent *a*

redimicula ceruicis libertatis attollant fiduciam; leue est enim iugum Christi et ideo ceruix eo non premitur, sed leuatur.

7. Similitudines, inquit, auri faciemus tibi ex distinctionibus argenti, quoad usque rex in declinatione sua. ex his enim, qui ex lege sunt et prophetis, mediocriter ante crediderant gloriam domini Iesu, sed hereditas eius diffusa per populos quo frequentius examinata, hoc amplius est probata; crebrae enim persecutiones ecclesiae iustorum nobis
2 titulos martyrii uictoriis ediderunt. itaque sicut aurum bonum, ita ecclesia, cum uritur, detrimenta non sentit, sed magis fulgor eius augetur, donec Christus ueniat in regnum suum et reclinet caput suum in ecclesiae fide. qui cum uenisset ad oues perditas domus Israel, non habebat ubi caput suum reclinaret; nunc autem iam redolet fides ideoque dicit ecclesia: nardum meum dedit odorem suum et dicit cum praesumptione, expectans retributionem.

8. Fragrat unguentum gratiae, ex quo uirgo generauit et dominus Iesus sacramentum incarnationis adsumpsit. colligatio, inquit, guttae consobrinus meus, botryo Cypri frater meus mihi, inter media ubera mea requiescit. corpus enim suscipiens dominus Iesus caritatis se uinculis inligauit et non solum se membris nostris et passionibus naturalibus, sed etiam cruci uinxit ideoque sicut botryo in ecclesiae fide et morali requiescit gratia. nardum Cypri consobrinus
2 meus, in uineis Engaddi. si locum quaerimus, regionis cuiusdam est [quia in Iudaea et locus sic dicitur], in qua opobalsamum gignitur; si interpretationem, Engaddi ‘temptatio‘ Latine

1 cf. Matth. 11, 30 3*Cant. 1, 11—12 (10—11) 13 cf. Matth. 10, 30 14*Cant. 1, 12 (11) 18*Cant. 1, 13 (12—13) 24*Cant. 1, 13—14 (13)

1 attollent *a* 4 rex] *add.* est *av* 5 sua] *add.* est *Gm2Mm2N*, ueniat *Pm2* iis *v* quae *a* 6 sed] et *Gm1* 9 titulos] *add.* et *v* martirum *O* uictorias *MNPav* 10 sed *om. Mm1NTa* 11 capud *O* 12 fidem *O* 13 israhel *P* 14 nardus *GMNOPm2av* mea *GMOPm2av* 17 fraglat *AMPm2T* flagrat *GOPm1R* 19 botrus *Gm2* (*ex* botry), *O* 20 mea *om. GOPR* 22 alligauit *M* 23 fixit *Gm1* uel unxit *R s. l. m2* botry *Gm1* botrus *O*, *add.* est *Gm2T* 24 nardus *Mm2Nm2OPm2Rm2av* 25 Engaddi *bis av* cuiusdam regionis *T* 26 est cuiusdam *G* est *om. Oav* quia—dicitur *deleui* quia] quae *AGORm1av* et] est *GOav* qua *AGOR* quo *cet. av* 27 Engaddi *om. Gm1a*

significatur. in illis ergo uineis lignum est, quod, si quis conpungat, unguentum emittit; hic fructus est ligni. si non incidatur lignum, non ita fragrat et redolet, cum autem conpunctum fuerit artificis manu, tunc lacrimam destillat; sicut et Christus in illo temptationis ligno crucifixus inlacrimabat populum, ut peccata nostra dilueret, et de uisceribus misericordiae suae fundebat unguentum dicens: pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. tunc 3
ergo in ligno conpunctus est lancea et exiuit de eo sanguis et aqua omni unguento suauior, accepta deo hostia, per totum mundum odorem sanctificationis effundens, et quasi balsamum ex arbore, sic uirtus exibat e corpore. unde ait: sentio uirtutem exisse de me. inde opobalsamum expressio dicitur, eo quod conpunctione ligni balsamum per cauernam punctionis erumpit. conpunctus igitur Iesus odorem remissionis peccatorum et redemptionis effudit. nam et constrictus erat, uerbum cum esset, homo factus, et pauper 4
factus est, cum diues esset, ut nos illius inopia ditaremur, potens erat, et despiciendum se praebuit, ita ut Herodes sperneret eum et inluderet ei, terram mouebat, et haerebat in ligno, caelum obducebat tenebris, mundum crucifigebat, et crucifixus erat, inclinabat caput, et exibat uerbum, exinanitus erat, et replebat omnia, descendit deus, ascendit homo, uerbum caro factum est, ut caro sibi uerbi solium in dei dextera uindicaret, uulnus erat, et fluebat unguentum, scarabeus audiebatur, et deus agnoscebatur.

9. Respondet ei Christus: ecce es bona, proxima mea, ecce es bona. quoniam cognouerat ecclesia mysterium et pro totius mundi redemptione crucifixum dominum Iesum prae-

6*Luc. 23, 34 8 cf. Ioh. 19, 34 11*Luc. 8, 46 15 cf. II Cor. 8, 9 17 cf. Luc. 23, 11 18 cf. Matth. 27, 45. 51 19 cf. Gal. 6, 14 cf. Ioh. 19, 30 20 cf. Phil. 2, 7 21 cf. Ioh. 1, 14 24*Cant. 1, 15

1 quis] qui *ARm1* 2 unguntum *A* emittat *Pm1* est fructus *O* si non *om. N* *pr.* non *eras. M, om. PT* scindatur *MNT* 3 fraglat *AMNPm2R* flagrat *GOPm1* 4 lacrimas *O* distillat *codd. praeter Rm1, av* sic *O* 5 poculum *Gm2Tm2* delueret *APm2Rm2* 6 fungebat *Pm1* 8 est *om. AGRm1* *pr.* et *om. A* ea *A* 9 omnis unguenti *Gm1* 11 exiebat *Gm1NRm1* exiuit *M* e] de *O, om. M* 12 expressum *O* expressius *a* 13 conpunctionis *O* erupit *AR* erumpat *T* 15 *pr.* factus] *add.* est *M* 20 capud *Pm1* exiebat *GPm1* 22 dei *om. O* uulnus] *add.* inflictum *Tm2av, post* erat *add. Gm2* 24 respondit et *codd. av, correxi* bona es *M*

dicabat, meretur audire: 'ecce es bona. quae me bonum dicis, et ipsa bona es et, quia uidisti gloriae meae decorem, et ipsa speciosa es et decora'. quid est autem Christum dicere 'bona es' uel 'decora es' nisi illud euangelicum: constans esto, filia, remissa sunt tibi peccata tua?

10. Ergo, cui Christus peccata donauit, recte dicit: *retribue seruo tuo; uiuam et custodiam uerba tua.* non habet in retributione quod desperet, quia dominus Iesus mundum uenit saluare, non perdere, ideoque inmemor est iniuriae, memor gratiae, sicut in prophetico libro testificatur ipse dicens: ego sum ego sum, qui deleo iniquitates tuas, et memor non ero. tu autem memor esto et iudicemur; dic iniquitates tuas, ut iustificeris. quicumque ergo dicit iniquitates suas deo, iustificatur, et quicumque iustificatur, retributionem non timet, sed exposcit, qui retributionem non timet, uiuet.

11. Sed quare dixit 'uiuam' et non dixit 'uiuo'? quia haec uita non est loco praemii, quae in loco mortis est. dolet propheta in puluerem mortis se esse deductum, apostolus cupit ex hoc mortis corpore liberari: et putamus quod de hac uita sibi blandiatur propheta? omnia hic plena mortis sunt; intrat mors per fenestram, intrat per os tuum, nisi dominus ori tuo ponat custodiam; denique ex multi-
2 loquio peccatum nascitur. lege mandata legis et inuenies scriptum, quia uiuens, si mortuum contigerit, inquinatur. quantos tangimus mortuos, inter quantos mortuos uersamur! ideo tibi auctor uitae dicit: relinque mortuos sepelire mortuos suos, ideo tibi alibi dicitur: surge, qui dormis, et exsurge

4*Matth. 9, 22 et 2 6*Ps. 118, 17 8 cf. Luc. 9, 56 10*Esai. 43, 25—26 17 cf. Ps. 21, 16 18 cf. Rom. 7, 24 20 cf. Hier. 9, 21 21 cf. Ps. 38, 2 Prou. 10, 19 23 cf. Num. 19, 11 25 Matth. 8, 22 26 Eph. 5, 14

1 bona es *MNO* quae] quia *MNOT* 2 et quia] quae *Gav* quia *OT* gloriam meam et *G* speciosa] bona *v* 3 dicere christum *M* uel] et *MNPTa* 4 dimissa *O* 7 ut uiuam *ARav* 8 nisi quod *Gm2Tm2* speret *AGNOPRT* uenit mundum *av* 10 testatur *O* 11 non memor *a* 12 dic] *add.* tu prius *μ* 16 *alt.* dixit *om. P* 17 quae] quia *R* puluere *O* 18 ex] *ras. M* 19 liberare *Pm1* 21 os tuum *N* hostium *GOm1Rm1* ostium *cet. av* si *G* ori *Mm1N* hostio *Mm2Rm1* ostio *cet. av* tuo] *add.* non *G* 22 et *om. a* 23 qui *GPm1a* si uiuens *O* si *om. Ga* 24 *alt.* mortuos *om. P* uitae actor (*sic*) *O* 25 sepelire—suos *om. GMNOPTa*

*a mortuis.* quomodo tibi diceretur 'surge a mortuis', nisi inter mortuos uiueres? ponamus te mundum esse ab operibus mortuis, a peccati colluuione: quomodo mundus es, qui in corpore mortis es, qui inter sepulchra uiuis mortuorum? oportebat Petrum loqui mortuis, ut procederent de sepulchris suis.

12. Indigemus ergo purgatione, quia tetigimus mortuos. lex nos mundari iubet: quis tantus, ut supra legem sit? ipsum nazaraeum sanctum dei, si is tetigerit mortuum, inmundum pronuntiat. ideoque radit caput suum et deponit capillum quasi non sanctum et iterum orat ut exaudiatur, qui ante propter mortui adtactum exorare non potuit. inrationabiles duxit dies, quia inrationabili adpropinquauerat; deponit igitur mortua et superflua capitis sui, ut Christo reconcilietur. ergo si nazaraeus purificatur, et nos purificari oportet.

13. Omnes contigimus mortuum. *quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis audebit dicere mundum se a peccatis?* sit aliquis fortasse qui in sermone non deliquerit, licet rarus iste, de quo deus dicat sicut de sancto Iob: *ille non peccauit labiis suis;* tamen non semper habere potuit mundas cordis sui cogitationes; inicit se diabolus in cor hominis. pone parata semper et peruigili custodia quisquam cor 2 suum saepserit; tamen in medio peccatorum uersatur, necesse habet etiam ipse purificari; unde Esaias cum dixisset: *o miser ego, quoniam inmunda labia habeo et in medio populi uersor inmunda labia habentis,* statim descendit unum de Seraphim et contigit labia eius carbone, ut inmunda eius labia mundaret.

4 cf. I Petr. 4, 6 6 cf. Num. 19, 11—12 7 cf. Num. 6 15*Prou. 20, 9 19*Hiob 1, 22 23*Esai. 6, 5 25 cf. Esai. 6, 6—7

2 a] et *ARv* 3 es mundus *O* 4 sepulcra *AGMPv* 5 sepulcris *GMv* 6 tangimus *G* 8 dei] *add.* lege *a* mortuum] *add.* lex *a* 9 capud *Mm1* 15 omnis *Mm1*, *add.* enim *MN* contingimus *P* enim *om. MN* gloriatur *O* 16 aut] at *O* se dicere mundum *MN* 17 purum se *a* se mundum *O* sit] si *AR* 18 iste] sit et *MN* sit *T* sit iste *a* 20 mundus *Pm1* diabolus se *O* 21 pae(-e)ne *AG* licet bene *Mm2* bone *Nm2* semper *om. NT* 23 unde] ut *MNa* isaias *MNPm2v* o *om. a* 26 unus *GMNRm2a* seraphyn (-in) *AOPRa* 27 labia eius *ANOR*

14. Non unum est baptisma. unum est quod hic tradit ecclesia
per aquam et spiritum sanctum, quo necesse est baptizari catechu-
menos. est et aliud baptisma, de quo dicit dominus Iesus: *ba-
ptisma habeo baptizari quod uos nescitis.* et
utique iam baptizatus in Iordane fuerat, sicut superiora declarant;
sed sit hoc baptismum passionis, quo etiam sanguine suo unusquis-
2 que mundatur. est baptismum etiam in paradisi uestibulo, quod ante
non erat. sed posteaquam peccator exclusus est, coepit esse romphaea
ignea quam posuit deus, quae ante non erat, quando peccatum non
erat. culpa coepit et baptismum coepit, quo purificentur qui in
paradisum redire cupiebant, ut regressi dicerent: *transi-
uimus per ignem et aquam;* hic per aquam, illic per
ignem, per aquam, ut abluantur peccata, per ignem, ut exurantur.
sed, quod est grauius, et hic ignem et illic sustinemus.

15. Quis est qui in hoc igne baptizat? non presbyter, non epi-
scopus, non Iohannes, qui ait: *ego uos baptizo in paeni-
tentiam,* non angelus, non archangelus, non dominationes, non
potestates, sed ille, de quo Iohannes ait: *qui uenit post me
fortior me est, cuius non sum dignus calcia-
menta portare; ipse uos baptizabit in spiritu
sancto et igni; habet uentilabrum in manu
sua et permundabit aream suam et congre-
gabit triticum in horreum suum, paleas autem
2 conburet igni inextinguibili.* non de hoc baptismate,
quod fit per sacerdotes ecclesiae, dictum ipse dominus testificatur,
siquidem post consummationem saeculi missis angelis, qui segregent
bonos et malos, hoc futurum est baptisma, quando per caminum

3*Luc. 12, 50   8 cf. Gen. 3, 24   11 Ps. 65, 12   16 Matth. 3, 11
18*Matth. 3, 11—12   26 cf. Matth. 13, 49—50

1 hic tradit] tradidit *MNT*  3 dominus *om. N*  baptismo *Ga*  4 baptizare *R*
6 baptisma *O*  quo] quia *O*  suo sanguine *O*  7 baptisma *O*  etiam ba-
ptismum *av*  antea *av*  8 rophea *A* rumphea *GNm1ORm1a*  9 antea *av* 10 *alt.* coepit
*om. O*  11 cupiunt *O*  dicant *O*  14 *pr.* et] si et *MNPRTa*, *om. G*  hic]
*s. scr. m.* 2 si *G*  sustinemus ignem et illic *Ov*  15 hoc] *add.* mundo *O*
16 paenitentia *codd. praeter A. a*  17 archangeli *O*  19 cui *A*  21 igne *GOav*
24 non] quod non *O*  25 sit dictum *O*  26 congregent *O*  27 est futurum *MN*
baptismum *AR*

ignis iniquitas exuretur, ut in regno dei fulgeant iusti sicut sol ipse
in regno patris sui. et si aliquis sanctus ut Petrus sit, ut Iohannes,
baptizatur hoc igni. ueniet ergo baptista magnus—sic enim eum no- 3
mino, quomodo nominauit Gabriel dicens: hic erit magnus—,
uidebit multos ante paradisi stantes uestibulum, mouebit romphaeam uersatilem, dicet his qui a dextris sunt non habentibus grauia peccata: 'intrate qui praesumitis, qui ignem non timetis. praedixeram etiam uobis: ecce uenio sicut ignis, et per Ezechiel dixeram: ecce proficiscar in Hierusalem et insufflabo in uos in igne irae meae, ut tabescatis a plumbo et ferro'.

16. Ueniat ergo ignis consumens, qui exurat in nobis plumbum iniquitatis, ferrum peccati faciatque nos aurum sincerum. urat renes meos et cor meum, ut bona cogitem, ea quae castitatis sunt concupiscam. sed quia hic purgatus iterum necesse habet illic purificari, illic quoque nos purificet, quando dicet dominus: 'intrate in requiem meam', ut unusquisque nostrum ustus romphaea illa flammea, non exustus, introgressus in illam paradisi amoenitatem gratias agat domino suo dicens: induxisti nos in refrigerium. qui ergo per ignem transierit, intrat in requiem, transit a materialibus atque mundanis ad illa incorruptibilia atque perpetua.

17. Alius ignis iste est, quo exuruntur peccata non uoluntaria, sed fortuita, quem parauit seruulis suis dominus Iesus, ut eos ab ista commoratione, quae permixta est mortuis, emundet; alius ille

1 cf. Matth. 13, 43 4*Luc. 1, 15 5. 17 cf. Gen. 3, 24 6 cf. Matth. 25, 34 8*Esai. 66, 15 9*Ezech. 22, 19—21 12 cf. Deut. 4, 24. Hebr. 12, 29 13 cf. Ps. 25, 2 16 cf. Ps. 94, 11. Hebr. 4, 3 19*Ps. 65, 12

1 exuritur *ANPRT* ipse *eras. M, om. NOa* 2 sui] eorum *O* sanctus *om. GNPRTa* 3 igne *O* uenit *codd. praeter O* 4 nuntiauit *O* gabrihel *MNOPR* 5 uestibulum stantes *MN* rumpheam *GOm2Rm1a* 6 iis *v* 7 qui praesumitis *post* timetis *tr. O* 8 etiam] enim *v* ezechihel *A* ezechielem *MN (v)*, iezechielem *O* 10 *pr.* in *del. AR, alt. om. Oa* uos] eos *MN* 11 ferro et plumbo *O* et] *add.* a *M* 12 ueniet *NPTa* qui *om. GOav* 13 faciat *G* 14 bonam *O* 15 quia] *add.* qui *MNT* hic] *add.* non *Nm2* purgatur *N* iterum *eras. M, om. N* purgari *MN* 16 nos quoque *AR* dicat *Gm1NPRm1Tm1a* dicit *O* in requiem meam intrate *O* 17 ut] et *GOPR* iustus *AOPm2R* rumphea *ORm1* 19 deo *Mm1* domino deo *Mm2NO* 20 transit] transi *A* 22 iste est (*om. a*) ignis *av* 23 dominus iesus seruulis suis *MN*

ignis, quem deputauit diabolo et angelis eius, de quo dicit: intrate in ignem aeternum, quo ille diues ardebat, qui stillari sibi de Lazari digito poscebat umorem. at uero Lazarus in Abrahae sinu recumbens uitam carpebat aeternam, quam sibi promittit propheta dicens: uiuam et custodiam uerba tua. 'uiuam' ait quasi nondum uiuens; hic enim in umbra uiuimus.

18. Ergo ista uita in corpore umbra est uitae atque imago, non
ueritas; denique in imagine ambulat homo et in regione umbrae
mortis consistimus. sed si quis non ad terrena oculos mentis inten-
dat, sed ad spiritalia erigat, ut possit dicere: spiritus ante
faciem nostram Christus dominus, dignus erit qui
dicat: in umbra eius uiuemus. Christus enim uita est et
ideo, qui in umbra Christi uiuit, in umbra uitae est, meritoque alibi
dicit sanctus domini: in umbra alarum tuarum protege me.
2 omnes ergo etiam sancti in umbra sunt, quamdiu sunt in corpore:
non perfecte uident, non perfecte, sed ex parte cognoscunt. ipse
Paulus ait: ex parte enim cognoscimus, ipse uas elec-
tionis, cui Christus oculos reddidit et sua inluminauit gratia, non
facie ad faciem, sed per speculum uidebat, et Dauid reuelari petit
oculos suos, ut remoueretur umbra, quae integrum oculorum inpe-
3 diebat obtutum. regionem autem hanc mortuorum esse quis dubitet,
cum sanctus ipse dicat: placebo domino in regione
uiuorum, quia perfecte hic placere nemo potest, ubi, etiamsi
fieri possit ut sua peccata non habeat, in ipsa tamen mortuorum
regione uiuendo purificatione indiget, quae a contagio eum regionis
huius absoluat?

19. In umbra igitur hic uiuimus et ideo in umbra custodimus uerba dei. et ut exemplo utamur, utique ante eramus sub umbra

1*Matth. 25, 41 2 cf. Luc. 16, 22—24 5*Ps. 118, 17 8 cf. Esai. 9, 2. Matth. 4, 16 10. 12*Thren. 4, 20 12 cf. Ioh. 11, 25. 14, 6 14*Ps. 16, 8 17 I Cor. 13, 9 cf. Act. 9, 15 19 cf. I Cor. 13, 12 cf. Ps. 118, 18 22 Ps. 114, 9

1 diabolo deputauit *MN* 3 de *om. MN* digito lazari *M* humorem *Am2MNOPm2Rm2* 4 propheta promittit *MNT* 10 spiritus] sanctus *a* 15 *alt.* sunt *eras. M, om. NT* 16 non perfecte uident *om. GMNPRT* *alt.* non perfecte *om. a* 17 enim *eras. M, om. NPT* 18 reddit *Gm1N* 19 *pr.* faciem *Pm1* reuelari — *p. 56, 16* caeleste fidei *desunt in A* oculos suos petit *av* 20 internum *O* 21 autem *eras. M, om. NT* 24 regione mortuorum *O* 25 contagione *Ma* 28 exemplum *Gm1* eramus ante *MN* erant *Ov*

legis, quando custodiebamus neomenias et sabbata quae sunt umbra futurorum, sicut hodieque Iudaei, qui uerum sabbatum non uident, qui exemplari et umbrae seruiunt. nos quoque secundum euangelium
nunc uiuentes umbram sequimur uerborum dei. Nathanael sub 2
arbore fici uidetur, Dauid in umbra alarum domini Iesu sperare se dicit, Zachaeus in arborem sycomori ascendit, ut Christum uideret. nobis quoque expandit manus suas Iesus, ut totum mundum obumbraret. quomodo non sumus in umbra, qui crucis eius protegimur uelamento? quomodo non sumus in umbra, quos crucifixus a malignitate saeculi et corporis ardore defendit? an nescimus, quoniam uerbum dei ueniens in hunc mundum non sicut uerbum aduenit, quale erat in principio, quale erat apud deum, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens? uenit in nube leui et, cum esset uirtus altissimi, obumbrauit Mariae, ut transfiguraret corpus humi-
litatis nostrae conforme fieri corpori gloriae suae. sicut ille ergo for- 3
mam mutauit, cum ex uirgine nasceretur, ita et nobis sermones dei transfigurati uidentur, cum leguntur in euangelio, cum species eorum uidetur in scripturis quasi per speculum, quia tota ueritas hic non potest conprehendi. cum autem uenerit quod perfectum est, non iam per descensionem, non per speciem, ut transfigurati, sed integra atque expressa ueritate resplendeant.

20. Neque te moueat, quod ait: 'multa uerba custodiam', quia, cum unum uerbum cognouerit, multa uerba cognoscit. in uno multa sunt et in multis unum est. probandum est igitur, quomodo unum uerbum multa sint et multa uerba unum uerbum sit. nec difficile

1 cf. Col. 2, 16—17 3 cf. Hebr. 8, 5 4 cf. Ioh. 1, 48 5 cf. Ps. 16, 8 6 cf. Luc. 19, 4 12 cf. Ioh. 1, 1 cf. Phil. 2, 7 13 cf. Luc. 1, 35 14 cf. Phil. 3, 21 18 cf. I Cor. 13, 12 19 cf. I Cor. 13, 10 22 cf. Ps. 118, 17

*def. A*

1 custodiebant *Ov* neomenias et *ed. Romana* homines *codd. av* 2 hodie quoque *O* 4 Nathanael] Nichodemus *Gm1* nathael *Gm3* 6 arbore *GOPm1* sicomoro *O* 7 iesus expandit manus suas *OR* 10 et *om. M* quia *OR* 12 in principio erat *av* apud deum erat *O* 13 uenitque *O* 14 mariam *M* 15 ergo ille *OR* mutauit formam *av* 16 ex *om. Mm1* 18 quasi per speculum in scripturis *MN* 21 resplendent *Gav* resplendebunt *O, cf. p. 25, 13 et Roensch, It.² p. 290* 22 multa—custodiam] custodiam uerba tua *Gm2Tm2* quia] qui *Gm1OPRav* 23 cum *om. GOav* uno] *add.* enim *v* 25 uerba *et* uerbum *om. O* *alt.* sint *MNR* nec] *add.* est *v, post* difficile *add. OR s. l. m. 1*

doceri, cum dixerit apostolus, quia ipse est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, in quo creata sunt omnia in caelestibus et in terra, siue uisibilia siue inuisibilia, siue sedes siue dominationes siue principatus siue potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt. unum est igitur uerbum quod operatur in singulis, et cum in singulis operatur, operatur omnia et in omnibus. hoc uerbum unicum apud patrem se diffudit in plurima, quia de plenitudine
2 eius omnes accepimus. itaque si uideas singula omnium, quae creata sunt in ipso, uidebis in singulis unum uerbum esse omnium, cuius pro captu nostro participes sumus. in me uerbum est humanum, in alio uerbum caeleste, uerbum angelorum in plerisque, sunt qui habent uerbum dominationum et potestatum. uerbum est iustitiae, uerbum castitatis, uerbum prudentiae, uerbum pietatis, uerbum etiam uirtutis. sic unum uerbum multa sunt et multa uerba unum sunt. nec uero arduum est istud aestimari, cum legerimus, quia omnia potest spiritus sapientiae.

21. Itaque sicut alii datur per spiritum sermo sapientiae et alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii gratia curationum in uno spiritu, alii operatio uirtutum, alii spiritus cognitionis, alii spiritus consilii plenioris, alii spiritus fortitudinis, alii pietatis spiritus, et in omnibus unus atque idem spiri-
2 tus est, diuidens singulis prout uult. est spiritus prophetarum, est spiritus apostolorum, est etiam artificum spiritus, sicut et Beselehel et Eliab, quos impleuit dominus spiritu diuino sapientiae et scientiae et omnis artis, ut facerent amictum et tabernaculum atque altare

1 *Col. 1, 15—16 7 cf. I Cor. 12, 6. 11 9 cf. Ioh. 1, 16 17 cf. I Cor. 12, 11 19 cf. I Cor. 12, 8—11 25 cf. Ex. 35, 30—35

*def. A* 1 doceri] *add.* uidemus *Gm2Tm2* 7 quod operatur — 8 hoc uerbum *om. T* 8 *pr.* operatur *eras. M, om. N* *alt.* et *om. v* 9 unum *R* 11 uerbum unum *MN* 12 est uerbum *O* humanum] *add.* sed apostolus succurrat et dicat: puto et ego dei spiritum (sp. dei *v*) habeo (*I Cor. 7, 40*) *Ov, om. cet. a et codd. Mediol.* 13 caeleste] *add.* et *R s. l. m1v* in *om. a* plerique *a, add.* est *Rv* 14 *pr.* uerbum *om. b* est *om. v* 16 multa sunt] est multa *T* 17 est *om. Ga* illud *MN* 19 alibi *bis Rm1* et *om. O* 22 consilii *om. N* plenioris] *s. scr.* id est facundiae *Nm2* 23 spiritus pietatis *MNO* et] sic et *Mm2* tamen *R in ras. v* 24 uul *M* *pr.* est] et *Gm1* ita et *Gm2* ita est *a* *alt.* est] et *Rv* 26 heliab *MNT* ooliab *OPm2a* Oliab *v* diuino spiritu *O* 27 atque *om. R*

secundum sensum, quem dedit his deus, sed etiam ceteris sapientibus
intellegere et facere omnia opera secundum omnia, quae dominus
imperabat. itaque fecerunt quae non didicerant nec uiderant secun-
dum ea, quae his spiritus demonstrabat. et plerisque uidetur alius
apostolorum spiritus, alius prophetarum, et diuersus in singulis;
sed non est diuersus, sed unus est spiritus, diuidens genera diuersa
uirtutum. unde non dubium uideri debet, si aliis uerbum aposto- 3
licum, aliis propheticum, aliis angelicum, aliis uerbum operatorium
datum est, et unum est uerbum diuidens se singulis pro nostra possi-
bilitate uel pro sua uoluntaria largitate. hoc uerbum igitur, quod est
caput omnium, hic per speculum uideo et ideo uerba dei hic custo-
dire non possum; sed cum uidero gloriam eius reuelata facie, tunc
uiuam et uita uiuens etiam uerba diuina custodiam.

22. Ideo ergo secundo uersu dicit: *adaperi oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua.* qui adaperiri
sibi oculos petit, utique et grauari intellegit; neque enim medicum
rogat nisi qui remedium aegritudini suae poscit. dicit ergo iste ad
medicum uenientem de caelo: adaperi oculos meos. si tur-
batus est oculus, facile dolor omnis sedatur collyrio; sin uero acies
eius umoris suffusione praetexitur, maiora remedia quaeruntur.
est ergo, sicut in oculis corporis, ita etiam in oculis animae huiusmodi 2
quaedam passio quae ingrauescat necesse est, nisi bonus medicus
uelamen illud abstulerit et nebulam quandam concreti humoris, quae
inpedire uel potius operire, ne uideat quae uidebat, mentis aestimatur
obtutum. inrepsit aegritudo ueteri fermento, eo quod non exuimus
uel gentilem uel Iudaicam suffusionem, cum primum ueniremus ad
ecclesiam, non audiuimus dicentem boni medici disciplinam: ex-
poliantes ueterem hominem cum actibus eius,
induite nouum qui renouatur in agnitione

11 cf. I Cor. 13, 12 12 cf. II Cor. 3, 18 14. 18*Ps. 118, 18
25 cf. I Cor. 5, 7 27*Col. 3, 9—10

*def. A*

2 opera secundum omnia *om. b* deus *a* 8 prophetarum *P* euangelicum *av*
uerbum *om. MN* 9 est datum *a* et] *add.* tamen *Rm2v* sese *O* 11 dei *om. Ov*
hic *om. T* 13 uita] ita *MNa* 14 aperi *MNP* 15 adaperire *Gm1 Pm1 Rm1*
17 aegritudine *Pm1* aegritudinis *OPm2R* suae aegritudinis *MNT* 18 tur-
batus est] turbatur *O* 20 tumoris *codd.* tegitur *Rm2* 21 ita *om. b*
22 ingrauescit *P* necesse est *eras. PR* 23 illud uelamen *OR* 27 docentem
*a* et docentem *v* discipulum *O* 28 eius] suis *GOav, cf. tractat. 10, cap. 17*

3 secundum imaginem eius qui creauit eum. superuestiuit ergo se aliquis, non expoliauit: serpit grauior aegritudo, grauat oculos diuturnum uelamen, non potest quisquam illud auferre, non angelus, non uirtutes, non dominationes, non potestates. manet uelamen, lectionem inpedit, uisionem obducit; quod non reuelatur, inquit apostolus — hoc est: a quocumque alio —, nisi in Christo fuerit euacuatum. cum uero conuersus huiusmodi fuerit ad dominum, auferetur uelamen.

23. Habes igitur quomodo auferas uelamen, quod manet supra oculos cordis tui; conuertere ad dominum, et uelamen cadet. conuersus est Paulus ad benedictionem Ananiae; uelut squamae ceciderunt ab oculis eius et uidit, qui per triduum ante non uiderat; simul oculus corporis animaeque sanatur, quia medicamentum ei medicus demonstrauerat ille de caelo, de quo scriptum est: misit uerbum suum et sanauit eos et ex omnibus infirmitatibus suis liberauit eos. non est medicus iste de terris, qui omnes curat infirmitates et populos integros sanat.
2 mitte ergo, pater, medicum istum, ueniat uerbum tuum, aperiat oculos meos. et apostolorum oculi clausi erant, nisi eos Iesus aperuisset. denique duobus ex his euntibus in castellum, cui nomen Emmaus, cum interpretaretur scripturas et benediceret eos, aperti sunt, inquit, oculi eorum et cognouerunt eum. ergo nisi Iesus aperuisset nobis oculos, nemo uidisset; nisi Iesus sustulisset uelamen, nulli euangelii gratia refulsisset. et Petrus clausos habebat oculos et Iohannes clausos habebat et Iacobus clausos habebat. denique in monte grauati erant somno, sed excitati maiestatis fulgore diuinae oculos cordis sui aperuerunt. et quia siti in corpore plene uidere non poterant, obumbrauit eos nubes, ne corporis oculos gloriae caelestis fulgor hebetaret.

1 cf. II Cor. 5, 4 4 cf. Col. 1, 16 5*II Cor. 3, 14 7 II Cor. 3, 16 11 cf. Act. 9, 17—18 14*Ps. 106, 20 21 Luc. 24, 31 24 cf. Matth. 17, 1—5

*def. A* 2 aliquis se *O* aliquis] *add.* sed *Rm2* 3 efferre *Rm1* 5 uelamen] *add.* illud *Ov* 6 inquid *GMPm1* 9 super *MO* 11 et ad *Gm2MN* annaniae *G*, *add.* et *P* uelud *MRm1* 12 ante *om. T* 13 oculos *Gm1 Pm1 Rm1* eius *MNT* 16 suis] eorum *O* 19 aperiret *O* 20 emaus *NOPRa* 22 inquid *Rm1*, *om. O* oculi eorum inquit *MN* 23 Iesus *om. O* 24 oculos habebat *MN* 25 et Iohannes clausos habebat *om. Mm1 N*, *add.* oculos *a* iacob *O* 27 qui *Mm1NT* siti] sic *O* 28 nubis *Pm1* 29 ebetauit *Nm1*

24. Quis igitur tantus, ut aperiat oculos et legis uideat sacramenta, nisi ei Christus demonstret? non Moyses tantus. denique iubente domino uirgam proiecit et facta est serpens et fugit ab ea; adprehendit caudam serpentis et facta est uirga, et adhuc non cognoscebat mysterium, quo declarabatur descensurum in terras dominum Iesum, qui cum se exinanisset, deponi in crucem et proici pateretur in tumulum, de quo secundum oracula legis resurgens in gloriam dei diuinaeque sedis regale consortium de serpente remearet. adprehendamus ergo et nos caudam serpentis illius crucifixi, ut po- 2
testatem eius regiam possimus agnoscere. et illa, quae in pedes eius misit unguentum, tenuit eum. caudam ergo serpentis adprehendit Moyses et apertum est os eius. non ergo locutus esset de eo, nisi ipse dominus os eius aperuisset.

25. Dauid adaperiri sibi oculos hic petit et in superioribus dixit: q u i s o s t e n d i t n o b i s b o n a? erat sub lege nutritus et sciebat, quia lex umbram habet futurorum bonorum; ipsa bona non iam per umbram, sed apertis oculis uidere cupiebat. nouerat, quia exemplari et umbrae caelestium mysteriorum seruiebant, qui secundum legem Moysi deseruiebant. uolebat ipsam cultus diuini con- 2
prehendere ueritatem et ideo, ut ab oculis suis uelamen discuteret, conuersus ad dominum precabatur dicens: a d a p e r i o c u l o s m e o s, e t c o n s i d e r a b o m i r a b i l i a d e l e g e t u a. intellegebat uere militiam esse caelestem, quam posset unusquisque ex lege cognoscere, cui tamen dominus reuelasset. quis enim de terrenis ad caelestia, de umbra ad claritatem, de exemplari ad penetralia ueritatis humano gradu sine diuino ductu possit ascendere?

26. Quis potest considerare altare illud caeleste uerumque templum, sacerdotes et leuitas, non istos secundum carnis officia, sed

2 cf. Ex. 4, 3—4   4 . 9 cf. Ioh. 3, 14   10 cf. Luc. 7, 38   15 Ps. 4, 7   16 cf. Col. 2, 17   18 cf. Hebr. 8, 5   21*Ps. 118, 18   23 cf. Luc. 2, 13

*dej. A*   2 demonstrarit *M* demonstraret *N* nonne *MNPRT* 3 eo *v* 4 adhuc *om. MNT* 5 quod *MNOPm2T* declarabat *Tm2* 6 deponi] poni *a* cruce *M* proici] poni *Mm2N* deponi *a* 7 tumulum] *add.* quasi serpens de uirga factus est (*om. av*), quia in tumulum proiectus est (*om. Tav*) *Gm2Tm2av*, *om. cet. et codd. Mediol.* 8 gloria *MNPm1* 9 et nos ergo *O* 10 possimus regiam *O* 12 eo] deo *O* 13 aperuisset os eius *O* 15 et *om. Gav* 16 in ipsa *Rm2* non *om. Gm1R* iam non *av* 19 diuini cultus *O* 20 decuteret *a* 21 deprecabatur *a* 23 ueram *N* possit *a* 25 exemplaribus *O* 26 gradu] ductu uel gradu *M* posset *Mm2Rm2* 27 uerumque] *add.* illud *a*

illos secundum spiritus gratiam? denique hanc solam sibi gratiam
pro maximis optabat Dauid dicens: unam petii a domino,
hanc requiram: ut inhabitem in domo domini
omnes dies uitae meae et ut uideam delectationem domini
2 et considerem templum eius. quis poterat cognoscere, quod
offerret diues magnum munus, secundum quod potest manus eius, ut
soluatur eius peccatum? quis poterat intellegere, si non haberet quid
offerre, uerbi gratia arietem, quia non soluebatur eius peccatum? quis
poterat aduertere, quae essent illae inmunditiae, quas soluit non lex
quam putant Iudaei, sed lex spiritalis quam Paulus agnouit? quis
poterat uidere remissiones peccatorum ueras, quarum exemplar in
lege, ueritas in euangelio est, dicente domino Iesu: dimissa
sunt tibi peccata, non per hircorum sanguinem, sed per
3 hostiam sui corporis? ille itaque diues in lege, qui perfectae maiestatis
in Christo plenitudinem confitendo et quasi eam quibusdam ad illud
altare caeleste fidei manibus offerendo peccatum suum soluerit; ille
uidet uerum sacerdotem, qui uidet principem sacerdotum, ille templum uerum considerat, qui audit dicentem: soluite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud. magnum templum, de quo uirtus exibat et curabat omnes, mirabile illud altare, in quo unius agni sacrificium tulit peccata mundi, ille praestantissimus leuita, qui uenit non ut ministerium exigeret, sed ut omnibus exhiberet suae ministerium passionis, cui portio deus, qui hic nihil possederit et omnia possideret.

27. Quid autem dicam de Hebraeo, quem lex sex tantummodo iubet seruire annis et septimo anno exire seruitio? quis iste Hebraeus

2*Ps. 26, 4 6 cf. Num. 6, 21 10 cf. Rom. 7, 14 12*Luc. 7, 48 13 cf. Hebr. 9, 12 18*Ioh. 2, 19 21 cf. Ioh. 1, 29 23 cf. Ps. 118, 57 cf. II Cor. 6, 10 24 cf. Ex. 21, 2 25 cf. Uerg. Ecl. 1, 40

*def. A* 1 esse sibi *O* 2 obtabat *OP* optauit *a* ad dominum *PRm1* 4 omnibus diebus *MN* et *om. O* 5 considerem] ut uisitem *MNT* 7 quid *R* quod *O* quis *cet. av* 8 offerret *OR* non] *add.* secus *Tm2* 11 poterit *Gm1* 13 peccata] *add.* tua *O* 14 sui corporis hostiam *O* utique *a* 16 manibus] *pergit A* solueret *AR* 17 uidit *bis codd. praeter O* 18 considerat uerum *G* hoc templum *GR* hoc *om. P* 19 suscitabo *MNPT* excitabo *v* 20 exiebat *Gm1PRm1a* 21 peccatum *NT* 22 ministerium suae passionis exhiberet *MN* misterium *O* 23 qui hic nihil] quia nihil *MT* quorum nihil *N* nichil hic *O* *pr.* possiderit *Pm1* possideret *OPm2a* et] ut *Am2v* *alt.* possederit *G* possidet *Rm2* 24 sex] septem *GMNPR* tantum *Mm2* 25 exire] *add.* a *GMm2av* qui *R*, *add.* est *MNOT*

seruus? quis Hebraeus liber poterat intellegi? quis tantus, ut annos
aeternos in mente habens uideat uerum Hebraeum, qui non in per-
petuum manet seruus, sed sex annis seruili functus officio septimo
anno gratiam libertatis adipiscitur? cuius uidetur Isaac patriarcha 2
seruitutis et libertatis non ignorasse mysterium, qui ait: seruies
fratri tuo. et erit cum deposueris et solueris
iugum eius a collo tuo, significans fore tempus, quo etsi
quis seruierit hic positus fratri suo, postea tamen exactis annis,
qui ex istis diebus atque istis quos hic exigimus mensibus colligun-
tur, soluat iugum a ceruice sua, quod fit septimo anno remissionis.
conicere possumus ueri Hebraei typum in Ioseph, qui portauit serui- 3
tutis iugum, sed eum culpa non cepit, non carcer inclusit, non Aegy-
ptus colorauit. conicimus in Petro Iohanne Iacobo, qui creati et insti-
tuti sub iugo legis soluerunt tamen fratris sui Iudaicum iugum, ubi
legitimae tempus quietis aduenit, quando refulsit his remissio pec-
catorum.

28. Et hoc tamen hic in umbra adhuc gestum comparatione caelestium; quanta autem quies illa, quae ex lege conicitur, in euangelio reuelatur, dicente domino Iesu: uolo ut ubi ego sum et isti sint mecum! quam beatus, qui istius habitationis fructum quietis consortium illic potuerit promereri! tunc intelleget, quid sit aperuisse oculos, ut uideret mirabilia de lege dei.

29. Bene admonuit lectio euangelii quae decursa est, in qua
sanatus est leprosus ille, qui dixit: si uis, potes me mun-
dare, in uoluntate domini constituens potestatis effectum. cui
respondit similiter: uolo, mundare. praemissa pietas uolun-
tatis, secuta potestatis auctoritas est. omnibus dicit Iesus 'uolo', 2
qui non uult esse peccatum. uelle Christi commune in omnes est,
mundari fidei est credentis in Christum. et tetigit eum.

1 cf. Ps. 76, 6  5*Gen. 27, 40  19*Ioh. 17, 24  22 cf. Ps. 118, 18
24 Luc. 5, 12  26 Luc. 5, 13  29 Luc. 5, 13

2 uirum *Am1 PRT*  quia *PR*  3 obsequio *a*  6 disposueris *N*  7 forte *GNOPRT*  9 ex] sex *av. cf. tractat. 5, cap. 10*  atque] *add.* ex *O*  11 ueri] serui *O*  iugum seruitutis *O*  13 decolorauit *v*  15 legitimum *Mm2NT*  18 quanta] *hic incipit cap. 28 in v*  19 reuelatur] *add.* et adhuc integra reseruatur *Ov*  sum ego *O*  20 ipsi *O*  sunt *Rm1*  21 illius consortium (*om.* illic) *M*  intellegit *GPm1 Rm1a*  intelligitur *O*  23 ammonuit *N*  24 ait *a*  25 dei *O*  27 est auctoritas (-tatem *M*) potestatis *MN*  Iesus] iohannes *Gm1*  28 peccatorem *Am2 Rm2* peccaturem *Rm1*  in omnes commune *O*  29 mundare *MN*

tangit eos, quorum fide tangitur. denique dicit: tetigit me
aliquis; sentio uirtutem exisse de me. habes
operationem inmaculati corporis, habes remissionem diuinitatis.
30. Sed ut plenius sanaretur, aperuit oculos eius dicens:
uade, ostende te sacerdoti. multos sacerdotes habebat
synagoga; sed qui oculos aperit, falsos non uidet sacerdotes, uerum
aspicit. quis est uerus sacerdos nisi ille, qui sacerdos est in aeternum?
et ideo pater dixit ad eum: tu es sacerdos in aeternum.
2 aperuit ergo oculos eius et uidit et intellexit, quale munus pro emun-
datione sua deberet offerre. beatus qui audit haec; quanto beatior
qui uidet, qui se uero potest ostendere sacerdoti, ut non habeat quod
timeat in se uideri, qui se prius aspicit facie reuelata! nam nisi ipse
se prius uiderit, non audebit ostendere, sicut Adam, qui se occultare
cupiebat, quia non agnoscebat. sed iam etiam id quod sequitur con-
sideremus.

31. *Aduena ego sum in terra, ne abscondas
a me mandata tua.* non cuiuscumque uox ista est, sed eius,
qui terrenis renuntiauerit uoluptatibus et omni se mundanae cupi-
ditatis exuerit affectu. ille est in hac terra aduena, qui potest dicere:
nostra autem conuersatio in caelis est, qui
suam habet in domino portionem, qui potest dolere, quod diutius
uiuat in terris, qui uitae huius longaeuitate lassatur, cui prolixitas
habitationis huius fastidio sit, quam sanctus auersatur et dicit: uae
his qui habitant in terra, qui dissolui non timet et, si
2 soluatur, praesumit se cum Christo futurum. hic uere peregrinus in
terra est, qui sanctorum est ciuis et domesticus dei et thesaurum
sibi condit in caelo. non utique is exiens de Aegypto in hanc intelle-

1*Luc. 8, 46 5 Luc. 5, 14 8 Ps. 109, 4 13 cf. Gen. 3, 8 16*Ps. 118, 19 20 Phil. 3, 20 21 cf. Ps. 118, 57. 119, 5 23*Apoc. 8, 13 24 cf. Phil. 1, 23 26 cf. Eph. 2, 19 cf. Matth. 6, 20

2 sentio] *add.* enim *Av* 4 plenus *a* 6 aperuit *Om1Rm1* uidit *a* 7 qui] *add.* uerus *G* est sacerdos *Mv* 10 debere *a* 11 uidit *NPm1a* sacerdoti potest ostendere *O* 13 ostendere se (se ost. *v*) *Ov* 14 quia] *add.* se *v* cognoscebatur *MNT* agnoscebatur *P* iam] etiam *Gm1, om. O* id etiam *AOR* 16 ne] non *MN* abscon (*sic*) *P* 18 omni se] omnis *a* mundano *O* exuerit cupiditatis *MN* 20 autem *eras. M* 22 istius *O* 23 fit *Am2* aduersatur *Oa* 24 iis *v* 25 praesumat *MNOPRm1a* est in terra *MN* 26 quia *av* ciuis est *Θ*

gibilem Aegyptum remeare desiderat nec depositae senectutis et mortis pauescit confinia nec horrea struit messibus recondendis, iam alienis uicturus aetatibus, sed sola diues uirtutum fecunditate ea congregat, quae sibi nec mors possit auferre.

32. Meritoque dicit: *concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore.* quod utique non facit nisi liber a uinculis, non solum a uinculis sollicitudinis saecularis, sed etiam a uinculis caritatis humanae. uincula conplura sunt in hoc saeculo: uincula sunt desideria uiuendi, uincula sunt oblectamenta uoluptatum, uincula sunt honorum, uincula coniugii. denique dicit tibi bonus magister: solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem. nec tamen peccat qui uxorem 2 acceperit, sed innectit sibi uincula mentis, quia sollicitus est quomodo placeat uxori — beatior esset, si deo soli placere desideraret —, carnis autem, quia ligatus est qui sui non habeat corporis potestatem. ergo quia mandatum dei est, quod legis oraculo et apostolico sermone depromptum est, ne quis uxorem diuitias honorem necessitudines deo praeferat, qui autem praetulerit, fit obnoxius iudiciis dei, ideo prius poposcit, ne abscondat ab eo deus mandata sua. qui enim mandata cognouerit et custodierit, non refugit iudicia diuina, sed desiderat meritoque tamquam reuelatis sibi mandatis ait: 'concupiui desiderare iudicia tua in omni tempore'.

33. Non dixit 'concupiui iudicia', sed 'concupiui desiderare'. sicut enim uita uiuere plus est quam uiuere — uiuere namque commune etiam huius est uitae, uita autem uiuere beatorum est —, sic concupiscere, ut desideremus iudicia dei, plus est quam desiderare iudicia; concupiscimus enim desiderare, quasi non sit potestatis nostrae desiderium, sed gratiae dei. cum enim dominus oblectari

5*Ps. 118, 20 11*I Cor. 7, 27 15 cf. I Cor. 7, 4 16 cf. Deut. 6, 5. 33, 9. Matth. 10, 37 21.23 cf. Ps. 118, 20 25 cf. Ezech. 18, 9

2 pauescat *G* struat *Gm1* seruit *N* 4 sibi congregat quae *AOR* sibi] *add.* nec senectus perditum dare *Gm2Tm2a* 7 *alt.* non] nec *Av* 8 humanae caritatis *MN* conpluria *GPR* 14 soli deo *O* desiderasset. Carnis autem alligatus est uinculis qui *O* 15 carnis] carni *Gm1* cernis *Gm2MNRTav* qui sui] quis ui *APR* quis *Gm1* habet *GMNOTav* 16 dei *om.* *AR* 18 praeferat deo *M* sit *M* 19 *alt.* mandata] *add.* dei *AOv* 23 *pr.* concupiuit *Pm1* sed] *add.* dixit *AR* 24 sic *PT* 25 est etiam huius *O* 27 enim *om.* *R*

nos uiderit cupiditate desiderii iudiciorum suorum, sobrium auget affectum; cum autem peccamus, non concupiscimus desiderare iudicia dei. neque enim aegrotus uri desiderat uel incidi, ut possit reci-
2 pere sanitatem. refugit qui grauius aegrotat, ne uratur, ne incidatur, ne alligetur, ne abstineatur a cibo; qui autem salutarem habet ualitudinem, medico securus occurrit. unde etiam dominus non otiose ait: desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum, non solum desiderans, sed etiam geminato desiderio concupiscens remissionem tribuere peccatorum. concupiscamus ergo et nos desiderare iudicia dei – bona conscientia quae, cum examinatur, probatur — et concupiscamus desiderare in omni tempore, ut nullum momentum bonae praetereat uacuum cupiditatis.

34. Sequitur uersus quintus: *increpasti superbos; maledicti qui declinant a mandatis tuis.* cum dominus Iesus per oboedientiam genus humanum redemerit, iustitiam reformarit, serpens autem per inoboedientiam peccatum introduxerit, quid uitii habeat superbia hinc aestimare possumus, cuius auctor diabolus est, quem inducit propheta dicentem: ponam thronum meum super nubes et ero similis altis-
2 simo. itaque cum sit nequissimus, ut honorem non dederit domino deo nostro, peiores tamen discipulos erudiuit. ille enim se sic exaltauit, ut uellet aequari et similis esse altissimo, discipulus autem eius significatur ab apostolo indignaturus aequalem similemque se aestimari deo. scriptum est enim: cum reuelatus fuerit homo iniquitatis et filius interitus, qui aduersatur et extollitur supra omne quod dicitur deus.
3 magister igitur similem praesumit, hic superiorem. ideoque et dominus ad discipulos suos dixit: maiora his facietis, ut,

7 Luc. 22, 15 13 Ps. 118, 21 15 cf. Rom. 5, 19 18*Esai. 14, 14 24*II Thess. 2, 3—4 28*Ioh. 14, 12

1 augit *Pm1Rm1* 4 egrotatur *Pm1* 5 abstineat *Am2Mm2Oav* ualetudinem *MNv* 7 pasca *MO* 9 remissionis *Gm1* retribuere *v* 10 quae *om. Gm1MNOPRTa* 11 concupiscimus *O* 13 sequitur—quintus *om. μ* quintus uersus *MTb* 14 cum] *add.* enim *a* 15 redimeret *GPm1Rm1* 16 reformaret *GPm1Rm1* reformauerit *OPm2av* 21 enim] autem *Gm1* sic se *N* 22 uellit *Gm1* uelit *P* aequare *GPRm1* altissimi *P* eius] *add.* ut *a* 23 se *post* indignaturus *tr. O*, *post* aequalem *tr. a* 27 similem] *add.* se *Ov*, honorem *a* 28 suos *om. O*

quibus serpens plus ademerat quam ipse amiserat, maiora Christus facere donaret quam ipse in terris fecerat; in se enim uoluit principem mundi fallere, in discipulis triumphare.

35. Itaque a tanto uolens crimine uindicare humanum genus introduxit Pharisaeum et publicanum in templo orantes et docuit, etiamsi bona cetera habeat, quod magis superbus offendat quam humilis, qui nulla uirtutum dote subnixus sit; studet enim subplantare diabolus bonis operibus intentos. quantum laborauit Pharisaeus ille, ne raperet aliena, ne iniustus esset, ne adulteraret! quantum laborauit, ne peccaret, sicut peccauit publicanus! quantum laborauit, ut bis in sabbato ieiunaret! quantum laborauit, ut decimam daret omnium quae adquireret! quis nostrum haec facit? quanti 2 habent possessiones et soli incubant fructibus et solis sibi messes recondunt! aduertit hoc diabolus et perfudit eum ulcere graui, ut non teneret caput mente carnis inflatus et in eo, in quo laudabilis fore crederetur, ibi reprehensibilior iudicaretur. agebat enim gratias deo, quod non esset raptor adulter iniustus. quam noxie ei luctatus est serpens et grauibus eum spiris ligauit! superiorem fecit, ut de altiore deiceret, inferiorem se praebuit, ut sublimiorem casu grauiore prosterneret. mala ruina est adrogantiae, quae superiorem subruit, mala haec lucta serpentis, qua se in plurimos torquet anfractus.

36. Inflare uolebat et Paulum. quem Paulum? illum utique apostolum non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum. et paene deceperat, ita ut stimulum carnis suae, qui se humiliabat, rogaret auferri. sed bonus dominus, qui Paulum infirmitatibus uellet facere fortiorem, adhibuit ei angelum satanae, ut suis diabolus artibus uinceretur. non mentiebatur Pharisaeus, immo 2 etiam uera dicebat; sed omnis qui se exaltat, etiamsi uera dicat, offen-

5 cf. Luc. 18, 10—14  14 cf. Hiob 2, 7  15 cf. Col. 2, 19  24 cf. Gal. 1, 1  25 cf. II Cor. 12, 7—8

1 admiserat *Oa*  2 donaret facere *O*  in se] ipse *Na*  4 a *om. O*  9 quantum—10 publicanus *om. MmlNT*  10 peccabat *a*  quantum—11 ieiunaret *post* adquireret *tr. O*  12 fecit *M*  13 incumbunt *GNPTa*  solis] soli *AGMNOT*  messem *A*  14 perfodit *M* (o *in ras.*) *NPT*  15 capud *GPm1*  17 obluctatus *Pm2*  18 eum *om. O*  19 deieceret *Pm1*  20 quae *om. GMNOPm1Rm1Ta*  superiores *Oa*  superiorem enim *Tm2*  21 obruit *a* subripuit *v*  quae *MNT*  torquit *Pm1*  amfractus *P*  26 Paulum] *add.* in *MN*

dit. denique probabilior Pharisaeus ingressus est templum quam publicanus et tamen condemnatus exiuit; quantum crimen superbiae, ut ei etiam adulteria praeferantur!

37. Denique dominus, qui aliis donat, superbis resistit et tamquam congreditur his, qui se exaltant, sibique hoc certamen uindicat et, qui aliis conpatitur, adrogantes increpat, quia nihil grauius, quam ut fratres nostros pauperes superbo oculo despiciamus, conformes nobis intolerabili repellamus fastidio, nostra indignos gratia iudicantes, quia sunt inopes, cum paupertas facilius sit deo quam thesaurus acceptior.

38. *Maledicti*, inquit, *qui declinant a mandatis tuis*. supra dixerat: *ne abscondas a me mandata tua* et ideo quasi reuelata sibi mandata cognoscens condemnat eos, qui declinauerint a mandatis caelestibus. et bene dixit 'qui declinant'; directum enim mandatum est, ideo ab eo nemo deflectat.

39. Mouet autem, qua ratione hic dixerit: *ne abscondas a me mandata tua*. quod enim absconditur, obscurum fit et occultum, cum supra dixerit: *mandatum domini lucidum, inluminans oculos*. si lucidum mandatum, quomodo absconditur, cum lucernam nemo ponat sub modio? nisi forte lucidum est unum mandatum, multa autem mandata abscondita sunt. nam *iudicia tua*, inquit, *sicut abyssus multa*; non 'iudicium sicut abyssus', sed 'iudicia' dicuntur.

40. Uide autem ordinem. supra ait: *ne repellas me a mandatis tuis*, in sequenti ait: *ne abscondas a me mandata tua*, hic ait: *maledicti qui declinant a mandatis tuis*. uere maledicti qui declinant a mandatis tuis, qui referre gratiam debuerunt, primo quia non sunt repulsi, secundo quia non abscondi a se diuina mandata meruerunt. declinat ergo aliquis quod optauit.

4 cf. Iac. 4, 6. IPetr. 5,5 11.14.26 Ps. 118, 21 12.16.25 *Ps. 118, 19 18 *Ps. 18, 9 20 cf. Matth. 5, 15 22 *Ps. 35, 7 24 Ps. 118, 10

1 fariseus *AP* 2 tamen *om. GMNOPRm1a* exiuit] *add.* o *MNTa* 5 iis *v* 7 pauperiores *O* dispiciamus *GRm1* 11 inquid *Mm1Pm1, om. O* 13 reuelator *Rm1* 14 declinauerint] declinant *O* 15 enim] ergo *M* ab eo *om. MN* nemo] *add.* nostrum *O* 16 moueat *Pm1* hoc *R* 21 sunt abscondita *MN* 25 sequentibus *v* ait] autem *MNT* 30 obtauit *MP*

41. Sequitur: *aufer a me obprobrium et contemptum, quoniam testimonia tua exquisiui.* si contemptus obprobrii loco ducitur, quomodo scriptum est: contemptibilia huius mundi elegit deus? sed considera, quia 'mundi contemptibilia' dixit, non 'dei': quod enim in hoc mundo contemptibile, hoc pretiosum est apud deum. denique humilitas in hoc mundo contemnitur, sed dei iudicio conprobatur, et si
publicanus se humiliauerit, exaltatur. audi, quem ⟨non⟩ pro nihilo 2
habeat deus: quicumque sanctus est, qui sine macula uiuit, ueritatem custodit, non adpetiuit proximum suum. ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus; omnia quae malitiae sunt pro nihilo ab illo aestimantur. denique gentilitas non est, deuotio autem manet in aeternum. caue ergo, ne Christo obprobrio sis. nolo mihi quicumque maledicat et quasi peccatorem despiciat; quam graue, si Christus dignum obprobrio ducat! uae tibi, inquit, Chorazain et Bethsaida; condemnantur,
quia non egerunt paenitentiam delictorum suorum. nos ergo agamus, 3
ut a nobis auferatur obprobrium. quis autem est qui non est obprobrio dignus? qui exquisiuit domini testimonia. multi quidem sunt qui uolunt inferre obprobrium seruis tuis, sed ipsi sunt probrosi magis, quia pro nomine tuo pati obprobrium gloriosum est.

42. Et ideo ait: *etenim sederunt principes et aduersum me detrectabant.* uox martyris est, qui perductus ad iudicium persecutorum, cum cogeretur idolis immolare et constanter resisteret, iudices autem sedentes in tribunalibus stipati

1*Ps. 118, 22  3*I Cor. 1, 28  8 cf. Luc. 18, 14  9 cf. Ps. 14, 2—3  10 Ps. 14, 4  12 cf. tractat. 5, cap. 1 init.  15*Luc. 10, 13  19 cf. Ps. 118, 22  22*Ps. 118, 23

3 dicitur *Gm2 MNT*  4 huius *om. a*  6 contemptibile] contemnitur *A* contemptui *Ga*  in hoc mundo humilitas *O*  7 et] sed *MN*  8 se publicanus *M*  exaltabitur *AOR*  non *addidi* diligit (diligat *v*) et non *add. Ov*  12 sunt] *add.* reprobauit. talis (hic talis *a*) etiam si sit gentilis, deuotione humilitatis a deo comprobatur. superbi autem, uelut Pharisaeus, arrogantia sua *av* ab illo *om. MNOPRT*  13 obprobrium *AR*  15 dicat *Gm2*  16 chorozain *AG* cho (Co-*v*) rozaim *MNOav*  Bethsaida] *add.* quae *a*  18 auferatur a nobis *O*  19 quis *MN*  testimonia domini *O*  20 obprobrium inferre *O*  magis probrosi *av*  23 aduersus *Ra*  detractabant *GMNm1PRm1*  25 resisterit *Pm1Rm1*  sedentes *om. MNO*

officiis, indignantes, quod suis non obsecundaretur imperiis, confer-
rent quo dignum supplicio censerent, stabat intrepidus dicens:
sederunt principes et aduersum me detrecta-
2 bant. est etiam domini uox ista. cum conuenisset presbyterium
plebis et principes sacerdotum et scribae et ad concilium Iudaeorum
deductus esset dicentium: quid adhuc desideramus
testes? audiuimus enim de ore ipsius, et staret
ante praesidem et duceretur ad crucem, quid pulchrius diceret quam:
sederunt principes et aduersum me detrecta-
bant? hoc est: 'me stante sederunt principes' et, quia tribunalium
fulcro sublimes erant, dominum non uidebant. sedebant ergo elati
3 fastigio principatus nec principem principum cogitabant. sed pa-
rum hoc. 'aduersum me', inquit, 'detrectabant. ego eorum
redemptor aduenеram, ego ueneram ut omnium peccata mundarem,
ut recuperarem amissos, restituerem paradiso sancti Iacob heredi-
tatem, et illi aduersum me detrectabant. et ideo, imitatores mei,
discipuli mei, nolite iniuriam erubescere, si stetis ante principes pro
nomine meo, cum ego steterim pro uestra salute'.

43. Denique traditur in custodiam Petrus cum ceteris apostolis et postera die statutus ante concilium constanter dicebat: principes populi et seniores Israel, ⟨si nos hodie diiudicamur quod benefactum sit homini infirmo, in quo iste saluus factus sit, notum sit omnibus uobis et omni plebi Israel, quod in nomine Iesu Christi Nazareni, quem uos cru-

3.9.13*Ps. 118, 23    4 cf. Luc. 22, 66    6*Luc. 22, 71
7 cf. Matth. 27, 11    20*Act. 4, 8—10

1 non suis obsecundaret *O*  cum (*om MNTm1*) conferrent quod dignum supplicium *MNT*  2 quo] quod *O*  3 aduersus *APRa*  detractabant *GMNm1 PRm1*  4 uenisset *MNT*  presbiterorum *OPm2R*  5 plebis *Gav* plebs *cet.*  6 esset deductus *O*  7 et] et cum *GOa*  8 pulcrius *MO*  9 aduersus *G*  me *om. Rm1*  detractabant *GMNm1PRm1*  11 fulchro *GNP*  sublimiores *O*  elati *a* erant *Rv*, erat *cet.*, *add.* et *O* in *v*  12 fastidio *O*  13 *et* 16 aduersus *AGOPRav*  inquid *GM*  13 *et* 16 detractabant *GMNm1PRm1*  redemptor eorum *O*  15 hereditatem sancti iacob *O*  17 statis *O* steteritis *Rm2v*  ante] coram *N*  principe *N*  18 ego *om. O*  19 traditus *Oav*  20 postea *O*  et constanter *G*  21 israhel *PR*  si nos—*p. 65, 2* sanus *om. codd. a*; *add. Tm2a*: si nos hodie (*add.* etc. *a*) usque in hoc (in hoc *om. T*): iste astat coram uobis sanus; *cf. tractat. 19, cap. 28 extr.*

cifixistis, quem deus suscitau͡it a mortuis, in hoc iste astat coram uobis sanus), hoc est: 'uos estis qui statuistis et Christum. gloriae loco ducimus istam iniuriam, quia arguimur pro aegroti hominis sanitate; hanc hereditatem seruulis saluator omnium dereliquit'. at illi conferebant inter se dicentes: 2
quid faciemus istis hominibus? et dimiserunt eos. gloriabatur ergo Petrus et unusquisque apostolorum, quia digni habiti sunt qui iniuriam pro Christi nomine sustinerent. recte ergo tunc dicerent singuli: etenim sederunt principes et aduersum me detrectabant.

44. Sederunt principes aduersus Esaiam et disputauerunt, ut secaretur; sed non timebat eos, qui dicebat: audite, principes Sodomorum. sederunt aduersus Hieremiam, ut mitteretur in lacum; sederunt aduersus Zachariam, qui occisus est inter templum et altare; sederunt aduersus Susannam et contra castitatis feminam iudicabant, sed ut ostenderetur principum bonum non esse concilium, excitauit pueri spiritum dominus et quam principes ream mortis pronuntiauerant, eandem propheta totius innoxiam criminationis absoluit.

45. Sunt et alii principes, qui aduersus nos detrectant, de quibus dicitur: quoniam non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principatus et potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiae quae sunt in caelestibus. isti sedent et explorant, qui iustus sit in hoc saeculo, qui christianus intente deo seruiat studiosus boni operis et facti. detrectant de eo 2

6*Act. 4, 16 9*Ps. 118, 23 11 cf. Hebr. 11, 37 12 Esai. 1, 10 13 cf. Hier. 45 (38), 4—6 14 cf. II Par. 24, 22. Matth. 23, 35 15 cf. Sus. (Dan. 13) 21*Eph. 6, 12

3 loco gloriae *O* 4 arguimur *post* sanitate *tr. O* prae *Pm1Rm1* saluator omnium seruulis *O* 5 ille *Rm1* 10 aduersus *AGRa* detractabant *AGMNm1Om1P* 11 aduersum *M* isaiam *AGv* 16 sed] sederunt *T* non esse bonum *O* 17 consilium *GORav* 18 mortis] *add.* esse *O* 20 et *om. M* aduersum *MN* detractant *GMNOPRm1* 21 dicit *AOPR* 23 huius mundi *MN* 24 harum *om. Gm1* 26 qui sint iusti *O* 27 detractant *MNm1PRm1* detractantque *O* de eo] ei *O*

dicentes: 'insidiemur illi, inpediamus eum, prohibeamus eum efficere quae desiderat, conteramus eius mentem, frangamus eius animum aduersis frequentibus ac repentinis et, si deo probatus est propter iustitiam, rogemus dari nobis temptationes eius.' neque enim in tantum prophetam temptationum eius, quas plurimas subiit, potestatem habere potuissent, nisi dominus probandi sui militis causa dedisset,
3 ut maiore eum gloria coronaret. quis igitur regem Saul excitauit in eum nisi spiritus malus, sicut legimus, qui se dolebat excludi, quotienscumque Dauid uel citharae sono uel bonorum consiliorum atque operum fidibus ac neruis mentem regis animumque demulcebat? quis excitauit Doech Syri nequitiam, ut sanctum uirum proderet et hospitalem humanitatem deduceret in periculum sacerdotis? quis inflammauit ardorem Amnon, ut domum incestaret propheticam et contristaret animum patris alterius incesta libidine, alterius iniuria, ut, qui aliis prophetabat, domus suae mala praeuidere non potuerit?
4 quis armauit furorem Abessalon, ut patrem domo excluderet et parricidali persequeretur proelio? sed cum prope uiribus regni iam esset sanctus inferior, hoc uno incensa aduersum se diaboli restinxit spicula, quod, cum filius necem peteret patris, ille tamen salutem filii pietatis mandabat affectu.

46. Ergo principes populi, ut Achitofel, et ceteri bellantium duces sederunt; tractabant principes populi cum Abessalon aduersus prophetam. et ideo dicit: *etenim sederunt principes et aduersum me detrectabant; seruus autem tuus meditabatur in iustificationibus tuis.*

7 cf. Ps. 8, 6. Hebr. 2. 7. 9 8 cf. I Reg. 16, 23 11 cf. I Reg. 22, 9 sqq. 13 cf. II Reg. 13 16 cf. II Reg. 15 19 cf. II Reg. 18, 5 21 cf. II Reg. 15, 31 23*Ps. 118, 23

2 mente *N* *alt.* eius *om. Ga* animum eius *v* 3 ac] et *O* 4 nobis dari *M* 5 propheta *AGNPR* prophetae *O* eius *om. O* subiit] *add.* conpotes *a* 6 potuisset *Gm1Pm2Rm2* causam *OPRa* 7 maiori *Nm2P* eum] cum *MPR* 8 solebat *Gm1* 9 -cumque *eras. M* atque operum] operumque *av* 10 mulcebat *MNPTa* 11 doec *Pm1* 13 ardore *A* amon *M* ammon *NOTav* incertaret *A* 14 incesti *a* 15 ut] et *Nm2PRv, om. O* quia *Gm1* prouidere *Pm1* potuit *AGm1Mm1NPRa* potuisset *Mm2* poterat *O* 16 furore *A* 16 . 22 abesalon *GRm1* absalon *MNOa* 17 prosequeretur *O* 18 accensa *O* restrinxit *a* 19 peteret necem *O* 21 acitofel *GRm1* 22 tractabant] *add.* ergo *a* 24 aduersus *GPRa* detractabant *GMNm1Om1PRm1* 25 exercebatur *v*

aduertimus arma iusti, quibus omnes aduersariorum repellat im-
petus. alibi ait: circumierunt me et expugnauerunt 2
me gratis. pro eo ut me diligerent, detrahe-
bant mihi, ego autem orabam. hic ait, quod studium
ei non exercendae ad belli artes fuerit iuuentutis, non decipiendi ad-
uersantis astutia ulla cordis, ut illum uinceret quem uidebat, sed ad-
uersum eos proeliabatur quos non uidebat maiorque in eo pietas
quam uirtus corporis militabat. itaque in dei exercebatur iustifica-
tionibus, ut contrario ictu diabolum uulneraret. ille eum ab inten- 3
tione iustitiae et studio deuotionis occupationibus bellicis conabatur
abducere, hic magis se diuini operis et cultus meditationibus occupa-
bat. itaque dominus protexit eum, in quem sperauit, cum quo loque-
batur, cui toto adhaerebat affectu. iustus enim aut deo loquitur
orando aut diuina loquitur opera laudando et semper loquitur opera
dei, ne loquatur os suum opera hominum. nihil terrenum iustus lo-
quitur, nihil mortale agit.

47. Ideoque dicit: *etenim testimonia tua medi-
tatio mea est et consilia mea iustificatio tua.*
aduertis quid doceat, quod haec debeant esse consilia iusti, ut medi-
tetur mandata dei et exerceatur in dei laudibus et oraculis, ut iusti-
ficet dominum semper? qui facit quae deus mandat, quae deo credit
placere, deum iustificat. quod ex lectione euangelii possumus intel-
legere, dicente euangelista, quia Pharisaei spreuerunt consilium
dei, non baptizati baptismo Iohannis. hoc in uno libro, in alio autem 2
habes: non iustificauerunt deum, qui bapti-
zari noluerunt. ideo dominus ad Iohannem dicentem: ego
a te debeo baptizari, et tu uenis ad me? respon-
dit: sine modo; sic enim oportet nos implere

2*Ps. 108, 3—4 8 cf. Ps. 118, 23 12 cf. Ps. 17, 3. 143, 2 15 cf. Ps. 16, 4 17*Ps. 118, 24 23 cf. Luc. 7, 30 25*Luc. 7, 30 26*Matth. 3, 14—15

1 aduertamus *M* reppellat *G* impetus repellat *O* 2 dicit *O* circuierunt *MNOPa* 5 eius *M* exercendi *P* aduersantes *Rm1* 6 adstutia *G* 9 eum] enim *N* 11 meditatione *a* 12 dominus] dum *MNm1* dum hec agit *Nm2* 13 cum deo *av* 16 morale *APm1* ait *N* 18 mea est *om. A* consilium meum *O* 21 quae] quod *utroque loco O* credit deo *MRav* 23 euangelio *a* 24 habes autem *a* 25 qui *AMR* quia *cet. av, cf. tractat. 15, 30. 18, 30* 27 debeo a te *O* 28 implere nos *GP*

omnem iustitiam. qui ergo facit mandata dei, iustificat deum, quia facit eius iustitiam; et bonum est ut consilium dei sequantur hominum consilia, quia dei consilium certum semper, nostra autem plerumque incerta consilia ex rerum probantur euentu.

## IV.

## LITTERA DELETH.

1. 'Deleth' quarta littera secundum Hebraeos significat Latine 'timorem' uel, ut alibi inuenimus, 'natiuitatem'. sed utrumque potest congruere et conuenire sensui. natiuitas enim eorum est quae generantur in hoc saeculo, per quam intellegimus corporalia et materialia quae sunt caduca, et ideo a timore non distat; ex corporalibus enim et materialibus nascitur timor. quid enim est terrena natiuitas nisi timor?

2. Denique inde incipit uersus: *adhaesit pauimento anima mea; uiuifica me secundum uerbum tuum.* per pauimentum terram intellegimus, per terram materialia. peccatori autem dictum est: terra es et in terram ibis, eo quod diuinis mandatis inhaerendum non putauerit, sed in materialia et corporalia deflexerit, cui inpressa fuerit uitae huius saecu-
2 laris delectatio. denique eiectus de paradiso, hoc est ex illo sublimi et caelesti loco ad quem raptus est Paulus siue in corpore siue extra corpus nesciens, ex illo ergo eminenti loco deiectus in terram deplorat Adam dicens: adhaesit pauimento anima mea, sicut alibi ait: humiliata est in puluere anima mea
3 et adhaesit in terra uenter meus. paenitentiam

14. 23 Ps. 118, 25 17*Gen. 3, 19 21 cf. II Cor. 12, 3—4 24*Ps. 43, 26

2 fecit *GPR* 3 consilia hominum *O* 4 consilia plerumque incerta *O* ex] et *GMNPRT*, *om.* *O* euentus *G*, *add.* Explicit de tertia littera (litera III *T*). Incipit de (quarta de *Am1*) littera quarta (IIII littera *T*) *APRT*, *om. cet.* 7 Deleth (Deleht *Nm2* Daleth *av*) *post* Hebraeos *tr.* *MNav* 9 sensu *AOPm1v* eorum enim *M* est eorum *O* 11 a *om.* *GMm1NRm1T* ex] e *b* 12 est enim *M* 14 coepit *av* 18 non putauerit inherendum *O* 19 huius *om.* *O* saecularis *om.* *AR* 20 eicitur *G*, *add.* est *O* 21 ad quem] atque *Gm1* ad quae *Gm2* 22 ergo] enim *M* terra *G* deploret *v*

gerentis haec uox est, qui meminisset adhaerentem se deo nescisse nec potuisse discernere quod non discreuit et Paulus, utrum in corpore esset an extra corpus; ita infirmitatem pigritiamque corporis minime sentiebat cui domini adhaerebat praesentia. spiritus ergo propheticus, qui dolorem expressit, uel dominus, qui suscepit eius infirmitatem, personam repraesentat Adae eiusque adsumit adfectum.

3. Loquatur ergo Adam: adhaesit pauimento anima mea. qui ante beatissimus auram carpebat aetheriam, curas uitae huius et taedia nesciebat, is nunc sollicitudine mundi huius, luxuriae studio pecuniaeque cupiditate curuatus ut uulpis foueis se inserit latibulisque terrestribus. merito adhaerebat pulueri qui se leuare non poterat, nisi eum supra crucem suam Christus leuasset, merito adhaerebat pauimento qui se abscondebat a Christo. non adhaeret pauimento cui dicit Iesus: sequere me, non adhaeret pauimento qui audit et sequitur legem dicentem: post dominum deum tuum ambulabis et ipsi adhaerebis.

4. Quomodo ergo pauimento adhaereat unusquisque, quomodo deo, audi dicentem: qui adhaeret meretrici unum corpus est, qui autem adhaeret domino unus spiritus est. terra ista, quam gerimus, meretriciis quibusdam nos inlecebris capit et quasi uultus quosdam uoluptatum corporalium delectationum fucis inlinit, ut lateat in his ueritas et forensi quadam specie decipiant adpropinquantes. sed cum interiorem oculum mentis ad tempus obduxerint, postea tamen decusso uelut quodam puluere uoluptatum huiusmodi decore, quam sit inanis gratia saeculi huius aut corporis, facile deprehenditur.

2 cf. II Cor. 12, 3 8 cf. Uerg. Aen. 1, 388 et 546 14 Ioh. 1, 43 15*Deut. 6, 13 18*I Cor. 6, 16. 17

1 meminit *O* 4 qui *AR* praesentiae *ARm2* 5 *pr.* qui *om. AGMNOPa* 6 eiusque] et *av* assumit (adsumpsit *b*) eius *av* 8 aurum *Pm1* aethereaam *ORm2av* 9 mundi] uitae *MNT* luxoriae *Rm1* 10 curuatur *GNPT*, *add.* atque *Gm2Tm2a* ut *O cod. Monac. 2564, v; om. cet. a* uulpes *NO* uulpium *Ta* (uulpis *primus casus est*) 11 lauare *Pm1* 12 super *M* leuauisset *O* 13 adhaerit *Pm1* 19 autem *om. AR* deo *AMNOav, cf. tractat. 11. cap. 4* 20 meretricis *Mv* 22 sucis *O* ueritas] uel feditas *s. l. Mm2* 24 obduxerunt *Gv* abduxerint *a* 25 huius mundi *O* dedecore *M* decora *NPm1T* gratia] gloria *O*

5. Bonum est igitur adhaerere domino nec inflexam ceruicem habere ad iugum mundi. ideoque ecclesiae uel forti animae dicit Sapientia: *sicut turris Dauid ceruix tua, quae aedificata est in Thalpioth. mille ostia pendent in ea et omnia iacula potentium.* erecta enim ad deum ceruix et iugo Christi habilis, quae nulla in terrarum inlecebras inflexione curuetur, sicut Christi regalis est turris, cui iugum suum Na-
2 buchodonosor non possit inponere. condidit enim turrem illam Dauid ille manu fortis et supra murorum aedificauit excelsa, ut subsidio pariter et decori sit, subsidio, quia hostem praeuidet et repellit, decori, quia non solum inter humilia, sed etiam inter excelsa supereminet; ita tamen subsidio uel decori, si habeat in se uerbi dogmata uelut quaedam falerum monilia, habeat etiam iacula potentium prophetarum, quae aduersus omnem extollentem se altitudinem lacertis quibusdam fidei diriguntur.

6. Noli igitur in puluerem mortis deducere animam tuam, cui dominus etiam naturalem altitudinem tribuit et uigorem, quo se excitet et adsurgat. unde etiam de hac coniunctione animae et corporis dictum oportune accipitur, eo quod in naturali uitae nostrae mysterio conexa anima corpori uelut humi reptet et pauimento adhaereat partim propter hoc terrenum habitaculum, partim quia corpus istud e terra est. et regionis igitur diuersorium et materia ipsa corporis nostri huic concurrit sententiae. ideoque pulchre apostolus de mortis huius corpore liberari cupit, quia carcere quodam claudimur et in quodam luxuriae gurgustio siti tenebris inuoluimur delictorum.

7. Ergo secundum uoluntatem dei ambulemus, ut adhaerere dicamur deo. nam qui secundum corporis adpetentiam uiuit, caro

1 cf. Ps. 72, 28 3*Cant. 4, 4 7 cf. Hier. 35 (28), 11 14 cf. II Cor. 10, 5 16 cf. Ps. 21, 16 24 cf. Rom. 7, 24

1 donum *GMmgR* igitur est *O* ergo *M* deo *Oa* 4 tha(ta-)lpio *codd. a* ostia] scuta *cod. Monac. 2564 b* 6 in *om. MN* terrenarum *MO* terras *v* inlecebrarum *M(v)* inlecebris *R* 7 curuatur *AR* 8 turrim *GNTav* 9 muros *MNPT* excelsa] ecclesia *MNT* pariter subsidio *O* 10 expellit *O* 13 falerarum *OPm2(v)* phalerum *a* si habeat *O* 16 puluere *AMNOPR* 19 opportunae *R* 22 e *om. Am1* et] e *AR* regione *Rm2* materialia *Nm1* 23 pulcre *M* 24 clauditur *GOPR* 25 luxoriae *Rm1* seti *N* 27 ambulemur *O* 28 discamus *Tm2a* deo dicamur *MN*

est, qui secundum praecepta dei, spiritus est. non ergo fiat anima nostra caro, hoc est, ut dicamur caro sicut et illi, qui in diluuio perierunt, de quibus dictum est: quia caro sunt, sed magis caro nostra oboediens animae gubernaculo fiat anima et hoc appellari mereatur nomine, sicut appellata est familia patriarchae Iacob et generationis eius sancta posteritas. sic enim scriptum est: hi filii 2 Ballae, quam dedit Laban Rachel filiae suae, et peperit hos Iacob: omnes animae septem, et alibi: omnes autem animae quae intrauerunt in Aegyptum, qui exierunt de femoribus illius, praeter mulieres sexaginta, inquit, et sex. et in principio Exodi legimus: erant autem omnes animae de Iacob quinque et septuaginta, qui erant cum Iacob. ergo illi, qui habitabant cum Ioseph, et de Aegypto exierunt et animae sunt.

8. Qui autem, cum essent angeli dei, hoc est uitae probitate angelorum imitantes gratiam — qui enim non ducunt uxores et quae non nubunt erunt sicut angeli in caelo —, qui ergo, cum angeli uiderentur, capti sunt decore femineo, hi caro sunt, sicut dominus deus dixit: non permanebit spiritus meus in hominibus istis in aeternum, propter quod caro sunt. et merito expertes libidinis angelis conparantur, caro non 2 sunt, quia non sunt in carne sed in spiritu, quales erant illi qui doctorem apostolum sequebantur, quibus ait: uos autem non estis in carne sed in spiritu. qui autem corporea feminarum capiuntur libidine, caro sunt, atque utinam caro tantum et non etiam equi adhinnientes, quia in uxorem, inquit, proximi sui adhinniebant.

3*Gen. 6, 3 6*Gen. 46, 25 9*Gen. 46, 26 12*Ex. 1, 5 17 cf. Matth. 22, 30 18 cf. Gen. 6, 2 20*Gen. 6, 3 24*Rom. 8, 9 27*Hier. 5, 8

2 *alt.* caro *om. AR* 4 gubernaculum *a* animae *Pm1a* 6 hii *APR* 7 ballae *R* balae *cet. a* Bala *v* 8 hos] haec *AGPm2Rm1a* hoc *Pm1* Iacob] in *O* omnes *om. v* animae *scripsi* animas *codd. av* 9 intrauerunt] *add.* cum Iacob *v* 10 qui] quae *MNOav* 11 inquit, sexaginta *b* inquid *Pm1* 14 et *AOav, om. cet.* 15 et] LXX[ta] *O cod. Monac. 2564, om. av* 19 dixit (dicit *O*) dominus deus *MNO* 22 et merito — *p. 74, 17* mentis intentio *desunt in A* 23 quales — 25 spiritu *om. Mm1N* 27 inquit in uxorem *O* inquid *GN* 28 adhinnibant *Om2*

9. Rogat ergo, qui deiectionem animae suae sentit ad pauimentum usque curuatae, ut uiuificetur secundum uerbum dei, quod animas ad se trahit quascumque miseratione sui leuare cupiens abducit a terris. uiuificatur autem anima, quae uias ambulat Christi, peccato mortua deo uiuens, ita ut mors peccati dominatum in ea posthaec habere non possit, posteaquam consepulta cum Christo iustificata est a peccato. sed qui iustificari cupit, uias suas ante pronuntiet.

10. Ideoque secundo uersu ait: *uias meas pronuntiaui, et exaudisti me; doce me iustificationes tuas*. pulchro ordine ad iustificationes dei perueniendum putat, ut primum sua peccata fateatur. sic enim docemur et alibi: dic iniquitates tuas, ut iustificeris. itaque scire debemus, quid sit uias suas ambulare hominem et uias dei. qui facit uoluntates carnis et uiuit secundum concupiscentiam mundi huius, uias suas ambulat, quibus delectatur et gaudet; qui autem uenit uoluntatem facere patris sui qui in caelis est, cuius cibus est ut mandatum dei conpleat, qui non quaerit quod sibi uoluptati sit, sed quod placeat deo, ille uiam domini pergit, illam uiam, quae ait: ego sum uia
2 et ueritas et uita. uides ergo, quia ille uiuit secundum uerbum dei, qui uiam ambulat Christi. ipse etiam dominus deus in Deuteronomio docet, quomodo in uiis suis ambules, dicens: et nunc, Israel, quid dominus deus petit a te, nisi ut timeas dominum deum tuum et ambules in uiis eius et diligas eum et seruias domino deo tuo ex toto corde tuo et ex tota anima tua, custodias mandata eius et iustitias eius? liquet igitur alias uias esse carnis, alias dei, et si quis uelit ambulare uias dei, ei prius esse uias carnis et corporis et saecularis sapientiae deserendas.

4—7 cf. Rom. 6, 2—14 9*Ps. 118, 26 12*Esai. 43, 26 14 cf. Eph. 2, 3 16 cf. Matth. 7, 21 17 cf. Ioh. 4, 34 19 Ioh. 14, 6 22*Deut. 10, 12—13

*def. A* 3 et miseratione *av* liberare *Ga* cupiens liberare *O* 5 deo *om. Rm1* eam *Om1* 6 habere posthaec *OR* 9 dicit *O* enuntiaui *M* 11 pulcro *M* 13 debemus scire *O* 14 suas *om. MN* uoluptates *P* 15 concupiscentias *O* huius] *add.* hic *O* 16 facere uoluntatem *O* 17 cuius] cui *a* 18 sibi] suae *Mm2, om. a* uoluptatis *GMm1NPa* uoluntatis *Mm2OR* 20 *pr.* et *om. MNPav* quia] qui *Nm1* quomodo *Nm2* 22 tuis *MN* 23 israhel *PR* 27 ut custodias *O* et (*s. l.*) custodias *R* 28 esse carnis uias *O* *alt.* dei] *add.* sciat *MRv*

11. Relinquens itaque eas Dauid pronuntiat et apud deum non tacet; confitetur errores, non negat lapsus. simile illi hoc dixit: adnuntiabo aduersus me iniquitatem meam domino. si enim se accusauerit iustus, uocem parati accusatoris exclusit, qui solet coacerbare peccata et uniuscuiusque exaggerare flagitia. obstruit ergo os eius, qui ipse de se fuerit ante confessus, et praestruit ueniam confitentis uerecundia. excusat reum pudor suus, accusat auctorem; qui enim sua delicta non tacuit, uidetur in se doluisse quod fecit, in diabolo prodidisse quod suasit. ideoque ait scriptura: iustus in exordio sermonis accusator est sui. qui se accusat, etsi peccator sit, iustus esse incipit, quia 2
nec sibi parcit et dei iustitias confitetur, quem putat latere nihil posse. utinam Adam se prius accusare quam celare uoluisset! sed non satis est ut confiteamur errorem, uerum etiam, si corrigi uolumus, a domino postulemus, ut doceat nos iustificationes suas, ne postea errare possimus. a domino igitur doceri petit, quia unus est magister noster, ut ait Christus, nec otiose hoc petit; non enim ille beatus quem docet homo, sed quem tu erudieris, domine.

12. Ubique meminit sui nec putat satis esse, ut doceat eum iustificationes suas dominus deus noster, sed addidit: *uiam iustificationum tuarum insinua mihi, et exercebor in mirabilibus tuis.* uide ordinem. prius est ut discamus domini iustificationes, deinde ut gradus quosdam iustificationum et ordinem nouerimus, quid prius, quid consequens esse debeat. nam scire quid facias et ordinem nescire faciendi non est per- 3
fectae cognitionis; offendunt plerumque praepostera. denique iustus est, qui se in exordio sermonis accusat, iniustus autem, qui quod prius negauerat confitetur; ille uerecundiae inuenit gratiam, hic notam incurrit inpudentiae. ita ordinis ignorantia conturbat nego-

3*Ps. 31, 5 10*Prou. 18, 17 13 cf. Gen. 3, 8 16 cf. Matth. 23, 8 18 Ps. 93, 12 20*Ps. 118, 27 27 cf. Prou. 18, 17

*def.* A 1 eas itaque *OR* dominum *MN* 2 negat] tacet *v* dixit hoc *O* 3 aduersum *MNv* iniustitiam *Mm1* 5 excludit *a* coacerbare *scripsi* coaceruare *MNOPRT* acerbare *Gm1v* aceruare *Gm2a* exaggregare *a* 6 fuerat *Rm2* 7 perstruit *GOPR* in uerecundia *O* 8 suum actorem accusat *O* 9 deleuisse *MNT* 10 primordio *Mm1* 11 sit] est *Gav*, *add.* est iustus *R* 12 patet *Pm1* 15 iustificationes suas doceat nos *O* 17 uester *N* beatus ille *OR* 20 addidit] *add.* tertio *MNT* 21 iusticiarum *a* 26 plerumque offendunt *MN* 29 inpudicitiae *O*

tiorum naturam formamque meritorum. ille autem, qui didicerit primo mysteria dei, deinde ordinem mysteriorum, exercetur in mirabilibus dei.

13. Graecus *ἀδολεσχήσω* posuit, quod dicit Latinus h a l u c i n a b o r. in quo uidetur esse aliqua sermonis offensio secundum uulgarem consuetudinem, quia *ἀδολεσχῆσαι* uulgo aestimatur uel halucinari uel plus quam oportet aliquid loqui et superfluum uideri, quod audienti fastidio est; et uidetur esse praeter ordinem, cum ordo rerum uideatur adferre fastidium, ut si causam uelis enarrare aliquam et ordinem serues, auditor autem ad rerum festinet exitum, superiora fastidit. sed non potest plene instrui nisi qui ordine sui cuncta cognouerit; inde non solum factum deprehenditur, sed etiam facti pondus et
2 facientis affectus. ideoque Dauid quasi bonus sui iudex atque arbiter prope usque ad fastidium uult doceri et uel superfluo inmorari tempore quam necessarium ordinem praeterire. *ἀδολεσχία* enim uel halucinatio uidetur longa quaedam esse meditatio uel morosa quaedam mentis intentio; a quo non longe abest exercitium uel animi uel corporis. nam ut ille, qui exercet membra sua palaestra, diutius exercet, ut roboret, ita qui exercet mentem suam in scripturis diuinis uel in consiliis, diutius exercere debet.

14. E x i u i t i n c a m p u m I s a a c, Graecus dixit *ἀδολεσχῆσαι*, Latinus d e a m b u l a r e uel e x e r c e r e. Rebecca ueniebat — typus in ea praefigurabatur ecclesiae—, parabantur nuptiae, in quibus sacramentum foret magnum. uidens patriarcha ista mysteria exiuit in campum diffundens acrimoniam suae mentis et deambulans in innocentia cordis sui. diuersis utique cogitationibus exercebat animum et in mirabilibus mysteriis delectabatur. cuius ut imitator

4*Ps. 118, 27 21*Gen. 24, 63 25 cf. Ps. 100, 2

*def. A* 4 *ΑΔΟΛΗCΧΗCΑΙ* (*s. scr.* adolescesai) *et similia codd.* alucinabor *GMNPm2Rm2* adlucinabor *O* allucinabor *a* hallucinabor *v* 5 aliqua sermonis esse *O* 6 adlucinari *O* alucinari *cet.* allucinari *a* hallucinari *v* *alt.* uel] uelut *Gm2MN*, *om. a* 7 loqui aliquid *R* uidere *a* 10 non serues *Gm2MNTm2a* fastidiat *Tm2* 11 ordinem *R* 13 ideo *G* 15 *ΑΔΟΛΗCΧΗCΕΙΑ*, *ΑΔΟΛΗCΧΗCΑΙ et similia codd.* alucinatio *GMNRm2* adlucinatio *O* allucinatio *a* hallucinatio *v* 16 esse quaedam *O* uel] et *Gav* 17 a quo] *pergit A* 18 ut *OP*, *om. cet.* *pr.* exerceat *P* 19 suam *om. Av* diuinis scripturis *O* 21 adolesch(-c-)esae (-e) *codd.* 22 exerceri *av* 24 foret magnum sacramentum *O* illa *v* 25 effundens *MN* mentis suae *N*

euaderet sanctus propheta, doceri iustificationes dei et uiam iustitiarum caelestium cognoscere gestiebat, ut non dormiret anima eius saeculi istius somno nec mundanae captus uanitatis inlecebris a persequenda ueritatis intentione difflueret.

15. Qua ratione igitur doceri uelit, subtexuit dicens: *stillauit anima mea prae taedio. confirma me in uerbis tuis.* aliqui codices habent *dormitauit*, quia ἐνύσταξεν et ἔσταξεν duabus litteris dissonant. potuit interpres uel antiquarius scriptor hic falli: ἐνύσταξεν 'dormire' est, ἔσταξεν 'stillare'. perfectior non dormitat, qui diuinis animum intendit mysteriis — denique ipse alibi dicit: s i d e d e r o s o m n u m o c u l i s m e i s a u t p a l p e b r i s m e i s d o r m i t a t i o n e m —, sed uigilat semper et, si caro dormit, cor uigilat. non ergo dormiebat, qui templum 2 condere domino cogitabat uerborum caelestium exaedificatione, non lapidum. uerbum enim dei repulsorium taediorum est, quo somnus animae, sopor mentis excluditur; ex tristitia enim et sollicitudine saecularium somnus inrepit. qui autem adhaeret deo, curarum fugitans uoluptatem capit cognitionis aeternae, nullam illic mutationem rerum, sicut saecularium, pertimescens.

16. Qui facilioribus igitur laborum utuntur conpendiis, d o r m i t a u i t accipiunt; sed Origenes, qui multorum interpretationes diligenti discussit indagine, s t i l l a u i t secutus est, eo quod perfecti anima quasi bene conposita et confirmata non stillat, ut fastigia culminum, quae bene tecta atque munita sunt, ceterum inconposita cito stillant. inde usurpatum est: s t i l l i c i d i a e i c i u n t h o m i n e m i n d i e h i e m a l i d e d o m o s u a, in quo frigoris asperitate et frequenti aeris mutatione temptamur. denique docemur prouidere, ne fuga nostra fiat hieme aut sabbato; probatos enim iam nos dies debet repperire uel iudicii uel mortis, ne uiduatos uiri-

5*Ps. 118, 28   7 Ps. 118, 28   11*Ps. 131, 4   13 cf. Cant. 5, 2
21 Origenes Ps. 118, 28   25*Prou. 27, 15   28 cf. Matth. 24, 20

1 iustitiarum] iustificationum *MN*  2 caelitus *G* caelestibus *PR*  3 huius *O* somnum *Gav*  uanitatis] uoluptatis *O*  5 ergo *AMOav*  dicens] *add.* IIII *APR*  9 *νυστάζειν et στάζειν v*  perfectus *a*  11 aut] et *N*  14 domino condere *MO*  16 exprimitur *MNPm1T*  17 curas *a*  18 caput *AOP*  cogitationis *NT*  19 sicut *om. v*  20 dormitauit] *add.* non *N*  21 origenis *Mm1Pm1*  24 minuta *N* monita *Pm1*  26 hiemali in (*om. M*) die *MN*  qua *a*  28 praeuidere *MN* aut] uel *ANav, cf. tractat. 5. cap. 35*

ditatibus prosperorum et omni spoliatos secundorum flore successuum exitus mortis inueniat.

17. Caueamus ergo, ne unusquisque nostrum eiciatur de statu mentis suae et naturali quadam mansione, si habeat foramina mansionum, e quibus fluentia stillicidia tamquam ex fundamentis subruant hominem nulla sapientiae soliditate fundatum. ideoque ait propheta: *fili, ne defluas.* confirmanda est igitur anima nostra, ne stillet, et indiuidua uirtutum conpage solidanda, ut possit
2 regis aeterni seruare mysterium. ceterum is, quicumque est facilis in uerbis, uelut plenus rimarum hac atque illac effluens interiora euacuat sua et exterioribus passionibus inundatur, tegere se nesciens nec tenere uerbum quod acceperit, sicut sancta Maria, quae conseruabat omnia uerba in corde suo, ne quid ex eius corde deflueret.

18. Tali se munitam dote uirtutum ecclesia loquitur, ut digna uideatur in cuius inuitatus sponsus succedat hospitium; hinc primum se praesumit esse placituram, si bene tectam et fida seruantem silentia Christus aspiciat: *ecce es,* inquit, *formosus, consobrinus meus, et quidem pulcher; adclinatio nostra opaca, trabes domorum nostrarum*
2 *cedri, lacunaria nostra cypressi.* laudat sponsi decorem ecclesia, quem plus unusquisque tacito laudat affectu et fidus mysteriorum interpres tacendo plus praedicat; nam qui arcana diuulgat, inminuit Christi decorem. ideo nemo mittat margaritas suas porcis, ne conculcari faciat ornamenta pretiosa. non ergo in tabernaculo loquacis et garruli, quia in multiloquio peccatum admittitur, sed in uiri serii, qui sit parcus alloquii nec sermonis intemperans et uerborum sobrietate temulentiam loquacitatis euitans, caput suum Christus inclinat.

7*Prou. 3, 21 10 cf. Terent. Eun. 105 12 cf. Luc. 2, 51 16 *fida silentia* = Uerg. Aen. 3, 112 17*Cant. 1, 16—17 (15—16) 23 cf. Matth. 7, 6 25 cf. Prou. 10, 19

4 si] sed *MNPRTm1* sed et ne *Gm2Tm2* mansio *O cod. Monac.* 2564 5 e] ex *O* fluenta *Gm1R* 6 ideo *Mm2* 8 inuidia *N* 9 seruire *AR* mysterio *ARm2* 11 sua euacuat *O* tergere *N* 13 quod *Gm1a* ore *a* fluet *Gm1* flueret *MNPT* 14 munita *AR* monitam *P* 16 fide *P* fidam *a* 17 christo *Mm2N* inquit es *M* inquid *N* 20 caedri *ARa* laqueria *G* laquearia *Mm1* cupressi *GNOav* 22 archana *GMNOPR* 23 mittit *NT* 25 in *om. GMNOPa* 26 alloquio *R* 28 christo *N* reclinat *a*

19. Et merito opacam significat adclinationem, quia in ecclesia constitutos uirtus obumbrat altissimi. hac umbra Dauid protegi se postulabat, ne eum per diem sol ureret uel luna per noctem; hanc umbram spiritalis ministrat gratia torrida saeculi huius et mundi aestiua fugientibus. opaca igitur adclinatio Christi et ecclesiae, quibus dei patris aeterna illa requies adspirat. in hac ergo requiescamus 2
umbra peccatorum nostrorum aestibus fatigati. si quos adussit libido, his domini crux refrigeret, in qua se reclinauit, ut nostra delicta susciperet; si quos culpa lassauit, hos Iesus gremio suscipiat et molli foueat amplexu. unde audeo dicere, quod caro Christi adclinatio sit ecclesiae.

20. Trabes domorum nostrarum cedri. cedri specie maiorum qui iusti fuerunt gloria declaratur: iustus ut palma florebit et sicut cedrus quae in Libano est multiplicabitur. sicut enim cedrus non putrescit, ita nec maiorum gloria ulla uetustate corrumpitur.

21. Lacunaria nostra cypressi. genus hoc arboris numquam amittit uiriditatem suam; hieme perusta atque aestate comam pascit nec diuerso colore mutatur. solam hanc arborem uentus suo numquam honore despoliat, sola numquam ueteri exuitur amictu aut nouo flore uestitur. sic apostolica quoque gratia nescit defectum et uenustate sui floret. anima ergo corrumpi nescit, quae florentibus 2
membris uiget, semper iustitiae ceterarumque uirtutum culmina patienti magnanimitate sustentat et ideo non defluit neque deficit, quia nihil in ea rimosum est ac remissum, nihil mobile, nihil lubricum, nihil quod uitio sermonis ex ea possit effundi. ideoque confirmari se petit in uerbis [suis] propheta, ne moueantur pedes eius, ne effun-

2 cf. Luc. 1, 35 3 cf. Ps. 120, 6 9 cf. Uerg. Aen. 8, 388 12. 17 *Cant. 1, 17 (16) 13 *Ps. 91, 13 26 cf. Ps. 118, 28 27 cf. Ps. 72, 2

1 ac declinationem *Am1* 2 se *om.* *MNOPRT* 3 uel] neque *O* 4 umbram *om.* *O* huius saeculi *P* 5 ecclesiae] *add.* sunt *a* 6 aeternae *R* 8 his] hos *AGMm2Rm2av* reclinauit se *O* 9 lassauerit *a* suo suscipiat *O* suscipiat suo *av* 10 caro Christi] christus *Mm2NP* 13 fuerint *GMm2O* iustus] *add.* enim *Oav* 15 putrescet *a* 17 laquearia *GMm2* cupressi *GOav* 18 perusta] iuxta uere (uer *a*) *av*, *om.* *G* aestatem *a* 19 pascit *GOav* parit *cet.* 20 dispoliat *AGMm1NOPm1Rm1T* 22 et] sed *GMav* uetustate *MPRv* 23 membris] meritis *Ov* uigens *MNPv* 24 pacientiae *O* 26 se *om.* *MNOPRT* 27 suis *deleui, cf. p. 78, 4*

dantur gressus eius. quae, si quis recto uigeat corde, non patitur, sed radicatus atque fundatus aduersus omnes passionum fluctus inmobilis perseuerat.

22. Confirmatus igitur in uerbis ait: *uiam iniquitatis amoue a me et lege tua miserere mei*. non dixit: 'amoue me a uia iniquitatis', sed: uiam iniquitatis amoue a me, quasi in nobis sit et nobis inesse uideatur. quamdiu enim exercemus aliquid inprobum, uia iniquitatis interius manet et non recedit a nobis; ideoque studiose agamus, ut eam a nobis separemus.
2 sed quia hereditarium iniquitatis glutinum mentibus inhaesit humanis, opus est liberantis auxilio. precare et tu, dicito: 'infelix ego homo, quis amouebit a me iniquitatis uiam? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.' et pulchre uiam dixit iniquitatis, non iniquitatem, eo quod non quasi naturalis iniquitas sit in nobis, sed maiorum post peccata currentium sit adtrita uestigiis.

23. Meritoque, quia uulnus grande ac uetus est, diu serpens, perfectioris medicinae remedia deposcit obsecrans, ut domini legitima miseratione curetur. cito enim refricatur uulnus quod sanatum medicinae lege non fuerit, immo etiam seriorem curatio sentit profectum. ideoque si uirus in interiora proserpit, medicamenta foris adposita non sentit. exigit ergo medicinae ratio, ut aut sectione aut
2 adustione curetur. nisi enim putrefacta recidantur aut umor inutilis decoquatur, frustra medicinae manus adhibentur ad uulnera. ideoque bonus medicus huiusmodi aegrum legitime dicit esse curandum, ut possit medicina proficere. lege ergo miseretur, qui cum iustitia sapientiaque miseretur, ut ea dimittat quae scit iure posse dimitti, ne, cum alterius miseretur, se ipsum legi faciat obnoxium. Agag postquam miserationi donatus est, fecit peccare Saul; peccauit enim in ipsa misericordia et ideo peccauit post misericordiam.

4*Ps. 118, 29 6 Ps. 118, 29 11 Rom. 7, 24. 25 28 cf. I Reg. 15, 8 sqq.

1 uigeat recto *O* uigere *APR* uiget *MNT* 2 adque *G* 4 ait] *add.* V *A* 7 in nobis esse *M* 8 interius] in nos *N* 11 auxilium precari *GO* tu] *add.* et *Av* 14 dixit uiam *MN* iniqiuitatis dixit *O* 15 currentia *PR* 16 trita *MNT* 17 ac uetus] acutus *O* est et *av* 18 perfectius *N* 19 enim *om.* *N* 20 seriore curatione *O* curato *Rm1* 21 uirus si *M* serpit *O* 23 ustione *O* humor *GMNOPm2Rm2* 24 dequoquatur *Am1GP* decoquitur *Om1* medicinae] medici *O* 28 lege *Rm1* legis *MNP* 29 miserationi *AOm2Pm1R* miseratione *cet.av* datus *O*

24. Consideremus etiam, ne et ipsum deteriorem faciamus, cuius miseremur iniuste; plerumque enim non cohercere delinquentes maioris austeritatis est quam si ulciscaris. traduntur enim in passiones ignominiae, quicumque aliquid inhonestum commiserint, nullumque culpae pretium ferunt. denique eos, qui cognitorem deum suorum scelerum non putabant et quasi sine iudice et sine lege uiuebant, tradidit, inquit, illos deus in reprobum sensum, quia elegerunt uiam iniquitatis, uiam autem ueritatis eligere noluerunt.

25. Sed propheta, qui sincero conuerti uoluit affectu, *uiam*, inquit, *ueritatis elegi; iudicia tua non sum oblitus.* non potest hoc dicere qui errat in dogmate, non potest Arrianus dicere, non potest Sabellianus, non Manicheus; non potest dicere auarus, qui saecularia et materialia concupiscit, non potest dicere qui negotiatur; non est enim uia ueritatis habendi studium, cupiditas possidendi. quomodo uia ueritatis, cum ille diues in saeculo nequeat secum suas transferre diuitias et incipiat mendico illo Lazaro egentior esse post mortem? non est uia ueritatis honor saeculi, sollicitudo mundi. denique, qui uiam ueritatis elegit, paulo post dicit: auerte oculos meos, ne uideant uanitates. uanitas temporalium est, ueritas aeternorum. si uolumus igitur ambulare uiam ueritatis, peregrinemur saeculo magis quam deo et ambulemus per fidem. qui enim per fidem ambulat deo praesens est, qui ambulat per speciem adest saeculo, peregrinatur a domino; sed hic cito confunditur.

26. Unde refugus ab huiusmodi uiro dicit Dauid: *adhaesi testimoniis tuis, domine, ne confundas me.* ad-

3 cf. Rom. 1, 26 7 Rom. 1, 28 10 Ps. 118, 30 16 cf. Luc. 16, 19 sqq. 19*Ps. 118, 37 22 cf. II Cor. 5, 6—7 26*Ps. 118, 31

2 miseretur *Rm1* iniuste miseremur (-tur *N*) *MN* 3 auctoritatis *AGm1OPRaμ* ulciscare *O* 4 qui cum *a* commiserunt *AOPv* nullum *a* 5 conditorem *P* 7 illos inquit (inquid *M*) *MNPav* illos deus inquit *G* 8 elegere *Pm1Rm1* 10 uoluit sincero conuerti *O* 11 inquid *M* 12 in] *add.* uano *a* Arianus *v* 13 sabellus *O* auarus dicere *O* 14 *post* qui *eras.* in *A* 16 uiam *Pm1N*, *add.* est *AMm2* 17 suas secum *O* illi *Am2* 19 quia *Mm2* 20 uanitatem *av* 21 uiam ueritatis ambulare *O* 23 *alt.* qui] *add.* autem *a* 24 domino] deo *MN* 26 adhaesit *M* 27 tuis *om.* *NRm1* adhaeret *Gav*

haesit testimoniis domini qui eius mandata non respuit, iudicia non
obliuiscitur nec uoluptatibus indulget suis. qui adhaeret domini
testimoniis, renuntiat mundo, posteriora obliuiscitur, ad priora con-
tendit, ut perueniat ad brauium, quod est insigne uictoriae. non
ergo confunditur quem mundi huius inlecebrosa non ceperint, non
confunditur, etiamsi erubescenda commiserit, qui ueniam delictorum
2 poscit a Christo. ideoque respondetur ei: dimissa sunt tibi
peccata tua. uade in pace. sed ita non confunditur, si
fuerit in eo operata peccatorum remissio, ut non solum peccata, sed
etiam peccandi affectum auferat. iustitia remittat iniquitates, for-
titudo timorem, temperantia impuritates, ut non solum temporalis,
sed etiam perpetua fiat remissio peccatorum. intret in animam tuam
Christus, inhabitet in tuis Iesus mentibus, ut in tabernaculo uirtutis
peccato locus esse non possit.

27. *Uiam*, inquit, *mandatorum tuorum cucurri,*
*cum dilatasti cor meum;* neque enim poterat uiam cur-
rere, si cor eius coartaretur angustiis. denique currentibus uiam
domini ait apostolus: dilatamini et uos et nolite iu-
gum ducere cum infidelibus et de se ait: os no-
strum patet ad uos, o Corinthii, cor nostrum
dilatatum est. ideo et de Salomone dicitur: latitudo
cordis eius sicut harena maris. et uide distantiam:
uia sit angustior, cor latius, ut patris et filii et spiritus sancti susti-
neat mansionem, ne ueniat uerbum dei et pulset et uidens cordis
2 eius angustias dedignetur habitare. denique sapientia in
exitu canitur, in plateis autem cum fiducia
agit. plateae latae sunt; non igitur in uiis, sed in cordis latitudine
sapientia decantatur. in hoc igitur campo interioris hominis, non in

3 cf. Phil. 3, 13—14 7*Luc. 7, 48. 50 15 Ps. 118, 32 18 II Cor. 6, 13—14
19 II Cor. 6, 11 21*III Reg. 4, 25 (29) 25*Prou. 1, 20

2 indulgit *Pm1Rm1* suis indulget *O* testimoniis domini *MN* 3 poste-
riora] superiora *Gm1a* 6 poscit a christo delictorum *O* 7 a christo poscit *MN*
10 remittit *Mm1a* 11 impuritatem *a* 12 in perpetua *Rm1* 13 mentibus
Iesus *v* 14 locos *Gm1* lucus *Rm1* 16 dilataris *a* dilatares *v* 21 de
Salomone] salomoni *O* 22 arena *AGNR* 23 ut uia *O* 24 domini *R*
26 canit *a* 27 agitur *AOR* 28 decantat *a*

angustiis mentis currendum nobis est, ut conprehendamus; scriptum est enim: *sic currite, ut omnes conprehendatis.* denique conprehendit, qui ita cucurrit, ut diceret: *cursum consummaui;* cucurrit enim ut bonus equus.

28. Siquidem habet equos suos Christus, de quibus dicit propheta: *inmisisti in mare equos tuos turbantes aquas multas,* eo quod gentium populos, qui mouentur ut aquae multae et excitantur ut fluctus aquarum, euangelizando commouerint apostoli, ut adsurgentes a terrenis idolorum caeremoniis in Christum crederent. et supra ait: *ascendisti in equos*
*tuos, equitatus tuus sanitas.* o bonorum equorum 2
duodecaiugum mirabile, quibus frena pacis, habenae sunt caritatis! constricti inter se concordiae uinculis et iugo fidei subiecti, quattuor rotis euangelii mysterium totius orbis finibus inuehentes, bonum aurigam portantes dei uerbum, cuius flagello fugatae sunt inlecebrae saeculares, exterminatus mundi istius princeps, iustorum cursus
impletus est. o rationabilium equorum grande certamen, o miran- 3
dum mysterium! rota intra rotam currebat et non inpediebatur, nouum testamentum in ueteri testamento; intra illud currebat per quod adnuntiabatur. in quattuor partes ibant rotae et non reuertebantur retrorsum, quia spiritus uitae erat in his qui currebant in quattuor partes totius mundi, et sine offensione currebant, quia bona uita equorum quadrabat. currebant igitur equi, quia non dormiebat qui ascenderat equos.

29. Animarum igitur nostrarum auriga Iesus, qui nos quoque uult ascendere equos nostros, hoc est nostra corpora, sed uigilare semper, ne dicatur nobis: *dormitauerunt qui ascenderunt equos.* transeundum est hoc mare inpigre. uix transitur

2*I Cor. 9, 24 3 II Tim. 4, 7 6*Hab. 3, 15 10*Hab. 3, 8 21 cf. Rom. 8, 2 27 Ps. 75, 7

1 est nobis *M* 3 cucurrit ita *O* 5 suos *om.* *O* 6 mare *GTa* mari *cet.* *v* 8 aquarum] *add.* multarum *av* commouerunt *N* 9 surgentes *NO* cerimoniis *GNOPRm2* 10 ascendi *Mv* 13 constricti] *add.* sunt *Av* se *om.* *M* 14 bonam *Ga* 16 istius mundi *M* 17 admirandum *T* 19 testamento] *add.* erat *AOav* 20 conuertebantur *a* 21 iis *Gv* heis (he *in ras.*) *M* currebat *MNPm1Rm1T* 22 totius mundi partes *O* 23 equorum uita *MNa* 24 ascenderet *A* 26 corpora nostra *O* uigilare] *add.* debemus *O* 28 hoc *om.* *O*

a uigilantibus; si quis autem dormierit, transire non poterit, sed demergetur ut Aegyptius, cuius et anima et corpus interiit; equum enim et ascensorem proiecit in mare, qui non sequebantur legem, sed persequebantur.

V.

## LITTERA HE.

1. Sequitur quinta littera 'He', quae significat Latine 'est' uel, ut alibi inuenimus, 'uiuo'. conuenit sibi utraque interpretatio; qui enim est, uiuit et qui uiuit, est. denique gentiles non sunt et ideo non uiuunt, sed mortui sunt. Iesus autem heri et hodie ipse est et in saecula, et qui est, uiuit; uiuo enim ego, dicit dominus. quomodo enim potest non esse qui uiuit? uiuit autem Iesus, qui etiam mortuos uiuificat et uocat quae non sunt tamquam quae sint.
2 nihil mirum, si domino cedit natura, ut uiuificentur et mortui et incipiant esse quae non erant. et ideo, quia uia etiam uita est secundum illum, qui ait: ego sum uia, ueritas et uita, uiam quaeramus, ut uitam habere mereamur. audiamus ergo illum qui uiuit in Christo; uiuit autem, qui ait: sed nos qui uiuimus benedicimus te, domine; in Christo enim Iesu etiam quicumque mortuus fuerit uiuit.

2. Audiamus, inquam, quid dixit, ut uiueret: *Legem mihi constitue, domine, uiam iustitiarum tuarum, et quaeram illam semper.* miles qui ingreditur iter uiandi

2*Ex. 15, 1 10*Hebr. 13, 8 11 Ezech. 33, 11 13*Rom. 4, 17 17*Ioh. 14, 6 19*Ps. 113, 26 (18) 22*Ps. 118, 33

2 demergetur *O cod. Monac. 2564* de (di-*MN*) mergitur *cet. av* 3 in mare proiecit *O* 4 persequebantur] *add.* Explicit de littera quarta (litera IIII *T*) *PT*, *om. cet.* Incipit de V littera *T*, *om. cet.* 7 littera He] littere *A* He] E*PR* Latine significat *av* 8 uiuit *Ga* uiuo (uo *in ras. m2*) *M* 10 sed] quia *M* 11 *pr.* est *om. O* qui est] *add.* et *MNT* ego enim *O* 12 dominus] *add.* deus *AOPRv* enim *om. P* 14 uocat] *add.* ea *MNOv* tamquam] *add.* ea *GMm2Oav* sint] sunt *GMNm2Rm2av*, *cf. Explan. ps. 43, cap. 44* 16 quae *AOR* qui *cet. av*, *cf. Explan. ps. 36, cap. 78* est *om. O* 17 qui] quod *O* *post* uia *add.* et *Am1* (*del.*) *O* 21 uiuet *O* 22 qui *GMm1OPRm1a* dixerit *Aμ* 23 domine *om. P* iustificationum *NOv*

ordinem non ipse disponit sibi nec pro suo arbitrio uiam carpit nec
uoluptaria captat conpendia, ne recedat a signis, sed itinerarium ab
imperatore accipit et custodit illud, praescripto incedit ordine, cum
armis suis ambulat rectaque uia conficit iter, ut inueniat commea-
tuum parata subsidia. si alio ambulauerit itinere, annonam non acci- 2
pit, mansionem paratam non inuenit, quia imperator his iubet haec
praeparari omnia qui secuntur nec dextra nec sinistra a praescripto
itinere declinant. meritoque non deficit qui imperatorem sequitur
suum; moderate enim ambulat, quia imperator non quod sibi utile,
sed quod omnibus possibile considerat. ideo et statiuas ordinat; 3
triduo ambulat exercitus, quarto requiescit die. eliguntur ciuitates,
in quibus triduum, quatriduum et plures interponantur dies, si aquis
abundant, commerciis frequentantur. et ita sine labore conficitur
iter, donec ad eam urbem perueniatur quae quasi regalis eligitur, in
qua fessis exercitibus requies ministretur.

3. Hanc legem uiandi esse praescriptam Christo ducente sanctis
commeantibus, recognoscas uelim. profecti sunt enim et patres nostri
de terra Aegypti per longa spatia terrarum; quorum statiuae omnes
mansionesque descriptae sunt, donec Cades, id est ad sanctam ter-
ram, perueniretur. istae sunt statiuae filiorum Israel, quas descripsit
Moyses ex praecepto domini. aduertimus ergo quis has ordinauerit
mansiones, quomodo ambulare oporteret filios Israel. praeibat enim 2
illos deus per diem in columna nubis, ut refrigeraret uiantibus, noctu
autem in columna ignis, ut uiam ostenderet ambulantibus et tene-
bras dimoueret. lex uiarum columna erat et ignis et nubis; denique
in columna nubis loquebatur ad eos. ubi uolebat exercitum requie-
scere a labore itineris, non mouebatur columna ignis nec transibat
nebula lucis; quando autem uolebat exercitum mouere, prouehe-
batur et columna ignis in nocte, columna autem nubis in die. illa 3
columna nubis specie quidem praecedebat filios Israel, mysterio

18 cf. Num. 33  23 cf. Ex. 13, 21  26 cf. Ex. 33, 9

1 *alt.* ne *Mm1T* 2 uoluntaria *MNOT* uoluptuaria *v* captat] carpat *Nm1T* carpit *Nm2* 3 accepit *APm1Rm1* illum *A* 4 commeatum *AOm1Pm1* commeantum *MNT* commeantium *a* 5 parata] *add.* sibi *a* ambulat *O* accepit *APm1* 6 iis *v* 7 sequuntur *av* dextera *Gv* 10 omnibus] *add.* sit *Mm2* statuas *Mm1N* 12 quadriduum *Pm1* interponuntur *MN* aquis] aliquis *ARm1* quis *Gm1* aliqui *Rm2* 17 et *om.* *O* 19 chades *AOR* 22 oporteret ambulare *O* 25 demoueret *AR* 29 illa] *add.* autem *av*

autem significabat dominum Iesum in nube uenturum leui, sicut dixit Esaias, hoc est in uirgine Maria, quae nubes erat secundum hereditatem Euae, leuis erat secundum uirginitatis integritatem; leuis erat quae non homini quaerebat placere, sed domino, leuis erat quae non in iniquitate conceperat, sed spiritu superueniente generabat nec in delicto, sed cum gratia parturibat.

4. Aliter quoque hanc interpretationem sumere licet. uenit in nube leui Christus in Aegyptum, hoc est: uenit in susceptione corporis in hoc saeculum; in nube uenit quem nebula corporis obumbrabat, sed leuis erat caro quam nulla sua grauabant delicta. quomodo enim peccatis grauaretur suis, qui auferebat omnium peccata populorum? e c c e, inquit, a g n u s d e i, e c c e q u i t o l l i t p e c c a t u m m u n d i. ante hesternum lectum est, quia stabat Iesus et habebat uestimenta sordida; mea enim peccata portabat.
2 sumpsit uestimenta nostra, ut nos splendore inmortalitatis indueret. uenit in nube leui quasi iustitia — iniquitas enim in talento plumbeo sedet — Christus in corda iustorum, in quibus peccata non erant. et ideo bene lectum est hodie: q u i d r e t r i b u a m d o m i n o p r o o m n i b u s q u a e r e t r i b u i t m i h i? pro nobis uerbum suscepit carnis infirmitatem, pro nobis esuriuit, uapulauit, crucifixus est, mortuus est, ut nobis, in quibus ante uita ignobilis et degener habebatur, inciperet mors esse pretiosa.

5. Sed reuertamur ad confectionem itineris et ordinem mansionum. et tu sequere spiritaliter hanc legem uiandi, ut exeas ex Aegypto, et inde promouens fige tabernaculum in Sochoth. haec prima tibi statio sit; Sochoth prima mansio significat 'tabernaculum'. fige ergo tabernaculum quod in te est mentisque tuae stationem con-
2 firma, ut radicatus atque fundatus maneas in fide Christi. sequitur

1. 8 cf. Esai. 19, 1 5 cf. Ps. 50, 7 cf. Luc. 1, 35 12 Ioh. 1, 29 13 cf. Zach. 3, 3 16 cf. Zach. 5, 7 18 Ps. 115, 3 (12) 22 cf. Ps. 115, 6 (15) 25 cf. Num. 33, 5 28 cf. Eph. 3, 17

1 dominum] *add.* nostrum *M* leue *AGPRm1* 2 nubis *Gm1Pm1* erat *om. MNPRT* 3 uirginis *GMNPa* leuis — domino *om. O* 5 in *om. AGa* 6 parturiebat *GMNOav* 12 inquid *Rm1*, *add.* iohannes *a* 13 peccatum *ex* peccata *Am1* peccata *O* 14 mea] in ea *APR* 17 sedit *Mm2N* corde *GMab* in—erant] quos peccata non onerant *b* 19 uerbo *GMm2* 20 infirmitatem carnis *MNO* 21 habebatur ignobilis et degener *O* 25 promoueas *GMNPRa* 25. 26 sochot *AMORTa* socoht *N* Socoth *v et alt. G* 25 in Sochoth *om. G* 26 tibi prima *MN* statio tibi *O* est significans *Gav* 27 ergo fige *O*

mansio in Myrra, hoc est in amaritudine; non omnes mansiones
aequales sunt. inde uentum est in Helim, ubi fontes duodecim et se-
ptuaginta arbores palmarum; post amaritudinem, ne populus de-
ficeret, debuerunt amoena et fecunda succedere. inde Rafidin, quod
est 'laudatio iudicii'. inde sequitur Sina, habens in se et populi tem-
ptationem et legis promulgationem. uariantur merita mansionum, 3
quia nullis iugis in hoc saeculo uiuendi potest esse successus. bonus
igitur imperator alibi manna esurienti populo ministrauit, alibi
potum de petra fluere, quo sitim populi restingueret, augusta pro-
uisione praecepit, alibi legem dedit, alibi triumphos donauit, ut his
beneficiis fotus exercitus nullum prolixi itineris sentiret laborem.

6. Itaque in illo populo typus fuit, in nobis ueritas. nos igitur com-
mittamus iter nostrum ductui domini Iesu, qui legem primo intro-
duxit et antea per Iesum terram repromissionis in possessionem po-
pulo suo dedit. sed etiam, quando Moyses uidebatur ductor esse,
aderat illi Iesus, aderat autem non palam nec aperte ductorem aut
principem populi sese gerens; expectabat enim, donec Moyses tem-
pus expleret suum, quo conpleto successit Iesus. itaque si consideres 2
scripturam dicentem: erunt dies eorum anni centum
uiginti, uidebis mysterium plenitudinis temporum et centum
uiginti annos, post quos et Moyses in monte requieuit et Iesus mani-
feste mansionum suscepit principatum, ut iam non sub legis timore
sit populus, sed resuscitatus a mortuis fructu uitae fruatur aeternae.
ambulemus igitur secundum legis doctrinam, uia nobis lex dei sit.

7. Hanc uiam ambulans ecclesia dicit: ego flos campi et lilium conuallium, sicut lilium in medio spinarum. in totam enim terram fides populi credentis exiuit et in spatioso posuit pedes suos Christus, et ideo pulchre ait florem se

1 cf. Num. 33, 8 cf. Ex. 15, 23 2 cf. Num. 33, 9 4 cf. Num. 33, 14 5 cf. Num. 33, 15 19*Gen. 6, 3 21 cf. Deut. 34, 5 25*Cant. 2, 1—2 27 cf. Rom. 10, 18 28 cf. Ps. 30, 9

1 mara *GMm2Nm2ORm2av (Πικρίαι LXX, Μερρά uel Μέρρα Ex. 15, 23), cf. tractat. 16, 29* hoc] id *O* 2 est *om. O* duodecim] *add.* erant *OPRv* sunt *a* 3 populus ne *M* 4 debuerant *N* rafidim *MN* 5 syna *codd. praeter O, a* 7 nulli *Rm2av, fort.* nullus 8 manna alibi *N* 9 de petra potum *G* restringueret *N* restingeret *O* restringeret *T* 14 postea *Mm2* 16 *alt.* aderat] *add.* illi *a* 18 consideras *M* 19 erant *AGORm1* 20 et—annos] ex—annis *a* 21 montem *AR* 22 mansionis *Ga* suae caepit *a* 23 sit *om. O* fructum *APRm1* 27 enim *om. A, ras. in R* sides *A* 28 pulcre *MR*

esse campi. flos erat etiam Paulus, qui dicebat: b o n u s o d o r
C h r i s t i s u m u s d e o, et uere flos, qui poterat noua et uetera
2 de sui cordis proferre thesauro. pulchre etiam lilium dicitur ecclesia;
sicut enim lilium fulget, ita etiam splendent opera sanctorum. pulcherrime etiam dictum est lilium conuallium, quia in humilibus magis elucet gratia. sed hoc lilium in medio spinarum, hoc inter Iudaeos et haereticos, hoc inter sollicitudines istius saeculi, quae mentem hominis animumque conpungunt. possumus etiam aliter accipere, quia, sicut lilium inter spinas eminet, ita super omnes conuentus ecclesia dei refulget.

8. Refert etiam considerare, quod hoc lilium splendore circumfusum sit, intus autem quod habet rubeum sit, boni et ipsum odoris, eo quod caro Christi uelut mortalis diuinitatis claritudine circum-
2 saepta caelestis habuerit protectionem gratiae. denique in posterioribus ait: f r a t e r n u s m e u s c a n d i d u s e t r u b e u s, candidus claritate diuina, rubeus specie coloris humani, quem sacramento incarnationis adsumpsit. meritoque et ipsum quod est rubeum bene olet, quia caro Christi sine peccato est, quam perfidi contrectantes manus suas inquinauerunt, sancti uenerantes pietatis odore fragrarunt.

9. Accepit hunc odorem dominus Iesus fragrantis ecclesiae suae et ait: e c c e p r o x i m a m e a b o n a. et ecclesia dicit ad Christum: 'ecce bonus fraternus meus. ecce es bonus t a m q u a m m a l u m i n l i g n i s s i l u a e'. huiusmodi pomum odoram gratiam habet, ut ceterorum pomorum fragrantiam uincat. Christus ergo adfixus ad lignum, sicut malum pendens in arbore, bonum odorem mundanae fundebat redemptionis, quia peccati grauis detersit fae-

1*II Cor. 2, 15 3 cf. Luc. 6, 45 15*Cant. 5, 10 22*Cant. 1, 14 23*Cant. 2, 3

3 pulcre *M* puluere (*sic*) *a* 4 fulgit *Pm1* 6 *alt.* hoc] *add.* est *MNPm2v* 7 hoc] *add.* est *Gm2Mm2v* saeculi huius *MN* huius saeculi *Ov* 8 animamque *MNT* 13 morali *Gm1a* murali *Ov* claritate *O* circumsepta *codd. av* 14 protectionem] plenitudinem *O* 15 frater *MN* 17 rubeum est *MN* 18 olit *Gm1Mm1* 20 fraglarunt *AMNPm2* flagrarunt *OPm1R* flaglarunt *T* 21 fraglantis *AMNPm2* flagrantis *Pm1* 22 bona proxima mea *MN* 23 fratruelis *Gm2MNPT* es *om. O* 24 odorem *Ga* tantorum odorum *Mm2* odorum *NPm1 Tm2* gratum *a* 25 fraglantiam *AMNPm2R* flagrantiam *OPm1* 27 mundanae] diuinae *Tm2* quia] que *G* qua *PR* quae *a* fetorem *AMOR* foetorem *Pv*

torem et unguentum potus uitalis effudit. tamquam malum, 2 inquit, in lignis siluae, ita consobrinus meus in medio filiorum, eo quod super prophetas et apostolos intima corda hominum uerborum suauitate mulcebat. sed non solum odor, uerum etiam cibus suauis in malo est; ergo cibus suauis est Christus.

10. In umbra, inquit, eius concupiui et sedi; legem enim acceperat, hanc sequebatur, hanc currebat uiam. in lege itaque requiescens in umbra Christi requiescebat. bona umbra, quae nos ab iniquitatis calore sola defendit. cui autem dubium, quod lex dei umbra sit Christi? quid est lex diei festi neomeniae, sabbatorum, nisi umbra futurorum? qui dies secundum legem Moysi, ut uideam sex dies et iterum septimum diem et sic perpetua saecula? qui mensis secundum legem Moysi, ut sciens mensem sciam primam mensis neomeniam et uera sancta in neomeniis offerenda? qui secundum legem 2 Moysi annus ex illis diebus constat, de quibus ait: sex annis seruiet Hebraeus et septimo anno liberabitur, ut inueniantur sex anni, quibus aliquis operatur terram, septimo autem anno remittet illam proselytis et pauperibus et bestiis terrae? qui septimus annus, quo conceduntur debita omnia Hebraeis? in hac umbra requiescebat patrum fides et prophetarum sancta deuotio.

11. Dicit ergo congregatio religiosa uel sancta anima: in umbra eius concupiui et sedi. umbra est iubileus annus — quis enim eius mystica uidet, ut facie ad faciem cognoscat, quae anno quinquagesimo complenda lege praescripta sunt? —, umbra

1.7.22*Cant. 2, 3 11 cf. Col. 2, 16—17 13 cf. Ex. 20, 9—10 Deut. 5, 13—14 14 cf. Ex. 40, 2 sqq. 16*Ex. 21, 2. Deut. 15, 12 19 cf. Ex. 23, 11 20 cf. Deut. 15, 1—2 23 cf. Leu. 25, 10 sqq.

1 ungentum *G* positus uitale *Ga* 2 inquid *G* 5 est in malo *MN* 7 eius inquit *O* 8 acciperat *Pm1* 9 itaque] autem *MNT* 10 calore, *s. scr.* uel a sole *M*, *om.* *GOa* sole *GORa*, *om.* *MNPT* defendebat *O* 11 dei] diei *O* quae lex est diei *O* neumeniae *Rm1* 12. 14 Moysis *v* 14 sciam] scias *O* prima *G* neomenia *AGMN* neumeniam *PRm1* 15 neumeniis *PRm1* legem *om.* *Mm1N* 16 Moysis *v* ex] sex *GMm1av*, *cf. p.* 57, 9 17 septimo] a VII^mo *N* 18 aliqui *ARm1* aliquid *Rm2* terra *AORm1* in terra *Rm2* 19 proselitis *AMNOPRa* 21 patrum fides requiescebat *M* et *om.* *a* 23 eius *om.* *O* *alt.* umbra] *add.* eius *av* iubeleus *MNPR* 24 *pr.* faciem *Pm1R* agnoscat ad faciem *O*

sunt dies festi secundum legem primo mense decima mensis usque ad quartam decimam et inde usque ad uicesimam primam mensis, [quae] umbra est celebritas illa inter primum et septimum mensem in tempore illo anonymo, umbra est sanctificata libertas in sabbato, umbra est dies festus septimi mensis neomeniae et memoriale tu-
2 barum septimi mensis dies decimus, dies propitiationis. uides, quia monas et decas duo festi dies, item quintus decimus dies, dies tabernaculorum per octo dies. in umbra haec omnia; in umbra prima dies uocata et octaua dies uocata in umbra, quae in scenopegiis praescripta secundum legem.

12. Constitue mihi aliquos ex circumcisione credentes in lege doctos obseruantiae sollicitae uiros et nunc euangelii agnitione inluminatos, spiritali saginatos gratia; dicit in his ecclesia, quae uidet Christum, quae sponsum recipit, quae cibo eius pascitur: in umbra eius concupiui et sedi et fructus eius dulcis in faucibus meis. qui fructus eius dulcis nisi praedicatio dominicae passionis, ut ipse ait: ecce hereditas domini
2 filii, merces fructus uentris? qui enim dulcior fructus potest esse in faucibus nostris quam remissio peccatorum? et bene flos est ecclesia, quae fructum adnuntiat, hoc est dominum Iesum Christum, de quo dictum est Mariae: benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus uentris tui.

13. Ergo ubi gustauit fructum suauitatis, inpatiens ad perfectiora festinat dicens: introducite me in domum uini, constituite in me dilectionem. confirmate me in unguentis, stipate me in malis, quia uulnerata dilectionis ego sum. laeua eius sub capite meo et dextera eius amplexabitur me.

1 cf. Leu. 23, 4—5. Ex. 12, 18   3 cf. Leu. 23, 21—43   9 cf. Ioh. 7, 2
14 *Cant. 2, 3   17 Ps. 126, 3   20 cf. Cant. 2, 1   21 Luc. 1, 42   24 *Cant. 2, 4—7

1 decima] *add.* die *v*   3 quae *deleui*   4 anonymo] annono *Mm1Nm1* anno nono *Mm2Nm2* anno *O* anno quinquagesimo *Gm2Pm2Tm2a*, *add.* qui iubileus dicitur *Gm2Tm2a*   sanctificata—umbra est *om. AGm1NTm1*   5 neumeniae *PRm1*   7 dies, dies] dies *b*   9 sce(sche-*M*)nophegiis *codd. a*   12 obseruantes sollicite *O*   13 spiritalis (-li *Rm2*) agnitos *AR*   14 recepit *Gm1*   16 quis *MORv*   18 mercis *AGm1R*   quis *Ov*   24 introduc *AGR*   27 dileccione*(s *eras.*) *M* charitatis *a*   28 dextra *O*   complectetur *ab*

adiuraui uos, filiae Hierusalem, in uirtutibus
et fortitudinibus agri, si suscitaueritis et
resuscitaueritis dilectionem usque quo uo-
luerit. merito quaerit eum, merito desiderat, quia bene omnia in 2
hoc cursu atque itinere disposuit imperator noster. primum omnium
fidei fundamento tabernaculum hoc confirmandum putauit; deinde,
si qua est nobis aspera atque arida et praerupta mansio, imperator
tamen iste turbata discernit, arida inrigat, deserta fecundat. si quid
amaritudinis, si quid temptationis, si quid infirmitatis est, ductor
noster et amara temperat et sollicita mitigat, dura dissoluit et inua-
lida confirmat.

14. Sicubi uult requiescere rex terrae exercitum suum, non
ignobilem uicum, non commeatibus indigentem, non harenosa et
nuda gignentium, sed urbem aedificiis nobilem, refertam et uberem
copiarum aut agrum amoenum et uirentem pascuis aut nemorosa et
campestria statiuis oportuna decernit. ergo si reges terrae norunt
commoda prouidere sequentibus se, quanto magis deus, qui bonus
est, nouit quemadmodum profutura disponat diligentibus se! ac
primum si incognitum carpendum est iter, duces eliguntur uiarum
qui praecurrant agmini. sed hoc imperatores isti iniuriosum sibi 2
arbitrantur; deus autem praeibat, cum Hebraei facerent iter, de-
nique in columna nubis loquebatur ad eos. et ut scias, quia praeibat,
deus, inquit, praeibat illorum iter, die quidem
in columna nubis ostendens illis uiam, noctu
autem in columna ignis, et non deficiebat co-
lumna nubis interdiu.

15. Hanc praecedentem nubis columnam sequens ecclesia non
deficiente, ne ipsa deficeret, umbra eius refrigerabatur, et ideo dicit:

14 *nuda gignentium* = Sall. Iug. 79, 6 22 cf. Ex. 33, 9. Deut. 31, 15
23*Ex. 13, 21—22

1 adiuro *Mm2N* 2 et resuscitaueritis *om. N* 3 dilectum *Rm2*
5 hoc cursu] occursum *O* occursu *cet. a* itinere *om. N* in itinere *O*
8 iste *om. O* turbata] statiua *O* 13 arenosa *GOav* 16 opportuna *v* discernit *O*
17 praeuidere *AMNPa* 18 nouum *MN* quemammodum *N* disponit *O*
20 agmina *Mm2NT* 23 praeibat inquit *O* illos *AGm1OPRm1* illis *Rm2v*
iter *om. O* 24 autem noctu *ARm1* 25 defiebat *R* 26 inter diem *MNPTa*
in die *ORv* 27 columnam nubis *O* 28 deficientem *AORav* defecerit *MNOPRT*

in umbra eius concupiui et sedi et fructus
eius dulcis in faucibus meis, quia a domino pascebatur
deducta in locum pascuum et aquam refectionis. introducite
2 me in domum uini. copiis praeparatis quaerit progredi ad
aliam mansionem, in qua mysteriorum gratiam et laetitiae capiat
suauitatem. hinc quoque promouens uerum iter ait: constituite
in me dilectionem. bona statiua, ubi plenitudo est caritatis.
confirmate me, inquit, in unguentis, stipate me
in malis.

16. Habes alias mansiones, ad quas ecclesia cum delectatione
succedit. istae mansiones sunt crucis Christi et sepulturae, in quibus
uulnerata est ecclesia, sed uulnere caritatis; uulnus enim est quod
Christus excepit, sed unguentum est quod effudit, pomum est quod
pependit. hoc pomum gustauit ecclesia et ait: et fructus eius
dulcis in faucibus meis. et ut scias, quia pomum est do-
minus, legisti supra: tamquam malum in lignis sil-
2 uae, ita consobrinus meus. nos quoque uulnus fatemur,
cum praedicamus Christum crucifixum, sed bonus odor
sumus deo, quia crux Christi Iudaeis scandalum, Graecis stul-
titia, nobis autem uirtus dei atque sapientia est. hoc uulnere ecclesia
uulneratur, cum saluatoris sui praedicat mortem, sed hoc uulnus est
caritatis. denique qui non credit negat, qui diligit confitetur; Mani-
cheus negat, christianus fatetur. et ideo scriptum: utilia uul-
nera amici quam uoluntaria oscula inimici.
pulchre ergo dicit ecclesia: quia uulnerata caritatis
ego sum.

17. Nudemus membra nostra bono uulneri, nudemus sagittae electae. sagitta haec Christus est, qui dicit: posuit me sicut

1 *Cant. 2, 3 3 cf. Ps. 22, 2 *Cant. 2, 4 6 *Cant. 2, 4 8 *Cant. 2, 5 14 *Cant. 2, 3 16 *Cant. 2, 3 18.19 cf. I Cor. 1, 23. 24 18 II Cor. 2, 15 23 *Prou. 27, 6 25 *Cant. 2, 5 28 Esai. 49, 2

1 dulcis eius fructus *av* 2 pascebatur] *add.* et *a* 3 pascue *Nm2* introduc *AGOR* 4 uini *om. Gm1NR, add.* uidet *G* uide *R* ab his *MNPTa* inde *Ov* praeparatus *MN* 6 constitue *ORm1* 8 inquit me *O* inquid *GN* 9 in *om. O* 10 dilectione *GRm2* delectione *Rm1* 22 confitetur diligit *N* 23 confitetur *MN* scriptum] *add.* est *Gm2MNav* utiliora *Tm2a* 25 pulcre *M* uulneratae *Mm2* caritate *Ga* 28 est christus *O* posuisti *R*

sagittam electam. bonum ergo hac uulnerari sagitta. non
mediocris mansionis iste processus; non omnes possunt dicere, quia
uulnerati sunt dilectionis. dicebant apostoli, cum pro Christo lapi- 2
darentur et Christum praedicarent; dicebat Paulus, cum ter uirgis
caederetur et die ac nocte Christum adorandum gentibus disputaret;
dicunt hoc martyres, qui uulnerantur pro Christo et, quia uulnerari
pro eius meruerunt nomine, plus diligunt.

18. Ad hanc ergo ueniens mansionem ecclesia, ad hunc proces-
sum, ut pro Christo filios suos offerat, ut excipiat uulnera caritatis,
quasi bona fidei alimenta repperiens pietatisque fructus gustauit
ipsa et hortari ceteros coepit dicens: 'gustate et uidete
quoniam suauis est dominus, sicut malum'. et
in malo uulnus est, sed tamen suaue est. uenit iterum ad uallem 2
botryonis, uidit ingentis uuam magnitudinis quam duo portare uix
poterant, unus qui praecederet, alius qui sequeretur. gustauit myste-
rium, gustauit in Iesu Naue, gustauit in Caleph, qui dicebant populo:
uidimus terram profluentem mel et lac. gu-
state et uidete quam suauis est dominus.

19. Et addidit ecclesia dicere: laeua eius sub capite
meo et dextera eius conplectetur me. adiu-
raui uos, filiae Hierusalem, in uirtutibus et
fortitudinibus agri, si suscitaueritis et re-
suscitaueritis caritatem usque quo uoluerit.
et istae mansiones sunt uia regali incedentis ecclesiae; multae 2
enim sunt mansiones apud patrem meum, testi-
ficatur dominus Iesus; ecce uenio et accersio uos.
bona mansio sapientiae et siue in laeua eius siue in dextra bona

4 cf. II Cor. 11, 25 5 cf I Thess. 2, 9 11 Ps. 33, 9 12 cf. Cant 2, 3 13 cf. Num. 13, 24 17*Num. 13, 28 *Ps. 33, 9 19*Cant. 2, 6—7 24*Ioh. 14, 2 26*Ioh. 14, 3

1 bonum] *add.* est *Rav* uulnerari hac *O* 3 uulneratae *AMRm1* sunt dilectionis] caritatis ego sum *Mm2* dilectione *Ga* 9 pro *om. O* 10 reperiens *MOPRm2v* 11 coepit ceteros *av* 12 dominus suauis est. Suauis est dominus *O* sicut malum —18 est dominus *om. NT* 14 botrionis *AMPRa* botri *O* 15 alius] et alter *M* 16 *pr.* gustauit *om. Ma* hiesu *AR* chaleph *GM* chaleb *Pa* Caleb *v* 17 lac et mel *O* 18 quoniam *O* 19 dicens *M* 20 dextra *AOR* amplexabitur *O* adiuro *N* 22 et resuscitaueritis *om. O* 24 sunt *om. O* regalis *Om2* incedentes *OPm1* 25 meum] nostrum *N* 26 ecce] et: ecce *Ov* accerso *AG* 27 dextera *GMNav*

mansio, quia uia regalis est. ideoque sapientes nuntii dicunt: uia
regali ibimus, non deuertemus dextra neque
sinistra, quoad usque transeamus terminos
3 tuos. hoc dixerunt missi a Moyse nuntii ad regem Edom, hoc est
'terrenum', quia terrena omnia siue in dextra siue in sinistra mala
sunt. mala mansio insipientia, mala mansio intemperantia, et ideo
pertransit has mansiones Hebraeus; non deuertit ad eas, sed per-
transit, ut perueniat ad sinistram sapientiae et dexteram et in ipsis
maneat, ubi diuitiae simplicitatis, ubi gloria, ubi longitudo uitae est;
longitudo enim uitae in dextera eius, ut ait Salo-
mon, in sinistra autem eius diuitiae et gloria.
4 in dextra uita est, in sinistra requies. utinam super sinistram eius
requiescam, ne quaeram ceruicalia! uae enim his qui ad-
suunt ceruicalia, Ezechiel dicit. has mansiones praeparat
ecclesiae suae bonus ductor et per uias sapientiae dirigit iter eius.
denique laudat Sapiens uias eius: uiae eius uiae bonae
et omnes semitae eius in pace.

20. Sed quia sapientia, honestas, claritas ita perfecta sunt,
si habeant caritatem — plenitudo enim legis caritas
est —, suscitari et resuscitari uult caritatem, suscitari in ueteri
testamento, resuscitari in nouo. caritas deus est, ut legimus,
2 caritas Christus est. suscitatur tamquam leo et catulus leonis, ut
Iudae ascendat ex germine; resuscitatur ut dormiens, ut recumbens,
quia non humana, sed sua et patris maiestate est suscitatus a mor-
tuis. unde ait scriptura: quis suscitabit illum? non enim
poterat illum aut angelus aut potestas suscitare aliena, cum ipse

1*Num. 20, 17 9 cf. II Cor. 8, 2 10*Prou. 3, 16 13*Ezech. 13, 18 16*Prou. 3, 17 19*Rom. 13, 10 20 cf. Cant. 2, 7 21 I Ioh. 4, 8. 16 22 cf. Gen. 49, 9 25*Gen. 49, 9

1 regalis est uia *MN* ideo *AR* 2 deuertimus *APm1* diuertimus *GRm1* diuertimur *O* diuertemus *Rm2* in dexteram (dextram *P*) *MNP* in dextera *a* dextera *v* 3 in sinistra *AGm2R* in sinistram *MNP* 4 nuntii missi a moyse *O* moysen *APm1* 5 dextera *MNav* 7 diuertit *AGMORav* eos *AR* 8 dextram *O* 12 dextera *MNOav* *alt.* sinistra *A* 13 iis *v* adsunt *Gm1* assumunt *Mm1* 14 hiezechihel (-iel *N*) *MNP* iezechiel *O* 15 doctor *P* itinera *Mm2* 18 honesta *Gm1R* et honesta *O* caritas *Gm1* claritas honestas *Gm2MN* perfecti *Gm1* perfectae *Gm2Ov* 19 enim] ergo *MNT* est caritas *MN* 20 est *om.* *T* 22 tamquam] ut *a* 25 qui *G* suscitauit *AGMOR* suscitat *N* 26 illum poterat *O*

alios resuscitaret. ergo cum hic dicit: si suscitaueritis aut 3
resuscitaueritis caritatem usque quo uoluerit, de his dicit, qui resurrectionem eius possint congrue praedicare, ut audientibus ardorem fidei et deuotionis accendant. uel suscitatur Christus in his qui primum accedunt, resuscitatur in his, qui postquam accesserint dormierunt. dormit ergo Christus in neglegentibus, suscitatur in sanctis.

21. Habet ergo ecclesia per quae gradiatur; habet habitacula mansionum, in quibus requiescunt sancti, de quibus iste est qui dicit: legem mihi constitue, domine, uiam iustitiarum tuarum. bene ait 'statue', ut in pectore eius inmobilis et fixa permaneat nec aliquo saeculi turbine ab eius conuellatur affectu, ut ipse sibi lex sit, opus habens legis scriptum in corde suo.

22. Et quaeram, inquit, illam semper; non est enim mediocre, quod requiritur paradisi gratia, dei regnum, angelorum consortium inmortalitatisque domicilium. non ergo uno die quaeritur nec duobus aut paucis mensibus, sed quaeritur semper et quaeritur per omnia, ut meritorum multa concurrant suffragia; διὰ παντὸς enim et 'omne tempus' significat et 'per omnia'. cum dicit igitur 'quaeram', sine fine dicit esse quaerendum. sed non satis est quaerere, nisi intellegas quod requiris.

23. Ideoque ait: *da mihi intellectum, et perscrutabor legem tuam et custodiam illam in toto corde meo.* quaerendum primum, deinde intellegendum perscrutandumque legis omne mysterium et in corde custodiendum. quis autem potest custodire legem dei, nisi intellectum acceperit? qui autem intellegit et scrutatur, scrutando in semitam mandatorum deducitur. in quo illud aduertendum, quia lex est iustitia, mandatum 2

1*Cant. 2, 7 10.14*Ps. 118, 33 12 cf. Rom. 2, 14—15 22*Ps. 118, 34 27 cf. Ps. 118, 35

1 alios] alienos *NT* suscitaret *N* aut resuscitaueritis *om. O* 3 . 5 iis *v* possant *Gav* 6 in *om. a* 8 egrediatur *Mm2NT* *alt.* habet *om. a* 10 iustificationum *MN* 11 im *M* eius *om. M* 12 turbine seculi *O* turbidine *Pm1Rm1* 13 lex sit sibi *av* legis habens *O* 14 inquit *om. Mm1* 15 mediocre enim *O* 16 immortalitatis (*om.* que) *MNO* 18 per omnia queritur ut multorum meritorum (multa *om.*) *O* 20 semper queram *O* quaeram semper *v* 21 est *s. l. R, om. A* 22 ait] *add.* II *G* II[do] uersu *O* scrutabor *A* 23 et] ut *AOm2R* 27 scrutatur] *add.* et *MNO* 28 quo] quod *PR, add.* est *MNT*

iudicium, sicut et in hac littera legimus. est legis uia stare in uiis
legis, est uia iustitiarum secundum primum uersiculum. est ergo et
testimoniorum uia: in uia testimoniorum tuorum
delectabar; est et uia mandatorum: uiam mandatorum
tuorum cucurri. interrogemus ergo has uias, ut dicatur nobis:
state in uiis legis et interrogate semitas aeternas et uidete quae uia melior et ambulate in
3 ea. cum omnes igitur ambulauerimus uias, ueniemus in omnium
finem uiarum, qui ait: ego sum uia. Christus ergo finis uiarum;
ipse est enim finis legis ad iustitiam omni credenti. hinc audeo dicere, quia finis iustitiarum Christus, qui est iustitia, finis testimoniorum Christus, de quo dictum est: estote mihi testes, et ego testis, dicit dominus, et puer meus quem elegi.

24. Aduertimus igitur, quantum nobis ambulandum sit, ut
ueniamus ad Christum, ambulandum in lege, quia finis legis est
Christus. sine lege ergo non peruenitur ad Christum. unde manifestum
est quod haeretici, qui legem ueteris non accipiunt testamenti, etsi
dicant quod Christum teneant, tamen tenere non possunt finem,
qui initium non tenuerint. ipse est Iesus initium et finis. oportet
igitur, ut ambulemus secundum legem spiritalem, ut ueniamus ad
2 legis finem dominum Iesum. oportet, ut sequamur testimonia, ut
peruenire possimus ad magnum testimonium dominum Iesum. oportet etiam, ut in praeceptis domini ambulemus, ut perueniamus ad magnum praeceptum, de quo legistis: dictum est antiquis: non occides; ego autem dico uobis, hoc est: 'super omne praeceptum dico'. itaque non usurpatorie dixerim, sed uere, quia, sicut sunt sancta sanctorum, ita praeceptum est praeceptorum.

2 cf. Ps. 118, 33 3*Ps. 118, 14 4 Ps. 118, 32 6*Hier. 6, 16 9 Ioh. 14, 6 10 Rom. 10, 4 12*Esai. 43, 10 16 cf. Rom. 10, 4 20 cf. Apoc. 1, 8 24 cf. Leu. 26, 3 25 Matth. 5, 21. 22

1 state *O* 2 et *om. O* 3 *alt.* uia] *add.* inquit *Pm2Rm2* 4 delectabor *O* et *om. O* uiam] uia *Pm1* 6 ueternas *P* 8 omnium] omnem *NT* 10 enim est *Mav* 11 hic *b* 16 est *om. T* Christus est *av* 17 ergo] enim *MNT* 19 non possint (possunt *a*) tenere *av* possint *MNOP* 20 tenuerunt *a* est enim iesus *O* Iesus est *v* oportet—23 Iesum *om. MmlN* 25 legisti *a* 26 uobis dico *M* 28 sunt *om. P*

25. Sed ut ista seruare possimus, intellectum petamus a domino. intellegamus, quae sit circumcisio. circumcidit Iesus petrinis gladiis et abstulit obprobrium Aegypti a filiis Israel. petra Christus est; circumcidat te uerbum dei et gladius oris eius, et sic Aegypti carebis obprobrio. non igitur corporis, sed cordis intellegenda est circumcisio. si intellexeris legem, seruabis eam in corde tuo. Iudaeus in corde 2
legem non seruat, sed in labiis legem recitat et legem ignorat. denique: populus hic, inquit, labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. quomodo potest legem tenere qui longe est a legis auctore? tertius uersiculus quid habeat, consideremus.

26. *Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quoniam uolui eam.* quis hoc dicit nisi qui Christum sequitur? non potest alius hoc dicere nisi qui illud exequitur, quod scriptum est: post dominum deum tuum ambulabis et ipsi adhaerebis, quia ipse te deducit. quomodo deducat, audi: nisi qui tulerit crucem suam et post me secutus fuerit, non est me dignus. praecedit ergo 2
Christus, ut nos sequamur, praecedit uerbum. principium Christus est; ideo Sapientia dicit: dominus creauit me principium uiarum suarum. aduertimus, quod et principium Christus et finis uiarum sit. non uereor, ne quis dicat: 'creatum ergo Christum adseris?' respondebo: ita creatum dico, quemadmodum factum legi, hoc est: factum ex muliere, factum sub lege, hoc est: secundum susceptionem carnis creatum, secundum quod est natus ex uirgine. creatus est, ut redimeret crea- 3
turas, homo factus est, ut homines a morte perpetua liberaret. crea-

2 cf. Ios. 5, 9 3 cf. I Cor. 10, 4 4 cf. Eph. 6, 17. Apoc. 2, 16 5 cf. Rom. 2, 29 8*Esai. 29, 13 12*Ps. 118, 35 15*Deut. 13, 4. 10, 20 17*Matth. 10, 38 20*Prou. 8, 22 24 Gal. 4, 4

2 quae] quid *a* 3 Aegypti *om. O* israhel *P* 5 obprobrium *Pm1R* opprobriis *MN* 7 non seruat legem *O* in *om. O* *alt.* legem *om. MN* 8 labiis inquit (-id *G*) *GP* 10 latore *Pm1* 12 semita *a* 13 sequitur Christum *Aav* exequitur *O* 14 exsequitur *Am1NPR* sequitur *O* 16 deducit] deducet *GOv* 17 quis *Gm2b* 18 sequutus *AR* 19 praecedit et *s. l. Gm2, om. Gm1* 20 dicit sapientia *MN* deus *G* 24 legi] sub lege *O* 26 ex] de *MNT* creatus] sub lege creatus *O*

tus est, ut uias mihi demonstraret aeternas, quibus homo redire possit ad dei regnum. ergo quia principium est uiarum dei, hoc principium sequamur. primus uiam noui ingressus testamenti, ut uia
4 nobis deuotionis sterneret iter. si ieiunamus, ante nos ille ieiunauit. si pro nomine dei sustinemus iniurias, prius ille sustinuit pro nostra redemptione. ceruices suas posuit in flagella, maxillas suas in palmas; ascendit crucem, ut doceret mortem non esse metuendam. denique quasi praecedens ait Petro: tu me sequere, et ideo Petrus cursum consummauit, quia secutus est Christum.

27. Sequitur uersus quartus: *inclina cor meum in testimonia tua et non in auaritiam.* 'utilitatem' alii habent et puto, quod ideo mutatum sit, quia utilitas bonae rei uidetur esse expetenda potius quam declinanda. sed quia plerique lucrum pecuniarum utilitatem suam putant esse, ideo, si legimus 'utilitatem', non animae utilitatem accipere debemus prophetam
2 declinare, sed utilitatem pecuniae. sanctus enim lucra ista non nouit, sed omnia haec detrimentum arbitratur, ut Christum lucretur. et recte; quod enim putamus lucrum esse pecuniae, damnum est animae, quia uirtutis est detrimentum. ergo secundum eos, qui ita acceperunt, ut optet propheta inclinari cor suum in testimonia et non in auaritiam, et nos congruimus ad sensum. atque utinam precem sancti sequentes et oremus quod ille orauit et quod oramus imitemur
3 affectu! quid enim mihi prodest, si orem ut auertat cor meum dominus ab auaritia et ipse diebus ac noctibus pecuniae quaeram conpendia? si oramus sermone, conpatiamur et mente; audit sensum nostrum Iesus et cognoscens duobus istis non conuenire, sermoni et cupiditati, non exaudit loquentem. et ideo, qui bene uolebat orare,

6 cf. Esai. 50, 6  8 Ioh. 21, 22  9 cf. II Tim. 4, 7  10 Ps. 118, 36 11*Ps. 118, 36  17 cf. Phil. 3, 8

2 uiarum est *O*  3 prius *GNPRa*  ingressus] *add.* est *Gm2Mm2Oav* uia] uiam *GMa* in uia *O*  ut in hac uia deuotionis iter nobis sterneret *v* 4 deuotionis sterneret nobis (*om.* iter) *a*  5 domini *AOv* eius *a*  10 quartus] IIII *GR*, *om.* *A*  12 alibi *codd. praeter AO* uel aliqui *s. scr. Tm2*  ideo] ita *MNT*  14 suam *om. O*  16 ista lucra *MN*  19 illos *O*  21 nos] non *Gm1* non nos (hos *N*) *Mm1NPm1*  adsensu *MOav*  22 *pr.* et *om. O* 23 effectu *a*  deus *AOav*  25 oremus *MNT*  compatimur *Gm1N* mentem *Pm1*  audit] *add.* et *v*  26 sermonem *O*

dicebat: orabo spiritu, orabo et mente; psallam spiritu, psallam et mente. ita magis audit orantem, si aspernatur auaritiam.

28. Sed quia inualidi sumus et plerumque uolentes auertere cor nostrum a pecunia uel auro uel argento capimur aspectu et agrum aut aedificium uidentes alienum concupiscimus, bene addidit propheta dicens: *auerte oculos meos, ne uideant uanitates, in uia tua uiuifica me.* etenim qui in uia
est dei, uanitates non aspicit; uia perfecta Christus est. qui igitur in 2
Christo est, quomodo potest uanitates aspicere, cum Christus in carne sua omnes mundi huius crucifixerit uanitates? auertamus igitur oculos nostros a uanitatibus, ne, quod oculus uiderit, animus concupiscat; mystica enim differamus interim. utinam hac interpretatione possimus reuocare ad diuersa circensium ludorum atque theatralium spectacula festinantes! uanitas est illa quam cernis.
pantomimum aspicis, uanitas est; luctatores aspicis, uanitas est, 3
quia cernis eos de uiridibus frondibus luctantes habere coronas; illi enim ueri sunt luctatores, qui aduersum huius saeculi luctantur inlecebras et non capit oculos suos palaestra membrorum. equos currentes aspicis, uanitas est, quia uane currunt qui ascendentem saluare non possunt. denique recursus ipse te doceat, quia uane currunt qui non directum conficiunt iter, obliuiscentes superiora et ea quae posteriora sunt adpetentes.

29. Ante nos est Christus, ante nos brauium eius, ad quod peruenit qui non in incertum cucurrit nec reuocauit cursum suum, sed incitauit. ad hunc dirige oculos tuos, auerte ab spectaculis, auerte ab omni saeculari pompa. sicubi populares cognoueris plausus, auerte

1 I Cor. 14, 15 7*Ps. 118, 37 22 cf. Phil. 3, 13 25 cf. I Cor. 9, 26

1 et *om. O* 2 et mente psallam *O* 3 aspernetur *Gav* auaritia *R* 5 pecuniae *N* auri uel argenti *GMm2* 7 dicens] *add.* V *G* uanitatem *GMNOav, cf. p. 79, 19* 9 dei est *MN* non aspicit—10 uanitates *om. N* 11 auertamur *G* 12 oculus] oculos *AMm1* 15 qua *G* 16 mimum (*in mg. m2* uel pantomimum) *G* quando mimum *O* 17 uiridis *GPm1R* uiridi *av* frondibus *om. Gm1av* luctantes corona (*om.* habere) *Gm1av* eos luctantes de putridis frondibus *O* 18 sunt ueri *O* sint *Mm1T* aduersus *NOPRT* 19 et non] nec *MNT* non *GOav* capat *G* capiat *Mm2OTm2av* suos *Pm2* tuos *cet. av* 20 ascendentes *MNT* 21 docet *MNOm1T* 24 eius] est *N* 26 adhuc *GMm1Pm1R* ad hoc *Pm2* ab] a *AGv* 27 secularium *O*

ab his oculos tuos, inflecte, deprime et serua eos, ut erigas melioribus.
2 erige ad caelum; uel nocte stellarum monilia, orbem lunae decorum,
uel die solem aspice. specta mare, terram circumspice, ut opere facta
diuino omnis creatura te pascat. quae formarum gratia in ipsis
bestiis, quantus decor in hominibus, quanta in auibus pulchritudo!
haec intuere, et non uidebis iniquitatem et contradictionem in ciui-
tate; haec uide, et non introibit mors per fenestras oculorum tuorum.

30. Si uideris mulierem ad concupiscendum eam, intrauit mors
per fenestram; si uideris possessionem minoris aut uiduae et concu-
pieris diripere eam, intrauit mors per fenestram; si uideris aliena
monilia aurum argentum et concupieris ut extorqueas, intrauit mors
2 per fenestram. claude ergo hanc fenestram, qua uideris alienae mu-
lieris pulchritudinem, ne mors possit intrare; oculi tui non uideant
alienam, ne lingua peruersum loquatur. tuam ergo fenestram claude,
ne morti pateat intranti. sed etiam alienam fenestram caue; a fenestra
enim domus suae intrat fornicaria. a fenestra sua intrat, tum intrat,
3 cum aliquem petulantis oculi temptat lasciuia. exclude igitur hanc
fenestram uerbi ostio, ne capiaris oculis meretricis et abripiaris pal-
pebris. sed non una est fenestra, per quam mors consueuit intrare.
est et fenestra uerborum, per quam sermones commeant meretricis.
et ideo te ab aliena uxore custodi, ne te sermonibus gratiosis adoria-
tur; a fenestra enim domus suae intrat. intrat mors per oscula, et
4 ideo caue, ne te laqueis labiorum suorum alliget. intrat mors, si te

6 cf. Ps. 54, 10 7 cf. Hier. 9, 21 8 cf. Matth. 5, 28 13 cf. Prou. 23, 33 15 cf. Prou. 7, 6 18 cf. Col. 4, 3 21 cf. Prou. 7, 5—6 23 cf. Prou. 7, 21

*def. A* 1 oculos tuos ab his *av* meliores *G* 2 monilia — *p. 101, 3* in his uelut *desunt in A* munilia *G* 5 pulcritudo *MN* 7 oculorum— 9 fenestram *om. Mm1NT* tuas *Mm2NT* 8 concupiscendam *Gm1O* 9 possessiones *M* 10 eripere *Ga* intrabit *M* per fenestras *M, om. N, add.* oculorum tuorum *Mm2* 11 munilia *G* aurum argentum *om. N* intrabit *M* 12 qua *RNm2* quam *Nm1Tm1* cum *GMOPav* antequam *Tm2* uides *Nm2Rm2* 13 pulcritudinem *M* non] ne *a* 14 aliena *MNORa* nec *Mm2a* 15 morte *Pm1Rm1* 16 tum intrat] cum intrat *MT, om. GNOPav, add.* per cogitationem. *sed del. M* 18 ocio *O* nec *Gv* arripiaris *Oa* palpebris] *add.* eius *Gv* 19 non] *add.* uia *N* est una *Gav* per quam — uerborum *om. N* quem *Pm1* 22 *alt.* intrat — 23 alliget *om. N* 23 labiorum tuorum laqueis *O* tuorum *codd. praeter Pm2, a* si] *add.* loquax *Gm2T* te si *M* meretrix te *av*

meretrix osculetur, intrat mors, si cito adquiescas loquenti, intrat mors, si loquaris, intrat mors, si multum loquaris — multiloquio enim peccatum incurritur —, intrat mors etiam si non loquaris et Christum timeas confiteri—ore enim confessio fit ad salutem —, intrat mors etiam per cauernas aurium et ideo aures spinis sunt saepiendae, ut inlecebras meretricii sermonis excludas. haec moralia.

31. Sunt etiam mystici oculi, quos auertere debeas a uanitate; est enim et sensuum uanitas, quam oculi animae tuae uidere non debeant, quia illi eam uident quos apostolus damnat. unde ipso magis auctore discamus, quae uanitas et qui oculi sint. manifestum enim esse plerosque, qui uanitate sensus sui obscurati sunt corde et alienati a uita dei propter ignorantiam quae in ipsis est, propter caecitatem cordis eorum. illos tamen gentes apostolus dicit. ignoret igitur gentilis ille quod non didicit, 2
ignoret quod non credidit; tibi ignorare non licet quod confiteris. Christus non in uanitate uenit, sed in uirtute, non inflauit sensum hominis, sed uiuificauit, non caecitatem cordis, sed inluminationem mentis operatus est. inflammauit cor tuum, ut conprehendas quae mandatorum caelestium ratio, quae animae substantia, quae uitae futurae gratia, in quo statu posthaec erimus.

32. Erige igitur mentem, utere naturali ingenio; ad imaginem dei factus es, ut superna aspicias et terrena non quaeras. noli curuare ceruicem tuam mundi premendam pondere; noli inhiare auro atque argento, ne te saeculi uinculis alligandum praebeas. ideo dixit dominus: nolite possidere aurum atque argentum, ne nos auri atque argenti cupiditas auara possideat. noli ergo

2 cf. Prou. 10, 19 4 Rom. 10, 10 5 cf. Eccli. 28, 24 (28) 11 cf. Eph. 4, 17 *Eph. 4, 18 21 cf. Gen. 1, 27 25*Matth. 10, 9

*def. A* 1 ei loquenti *O* *alt.* intrat—multum loquaris *om. N* intrat mors si loquaris *om. Ov* 5 spinae *Pm1Rm1* sunt spinis *av* 6 sermones *Gm1Mm1* moralia] *add.* sunt *R* 7 autem etiam *O* 8 debeant] *add.* cognosce quae sit uanitas sensuum quam oculi tui mystici uidere non debeant *mg. T*; *eadem post* damnat *add. a* 9 unde] *add.* in *MNT* 10 sunt *GN* manifestum] *add.* est *Ms.l. N,s.l. OR s.l.* 11 sui *om. GMNT* sint *G* alienati] *add.* sunt *O* 12 uita *GOPR* uia *cet. av* 16 christum *PR* *pr.* in *om. N* *post* uirtute *add.* non in antiquitate, sed in nouitate *Gm2Tm2a* flauit *N* 17 *pr.* sed—18 est *om. N* 18 inflauit *N* conprehendaris *Rm1* conprehenderes *GO* 23 inherere *Pcorr. R* 24 nec *Mm2* saeculi uinculis] saeculis *Mm1NOPRT* 25 nolite — *p. 100, 4* possint *om. N* 26 uos *O* cupiditatis *Pm2* aura *P*

2 inserere collum tuum diaboli laqueis. strangulat auaritia pauperem
in hoc saeculo, sed in perpetuum diues suis laqueis suffocatur, cuius
sensus in uanitate est, in tenebris ambulat, qui in his laborat, quae
sibi prodesse non possint. uanitas est sollicitudo uitae huius; unde
non in crapula et ebrietate, non in deliciis corporis, sed in cognitione
praeceptorum caelestium delectationem nostri debemus ponere. in
uanitate currit, qui sibi successibus uidetur afluere saecularibus, qui
tamquam umbra praetereunt. auerte igitur oculos tuos, ne uanitatem
uideant.

33. Sed non satis est ut tu auertas, ne forte uelis et non possis,
offundat tibi diabolus uanitatum spectacula, incentiua inserat uoluptatum; pete ut dominus auertat oculos tuos. et haec gratia dei et hoc
munus est domini, ut oculos animae nostrae a negotiis mundi huius
2 auertat. beatitudo enim omnis a domino est; beatus autem
uir, cui nomen domini spes eius et non respexit in uanitates et insanias falsas. qui non respicit
haec, beatus est; qui autem respicit, insanus atque furiosus est. et
ideo resipiscat unusquisque a furore saecularium cupiditatum, quae
ita mentem animumque perturbant, ut compos sui esse non possit.

34. Si in nauigio fluctuante sis constitutus, auertis a sentina
oculos, ne uomitum moueat tibi; si in ciuitate ambulans aliquid faetidi odoris offendas, longe refugis atque declinas; si quid occurrat
2 quod horreat oculus tuus, clauditur aut auertitur. in salo saeculi
huius fluctuas, influit sentina uitiorum; in hoc nauigio tui corporis
mouetur aestus cupiditatum, et non auertis oculos animae tuae, ne
uideant sentinam libidinum, ne aspiciant mundi huius stercora, ne
faetor inmundus nares repleat tuae mentis, in quibus spiritus sanctus

5 cf. Luc. 21, 34 8 cf. Ps. 143, 4 cf. Ps. 118, 37 14 *Ps. 39, 5

*def. A* 3 qui] quia *v* quae] qui *Gm1* 4 possunt *M* 5 *tert.* in *om. O* cogitatione *Mm2* 6 nostram *Mm2Rm2a* 7 affluere *codd. praeter R* 8 uideant uanitatem *O* 10 tu *om. OR* forte] *add.* dum *Mm2* 11 offundit *Gm2* offendat *Mm1Nm1Tm1* ostendat *Nm2OTm2* effundat *a* inferat *O* 13 est domini] dei est *O* animae — 14 est *om. N*, *add.* auertas *Nm2* huius mundi *OP* 14 enim *om. O* 15 cuius *O* eius] *add.* est *P* 17 adque *Pm1* et *M* est *om. O* 21 fetidi *GMOPR* 22 adque *N* 24 fluctuans *T* 25 commouetur *Gm2* 27 fetor *MNO* forte *T* odor (*s. l.*) nares *T*

esse consueuit, ut possis dicere: spiritus diuinus qui est
in naribus meis? nares igitur animae tuae a faetore auer-
tantur criminum diuersorum; est enim in his uelut quoddam insigne
iudicii. unde dicitur sponsae: nares tuae sicut turris 3
Libani prospiciens faciem Damasci, eo quod
unguentum ueri sacerdotis, quod de capite descendit in barbam,
hoc est odor ille diuinus, odor gratiae spiritalis, qui de patre in
Christo erat et sacramento incarnationis descendit in terras, ut omnia
fuso replerentur unguento, emineat praecelsi potestate iudicii et
nares repleat animae, ut bene olentia discernat et faetida, suauia
sanctorum, qui possunt dicere: Christi enim bonus odor
sumus deo, faetida peccatorum.

35. Hae sunt nares sicut turris Libani praecelsa supra mundum,
et ideo prospicit faciem Damasci, gentilem scilicet populum, odorans
fidem eius, cuius gratia delictorum suorum detergeret faetorem.
facies igitur Damasci fides est gentium nullo obumbrata amictu,
nullo adoperta uestitu, nuda ac libera, caelo magis intenta quam
terris. hanc speculantur et prospiciunt nares ecclesiae, quod suaue 2
in ea et odorum est aspirationis et gratiae colligentes. et bene nares
eius sicut turris Libani, quia in sacrificiis odor suauis ecclesiae est,
in quibus est boni odoris hostia remissio peccatorum.

36. Sume igitur has nares, o homo, ut a graue olentibus floru-
lenta secernas, et tunc uiuificabit te dominus. cum enim aduerterit
quod de ipso petis, ut auertat oculos mentis tuae a uanitate, coope-
ratur animae tuae, ut, si specie aliqua capitur aut duritia et infirmi-
tate non flectitur, flectat eam iugo uerbi et habenis suis regat, ut
uoluntate dei abducatur a uitiis et uitae odorem capiat aeternae.

1*Hiob 27, 3 4*Cant. 7, 4 6 cf. Ps. 132, 2 11*II Cor. 2, 15
23.24 cf. Ps. 118, 37

2 auertantur a fetore *O* fetore *MN* foetore *GP* 3 quoddam] *pergit A*
6 ungentum *P* sacerdotes *Mm1* descendit de capite *av* 9 emineatque *N*
10 fetida *AOR* foetida *NP* 12 a fae (fe-) tidis *Gm2MNPTa* et foetida *v*
13 hae] ecce *Mm2NT* eae *P* praecelsae *a* 15 detergit *MNPTa*
19 — um est — 23 dominus *om. N* 20 suauitatis *Mm1PT* est ecclesiae *O*
23 uiuificauit *Pm1* auerterit *O* 25 specie si *O* et] aut *Ov*
26 flectitur] flectatur *G* abonis *GR* auenis *Pm1*

2 non enim hic uita perfecta est, sed haec uita in umbra. ideo, ut homo Christus Iesus ex uirgine nasceretur, obumbrauit uirtus altissimi matrem futuram, quia in umbra descendit, ab umbra incipiens operari salutem hominis et consummaturus claritate solis aeterni. umbra est ergo uita haec; festina ad solem, ut te defendat ab umbrae huius frigore et calorem tibi profundat aestiuum. et ideo suadet orandum, ne fiat fuga nostra hieme aut sabbato, non tempus diemque significans, sed frigere nos meritis prohibens et bonorum operum esse ieiunos.

37. Disce nunc, quemadmodum auertat oculos eius, quem miseratur dominus, a uanitate. ex his enim quae secuntur hoc intellegere possumus; subiecit enim: *statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* initium esse sapientiae timorem domini dicit propheta. quod est autem initium sapientiae nisi saeculo renuntiare, quia sapere saecularia stultitia est? denique sapientiam huius
2 mundi stultitiam esse apud deum apostolus dicit. sed et ipse timor domini, nisi secundum scientiam sit, nihil prodest, immo obest plurimum; siquidem Iudaei habent zelum dei, sed quia non habent secundum scientiam, in ipso zelo et timore maiorem contrahunt diuinitatis offensam. quod circumcidunt infantulos suos, quod sabbatum custodiunt, timorem dei habent; sed quia nesciunt legem spiritalem esse, circumcidunt corpus, non cor suum, ignem sabbato adolere formidant, cum lex sanctificationis die libidinum ignem prohibeat accendi.

38. Et quid de his dicam? sunt etiam in nobis qui habent timorem dei, sed non secundum scientiam, statuentes duriora praecepta, quae non possit humana condicio sustinere. timor in eo est, quia ui-

2 cf. Luc. 1, 35 7 cf. Matth. 24, 20 12 Ps. 118, 38 13 cf. Ps. 110, 10 15 cf. I Cor. 1, 20 18.25 cf. Rom. 10, 2 21 cf. Rom. 7, 14 22 cf. Rom. 2, 28. 29

1 hic] haec *GMm1a* est *om. G* umbra] *add.* est *Oa* 3 profuturam *a* in umbram *a* ab] ad *Gm1* 4 caritate *Av* claritatem *OP* 5 ad] ut *Mm1* te *s. l. G* defendat te *N* ab] ad *Gm1* umbra *Gm2* 6 frigoris *G* tibi *om. MN* suadit *Pm1Rm1* 7 uestra *GNPR* aut] uel *av* significans] *add.* frigere *AR* 10 quem] cui *Tm2a* misereatur *MNm1OTa* 11 sequuntur *ARav* 12 enim] eum *G*, *add.* VI *GPR* 14 quid *AMNOav* 15 est *om. N* 16 dominum *a* 20 offensa *Pm1* sabbato *Rm1* sabbata *Oav* 21 esse spiritalem *O* 22 ignem — 27 sustinere *om. N* adolere] *add.* non *O* 23 diem *Pm1R* igne *Pm1R* accendi prohibeat *MO* 25 his] Iudaeis *Oav* habeant *T* 27 conditio *Am1GOPRav*

dentur sibi consulere disciplinae, opus uirtutis exigere, sed inscien-
tia in eo, quia non conpatiuntur naturae, non aestimant possibili-
tatem. non sit ergo inrationabilis timor. etenim uera sapientia a ti- 2
more dei incipit nec est sapientia spiritalis sine timore dei; ita timor
sine sapientia esse non debet. basis quaedam uerbi est timor sanctus.
sicut enim simulacrum aliquod in basi statuitur et tunc maiorem habet
gratiam cum in basi statua fuerit conlocata standique acceperit fir-
mitatem, ita uerbum dei uel rationabile dei in timore sancto melius
statuitur, fortius radicatur, hoc est in pectore timentis deum, ne
labatur uerbum de corde uiri, ne ueniant uolucres et auferant illud
de incuriosi et dissimulantis affectu. sed etiam uerbo dei timor ipse 3
aptari ad utilitatem et constabiliri uidetur, ut non sit alienus scien-
tiae, sicut basis accepta statua non est aliena gratiae. timor ergo
uerbi est locus, sicut in pace locus eius; timor quoddam studium
uerbi, uerbum timoris est disciplina; plenus enim disciplinae timor
non nutat ad lapsum.

39. Et quia basim uerbi timorem diximus, ne quid alienum scripturis posuisse nos quisquam putet, accipiat lectum de dei uerbo in Canticis canticorum: crura eius columnae marmoreae fundatae super bases aureas, significans columnas esse ecclesiae apostolos, qui fundati sunt in timore sanctorum. nam sicut Petrus, Iacobus et Iohannes et Barnabas columnae esse uidebantur ecclesiae et quicumque uicerit hoc saeculum fit columna dei, quam confirmat qui dicit: ego confirmaui columnas eius, ita et basis aurea timor plenus disciplinae, quia initium

3 cf. Eccli. 1, 14 (16) 10 cf. Matth. 13, 4 14 cf. Ps. 75, 3 19*Cant. 5, 15 22 cf. Gal. 2, 9 24 Ps. 74, 4 25 cf. Ps. 110, 10

1 inscii *ex* inscia *N* inscitia *PTa, eras. M* 2 eo] *add.* est *av* non aestimant — 3 timor *om. N* nec aestimant *MOPR* 6 sicut] si *Gm1* simulachrum *NP* aliquod simulachrum *O* 6 . 7 basis *GPm1* 7 in *om. N* collocata fuerit *M* locata *A* conlocata — 15 disciplina *om. N* accipit *GMa* accepit *T* 8 uerbum uel ratio dei *O* *alt.* dei *om. O* 9 statuitur] *add.* et *M* dominum *Rav* 11 desimulantis *G* dissimilantis *O* 13 alienae *APm1* alieni *Gm1* 14 quidem *Ga* quaedam *MOPTv* studia *Pm2* statua *MTa* statio *Ov* 16 inuitat *MNT* 17 basi *A* basem *Gm1* uasin *Pm1* basin *Rm1* alienum] *add.* a *AOav* 20 fundata *MN* 21 sancto *a* 22 *pr.* et *om. a* uidebantur esse *O* 23 et] sic et *a* 25 bases *GMNPRT* aureas *AGm1Pm1R* aureae *Gm2MNPm2T*

2 sapientiae est. in timore ergo sapientium apostolica praedicatio tam-
quam super basim auream columna firmatur. Christi igitur eloquio
et apostolico sermoni tribunal est timor iusti et basis aurea plena
prudentiae, simulacrum autem bonum tamquam effigies ueritatis
sermo sanctorum. et uide tamquam basim auream esse sanctorum
timorem; lege Esaiam, uide quantis subiecerit timorem, ut faceret
inreprehensibilem et bonum timorem: *spiritus*, inquit, *sa-
pientiae et intellectus, spiritus consilii at-
que uirtutis, spiritus cognitionis atque pie-*
3 *tatis, spiritus sancti timoris.* quantis timorem sub-
iecit, ut haberet quod sequi posset! informatur per sapientiam, in-
struitur per intellectum, consilio dirigitur, uirtute firmatur, cogni-
tione regitur, pietate decoratur. tolle timorem domini; ita est inra-
tionabilis et insipiens timor, unus ex illis: *foris pugnae, in-
tus timores,* quibus adflictus esset et Paulus, nisi habuisset
dominum consolantem.

40. Nec otiosum est in Prouerbiis: *tunc intelleges
timorem domini.* quid est 'tunc'? id est: *cum sapien-
tiam inuocaueris et prudentiae dederis uocem
tuam et si quaesieris illam ut pecuniam et
ut thesauros scrutatus fueris eam, tunc in-*
2 *telleges timorem domini.* et ideo, tamquam super basim
bonam, dicit: *statue seruo tuo eloquium tuum in
timore tuo.* plena disciplinae oratio, per quam docemur quem-
admodum debeamus orare; unusquisque sermo doctrina est depre-
candi. et quia docuit nos orare, qui sit istius orationis effectus
ostendit.

7*Esai. 11, 2—3 14 II Cor. 7, 5 17 Prou. 2, 5 18*Prou. 2, 3—5
23 Ps. 118, 38

1 sapientia *P* sapientum *NPR* 2 basim *GMv* basem *cet. a*
confirmatur *a* ergo *Mm2O* 3 apostolo *Rm1* 4 sapienciae *M* simula-
chrum *NOP* ueritatis *eras. M, om. NPm1T* 5 et] est *O* timorem
sanctorum *AOR* 6 fecerit *APR* 7 inquid *Mm1Pm1* 10 timoris sancti *MN*
11 sequi posset] sequitur *M* possit *GNm2OPRm1a, om. Nm1* 13 timori
domini ista, et (*om. a*) est *Oav* iste *GMm2* 17 intellegis *G* 18 id est *om. a*
21 intellegis *GPm1R* 26 qui] quis *AO* 27 ostendit] *add.* VII *AGOPR*
septimus uersus *av*

41. *Aufer obprobrium meum quod suspicatus sum.* subobscure dictum uidetur, sed explanauit apostolus quod hic uidebatur obscurum, ubi ait: nihil quidem mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. sciebat enim se esse hominem, etsi cauebat ut poterat, ne post suscepta baptismi sacramenta peccaret, ideoque delicti conscius sibi non erat; sed quia homo erat, peccatorem se fatebatur sciens unum esse Iesum lumen uerum, qui peccatum non fecit nec est inuentus in ore eius dolus, ipsum solum iustificari, qui uere alienus esset a lapsu. similiter ergo et propheta, etsi 2 peccatum declinare cupiebat, tamen quasi deum repulsorem peccati esse cupiebat sui. uolebat auferri obprobrium quod suspicatus est, uel quia cogitauerat in corde et non fecerat et paenitentia licet abolitum suspectus tamen erat ne forte adhuc maneret eius obprobrium. et ideo deum precatur ut illud auferat, qui solus nouit quod nescire potest etiam ipse qui fecit. denique alibi ipse dixit propheta: scis obprobrium meum, quamquam istud obprobrium Christi sit, quod non est uerum obprobrium, sed gloria dei; crux enim Christi Iudaeis scandalum, Graecis stultitia.

42. Illis ergo obprobrium, mihi uirtus est, per quam aduersarium repello, saeculum uinco, mihi sapientia, per quam insipientiae laqueos euado. hoc obprobrium thesauris Aegypti Moyses praetulit: maius, inquit, aestimans Aegypti thesauris obprobrium Christi. si obprobrium tuum gloria est, domine Iesu, quanta est gloria tua! tuae igitur gloriae participatione quid 2 erimus, cuius sumus obprobrio gloriosi? dorsum meum posui in flagella, maxillas meas in palmas, os

1* Ps. 118, 39 3* I Cor. 4, 4 8 cf. Ioh. 1, 9 * I Petr. 2, 22 16* Ps. 68, 20 19 cf. I Cor. 1, 23 23* Hebr. 11, 26 26* Esai. 50, 6

1 aufer] *add.* a me *Ov* obprobrium] *add.* et contemptum *O* 2 explanat *R* 3 quidem *om. O* mihi quidem *Pv* 4 iustus *O* 5 et sic *GOv* et se *Mm2* 9 esse *Tm2* inuentum — dolum *Nm1Pm1T* inuentus est dolus in ore eius *O* 10 est *O* et *om. a* profeta *R* 12 sui cupiebat *v* 13 licet penitentia *O* oblitum *MNT* uel ablutum *s. l. M* 15 deum *om. APRT* deprecatur *MNOT* auferat illud *MN* 16 propheta dixit *O* profeta *R* 17 christus *G* sit christi *R* 24 tuum *om. Mm1NT*

autem meum non auerti a confusione sputorum. ecce obprobrium tuum, domine, in quo salus est uniuersorum, in quo mundi redemptio, per quod obprobrium coepimus non eru-
3 bescere qui erubescebamus, non confundi qui confundebamur. denique scriptum est: accedite ad eum et inluminamini, et uultus uestri non erubescent. hoc obprobrium auferri a nobis nolumus, obprobrium crucis domini Iesu, quo nostra auferuntur obprobria. sicut enim maledictum factus est, ut nostra maledicta deleret, homo factus est, ut leuaret hominis infirmitates, ita obprobrium factus est, ut omnium auferret obprobria.

43. Non uno tempore, non semel abstulit obprobria, aufert cotidie. peccatum incidimus, non unum, sed multa; cooperti sumus obprobrio et confusione. uenimus ad baptismum: dilutum est omne peccatum et cum peccato obprobrium. abstulit obprobrium meum dominus Iesus obprobrio suo, quia crucifixus est mihi, quia, quicumque baptizati sumus in Christo, in morte
2 ipsius baptizati sumus. non habeo quod auferri petam. sed post baptismum incidi obprobrium, debeo agere paenitentiam, ut dicam: aufer a me obprobrium meum. si non agam paenitentiam, quomodo dicam: aufer a me obprobrium meum, cum hoc ipsum peccati obprobrium sit, quia non ago paenitentiam? si autem paenitentiam, ut oportet, ago, recte: *aufer a me obprobrium meum quod suspicatus sum; iudicia enim tua dulcia.*

44. Quid timeo confiteri, quid timeo dicere peccata mea? quid uereor obprobrii mei mentionem facere apud eum, cuius iudicia dulcia sunt? quod seuerum in aliis, in Christo dulce est, in Christo suaue est, quia ipse suauis est; denique gustate et uidete quoniam
2 suauis est dominus. dulcia iudicia confitenti, quia ipse

5*Ps. 33, 6 8 cf. Gal. 3, 13 12 cf. Ps. 43, 16 15 Rom. 6, 3 19.20.22*Ps. 118, 39 28 Ps. 33, 9

4 *pr.* qui] quae *MmINT* 7 crucis] scilicet *O* 10 auferat *O* 12 quod cotidie *AR* cottidie *GMNT* 13 delutum *A* dilitum *Gm1* deletum *Gm2MORm2v* 16 sumus baptizati *GMNP* 19 si non — 21 meum *om. Ta* 22 ut oportet poenitentiam *O* recte] *add.* dico *Gm2MNOav* 23 meum *om. AR* 24 dulcia] *add. a*: quomodo oportet confiteri? 25 *pr.* quid timeo] quomodo *MmINT*, *add.* oportet *Tm2* 26 eum *om. P* 27 quid *Om1* 29 confitendi *AR*

dixit: ego sum ego sum, qui deleo iniquitates tuas, et memor non ero. tu autem memor esto et iudicemur; dic iniquitates tuas, ut iustificeris. dulcia iudicia agenti paenitentiam, quia ipse dixit: gaudium erit in caelis super uno peccatore paenitentiam agente quam in nonaginta et nouem iustis qui non indigent paenitentia. si dulcia sunt igitur iudicia domini, suauitatis fructus percipere elaboremus.

45. Uis scire quam dulcia iudicia domini? non resurgunt impii in iudicio. qui autem in iudicio resurgunt, habent spem ueniae, quoniam crediderunt. impii non sunt, peccatores esse possunt, fidem habent et, si culpam non declinarunt, per fidem credunt; qui autem credit in ipso non iudicatur. dulcia ergo iudicia credentibus. qui autem non credunt, non Christi iudicio damnati 2
sunt, qui uenit non ut iudicet mundum, sed ut saluet et redimat, sed inpietatis suae subiere iudicium, qui in remissionem peccatorum credere noluerunt; non enim possunt ad eius pertinere beneficium quem cognoscere refutarunt. ergo qui non crediderunt in eo, iudicio eius uidentur indigni; iudicium enim eius quod sit, agnosce dicente ipso: hoc autem est iudicium, quia lux uenit in hunc mundum. dulce ergo quod lux est, dulce iudicium quod praecedit misericordia; sic enim scriptum est: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine.

46. Et quia cognouit dulcia iudicia, dicit: *ecce concupiui mandata tua; in tua iustitia uiuifica me.* 'bona iudicia' auctoritate ait. ecce amat libertatem fidei qui libertatem dedit, diligi se gaudet qui ideo uenit in hunc mundum, quia

1*Esai. 43, 25—26 4*Luc. 15, 7 9*Ps. 1, 5 13*Ioh. 3, 18 15 cf. Ioh. 3, 17 20*Ioh. 3, 19 22 Ps. 100, 1 24*Ps. 118, 40 26 cf. Ps. 118, 39

7 si] sed *ARm1* 10 *alt.* in *om. APR* iudio *A* spem habent *MN* 11 peccatores] *add.* tamen *Gm2Tm2* 13 ipsum *O* 15 ut non *Mm1N* 16 subire *Am1Pm2* 18 refutauerunt *b* eo] eum *a* 19 quid *av* agnosce quod sit ipso dicente: hoc est autem *O* 20 iudicium est *av* 21 hunc *om. O* 22 *pr.* misericordiam *R* 24 et quia — *p. 108*, 2 sedulus *om. N* 26 dedit libertatem *O*

hunc mundum dilexit, amari se exigit qui omnes amat, quia caritas
2 est. concupiuit mandata dei ut bonus seruus, ut cultor sedulus; concupiuit non ut amator meretriciam copulam, non ut auarus pecuniam, non ut luxuriosus lasciuiam. de illis enim lex dicit: non concupisces, dominum autem deum praecipit diligendum et tenero quodam atque interno amandum cupiditatis affectu. et quia amicus est qui diligit, seruus est qui timet, quasi amicus qui omnia fecerit quae praecepit ei dominus: uos, inquit, amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio uobis.

47. In tua iustitia uiuifica me. audet et dicit, eo quod illa uera sit uita quae uiuit secundum dei iustitiam, quam uiuebant apostoli, immo quam uiuunt; sunt enim qui uiuentes mortui sunt et qui mortui uiuunt. denique alii descendunt in infernum uiuentes, alii, cum sint corpore mortui, meritis suis uiuunt. sunt enim qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis die iudicii reuertentem, quando cum gloria sancti resurgent.

## VI.

## LITTERA UAU.

1. Sexta littera 'Uau', cuius interpretatio sonat 'uel sic non ille'; alius interpres 'et non est' ait.

2. *Et ueniat super me misericordia tua, domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.* quid significet interpretatio litterae, quoniam subobscura est, ex psalmi serie colligendum putaui. nam cum propheta postulet: 'ue-

1 cf. Ioh. 3, 16 cf. I Ioh. 4, 8 4 Deut. 5, 21 5 cf. Deut. 6, 5 8 Ioh. 15, 14 10 *Ps. 118, 40 cf. Rom. 10, 20 12 cf. I Tim. 5, 6 13 cf. Ps. 54, 16 15 cf. Matth. 16, 28 21. 24 Ps. 118, 41

1 dilexit hunc mundum *O* se *om. GMOPm1Ta* omnis *Mm1* 4 luxoriosus *GRm1* 5 deum autem dominum *MN* deum *om. O* praecepit *GMNPRab* tenere *O. add.* id est tenaci *MNPTa* 7 *alt.* est *om. MN* 8 inquid *GPm1* 10 audet *v* audit *codd.* audiet *a* 11 sit uera *av* quam] qua *Gm2MNT* 12 quam] qua *MNTa* sunt — 14 uiuunt *om. Mm1NT* 15 in die *MN* 16 resurgent] *add.* Explicit quinta (V*AO*) littera. Incipit *AOPR. om. cet.* 19 Uau sexta littera *G* sonat — 20 ait *AR* est (*om. G*) 'ut ille'; alius interpres 'non est' ait *Ga* sonat 'est' uel 'et' *MNT* sonat 'est' uel 'sic' (sic *s. uocabulum erasum*) *P* 'ille est, et non alius', uel cuius interpretatio 'et ille' *Ov*, *add. O*: alius interpres 'et non est' 24 colligenda *Mm1* putauit *N* profeta *R*

niat super me misericordia tua, domine, ueniat salutare
tuum', non est dubium quem uidere deposcat, hoc est:
in quo fructus et misericordiae ueniat et salutis. denique in superio-
ribus idem poposcit in psalmo octogesimo quarto, in quo euidentius
domini Iesu prophetauit aduentum. nam terram quam benedici po- 2
stulet satis notum est, illam uidelicet quae peccatum in Adam contra-
xerat, cui dicitur: terra es et in terram ibis. maledi-
xerat autem deus non elementum naturae carnis, sed carnem prae-
uaricantium. benedicitur caro igitur in Christo, ut maledicto superiore
caro soluatur, benedicitur caro, quam benedictus filius dei adsumpta
hominis condicione suscepit.

3. Et ideo subdidit: deus, tu conuertens uiuifi-
cabis nos et plebs tua laetabitur in te. ostende
nobis, domine, misericordiam tuam et salu-
tare tuum da nobis. audiam quid loquatur in
me dominus deus, quoniam loquetur pacem
in plebem suam et super sanctos suos et in eos
qui conuertunt ad ipsum cor suum. uerumta-
men prope timentes eum salutare ipsius, ut
inhabitet gloria in terra nostra. totus hic locus 2
Iesum dominum sonat, qui uiuificauit mortuos, Lazarum ante passio-
nem, plurimos tempore propriae passionis. ipse est misericordia, ut-
pote remissio peccatorum. ideo dicit 'ostende', quem uidere possit
in corpore; nam deum in maiestate sua uidere non poterat, quia
deum nemo uidit umquam. auidus propheta desiderat
uidere quem sperat tenere, quem si uiderit desiderat propriis mani-
bus conprehendere. ideoque ait: et salutare tuum da 3

4 cf. Ps. 84, 8  5 cf. Ps. 84, 2  7*Gen. 3, 19  12*Ps. 84, 7—10  21 cf. Ioh. 11, 43—44  22 cf. Matth. 27, 52  25 Ioh. 1, 18  27 Ps. 84, 8

2 quem] quin *Mm2*  hoc est *om. Gm1MNOPR*  3 *pr.* et] est *O*, *om. MNT*  ueniae *O*  4 LXXXIIII *GOR* octuagesimo *a*  domini iesu euidentius *O*  5 profetauit *R*  terram *post* postulet *tr. M*, *om. N*  postulat *N*  6 contraxerat in adam *MN*  8 naturae *om. MN*  9 in Christo — 20 nostra *om. N*  superato (ato *in ras.*) *Ta*  10 benedictus] benedicitur *R*, *om. A*  assumptam *T*  11 conditione *AGOPR*  15 audiam — 20 nostra *om. Mm1T*, *qui addit:* et reliqua usque ut inhabitet gloria in terra nostra  18 conuertuntur *codd.*  19 ipsius] *add.* usque *M* (*cf. ad lin. 15*)  21 mortuos uiuificauit *O*  25 profeta *R*

nobis. salutare dei uirtus est, salutare dei Christus est et ideo prope timentes hoc salutare. longe erat Christus a nobis, longe erat a nationibus; descendit in terras, factus est prope, coepimus non timere. nam qui Christum timet, non timori est subditus, sed deuotioni; pietatis hic timor, non infirmitatis est. denique nihil deest timentibus eum. quomodo autem factus sit prope, audi: ut inhabitet, inquit, gloria in terra nostra. quis est gloria
4 nisi dominus Iesus? unde et apostolus Paulus ait: deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriae. merito conplacet in eo pater, quia patris gloria est. hunc qui a patre separat maiorem patri iniuriam facit, quem uult esse sine gloria. hunc quisque aequalem patri non putat, inferiorem et patrem iudicat, cum alio uerbo patrem plus laudare non possit, quia summa laus gloriae Christus est.

4. Rogatur ergo, ut ueniat salutare dei. ille est qui rogatur, hoc est dominus Iesus, et non est alius, sicut habet litterae interpretatio. et uel sic non solus pater rogatur; est et ille, hoc est: et filius qui rogatur et rogatus aduenit et salutare mundo dedit. ideo σωτήρ, hoc est 'saluator', ideo Iesus, sicut angelus dixit: qui saluum faciet populum suum. cum inuocaret igitur propheta, aderat, ut probaret illud, quia adhuc loquentibus nobis dicit: adsum.

5. Adest, quia suscitatus a filiabus Iudaeae quasi resuscitatur a filiabus Hierusalem. audit ecclesia sonum uocis eius et dicit: uox consobrini mei. ecce hic aduenit saliens super montes, transiliens super colles. manipularis est liber multas habens personas nobiles uelut manipulos triumphales multosque actus significans, quos intellegere magis quam expressos

6 Ps. 84, 10 8*II Cor. 1, 3 9 cf. Matth. 3, 17 18*Matth. 1, 21 20 Esai. 58, 9 21 cf. Cant. 2, 7 22*Cant. 2, 8

1 *pr.* est] *add.* dei *O* 4 timore *Rm1* 6 prope factus sit *OR* 7 inquid *G* 10 quia] qui *MNT* est gloria *NOT* maiorem — gloria *om. N* 11 quisquis *Mm2av* 12 cum] quia *R*, *add.* in *MN* uerbo] *add.* et *O* 13 quia] cum *GNPa* cuius *MOv* laus summa *O* gloria *AGOPR* (*defendit Engelbrecht*) et gloria *v* 16 et uel] est et *Mm2* est. Uel si *a* est ille (*om.* et) *v* et *ante* filius *om. MN* 17 rogatus] rogator *AR* sother *O*, *om. N* 18 ideo] idem *v* quia *Om2Tab* fecit *Mm2a* 21 resuscitatur] resuscitatus *GMNOPav* 24 liber est *N*, *add.* iste *O* 25 nobilis *OR* manipulus *GMOv* triumphalis *GORv* 26 actu *R*

tenere possimus. nam quasi aduenientem sponsum audierit cum ali-
quibus pariter uiantibus conloquentem, dicit sponsa: uox con-
sobrini mei. dum loquitur cum filiabus Hierusalem et rogat, 2
ut excitent et resuscitent sponsum, subito tamquam de longinquo
missae uocis sonum sentiens dicit: uox consobrini mei,
adnuntians quem nuntiari sibi ante quaerebat. quem cupiebat ab
aliis suscitari, sua prece resuscitatum a patre uenire iam credens
laeta dicit: uox consobrini mei. bene addidit 'consobrini
mei', ut non aliae, sed consobrina sola sibi eius uindicaret aduentum.

6. Ecce, inquit, iste aduenit. adhuc ego eum quaero
et ille iam uenit, adhuc ego suffragia capto, ut ueniat, et ille iam
proximus est. ego suscitari mihi caritatem cupio, ego me uulnera-
tam caritatis puto et ad me plus caritas ipsa festinat. ego dixi 'ueni',
ille salit et transilit. ego rogo eum uenire cum gratia, ille gratiarum
operatur augmenta et, dum uenit, incrementa gratiae secum uehit
et ueniendo adquirit, quia studet etiam ipse suae placere dilectae.
salit super excelsa, ut ascendat super sponsam — sponsae enim tha- 2
lamus tribunal est Christi —, salit super Adam, transilit super syna-
gogam, salit super gentes, transilit super Iudaeos. uideamus salien-
tem: salit de caelo in uirginem, de utero in praesepe, de praesepio in
Iordanem, de Iordane in crucem, de cruce in tumulum, in caelum de
sepulchro. proba mihi, Dauid, salientem, proba currentem; tu enim 3
dixisti: exultauit tamquam gigans ad curren-
dam uiam. a summo caelo egressio eius et oc-
cursus eius usque ad summum eius, nec est qui
se abscondat a calore eius. ergo et nunc salit et nunc

2.5.8.10*Cant. 2, 8 4.12 cf. Cant. 2, 7 6 cf. Cant. 1, 7
11 *suffragia capto* = Hor. Epist. 2, 2, 103 12 cf. Cant. 2, 5 23*Ps. 18, 6—7

1 possumus *Oa* 2 colloquentibus *a* 5 uox — 10 aduenit *om. N*
6 adnuntiant *Pm1* 7 resuscitauit *T* 9 aliena *O* 10 inquid *G* aduenit
inquit iste *M* iste] *add.* iam *O* eum] enim *N* 11 capto] peto *O* ueniant *O*
13 caritatis] caritate *Mm2a* uenit *Om2* 14 *alt.* ille] iste *GMNOPRa*
15 augmentum *O* 16 studebit *ex* studiet *Nm2* 17 super sponsam] ad
sponsam *Ov* 18 Adam] ecclesiam *Gm2MNPTa* 20 uirgine *P* de prae-
sepio in Iordanem *om. AGm1OR* 21 Iordanem] iordane *a* crucem] cruce *a*
de sepulchro in caelum *MN* 23 tamquam] ut *MN* gigas *AGm2MNORm2av*
gygas *P* currendum *ARm1* 24 caeli *P* 26 ergo *om. Gm1*

currit de corde patris super sanctos suos, de oriente super occidentem, de septentrione super meridiem. ipse est qui ascendit super occasum, ipse super caelos caelorum ad orientem; ipse ascendit super montes, ipse super colles.

7. Utinam ego miser dicam, dicat anima mea: *ecce iste aduenit* et aduenit non super terrena, non super ualles, sed aduenit *saliens super montes!* deus enim deus montium est, non uallium. ubi ergo salit? super montes salit. si sis mons, salit super te. salit super Esaiam, salit super Hieremiam, salit super Petrum Iohannem Iacobum. *montes in circuitu eius.* si non potes mons esse nec praeuales, esto uel collis, ut super te Christus ascendat et, si transilit, ita transiliat, ut te transitus eius umbra custodiat.

8. Diximus de Christo et ecclesia; dicamus de anima et uerbo. anima iusti sponsa est uerbi. haec si desideret, si cupiat, si oret et oret adsidue et oret sine ulla disceptatione et tota intendat in uerbo, subito uocem sibi uidetur eius audire quem non uidet et intimo sensu odorem diuinitatis eius agnoscit, quod patiuntur plerumque qui bene credunt. replentur subito nares animae spiritali gratia et sentit sibi praesentiae eius flatum adspirare, quem quaerit, et dicit: 'ecce iste ipse est quem requiro, ipse quem desidero'.

9. Nonne, cum aliquid de scripturis cogitamus et explanationem eius inuenire non possumus, dum dubitamus, dum quaerimus, subito nobis quasi super montes altissima dogmata uidetur ascendere, deinde quasi super colles apparens nobis inluminat mentem, ut infundat sensibus quod inuenire posse difficile uidebatur? ergo quasi
2 ex absente fit praesens uerbum in cordibus nostris. et rursus, cum aliquid nobis subobscurum est, tamquam subducitur uerbum et

2 cf. Ps. 67, 5 3 cf. Ps. 67, 34 5.7* Cant. 2, 8 7 cf. III Reg. 21 (20), 28 10 Ps. 124, 2

2 septemtrione *GP* 3 caelos — 7 montes *om. N* 6 et] ecce *O* 7 montes] *add.* salit si sis mons *O* 8 est] *add.* et *v* ubi ergo salit *om. N* 11 non potes *om. P* nec] non *Mm2NP* 12 si] sic *O* ita transiliat *om. AGm1OPR* 16 assiduo *a* uerbum *av* 17 uidit *ORm1* 18 odorem] ore *NTm1* ora *Tm2* patientur *Aμ* 20 iste *om. MN* 21 ipse *om. a* 24 uidentur *NT* 26 inueniri *Om2* 27 uerbum—rursus *om. N* in *om. O* rursum *MOT* 28 tamquam — et *om. b*

tamquam absentis aduentum desideramus et iterum apparens ostendit se nobis, tamquam praesens sit nobis in his quae requirimus cognoscendis. salit ergo in uniuscuiusque corde frequenter; transilit et exit et reuertitur, si sequaris, si requiras, si tibi fidelium grata disceptatione doctorum uerbum, quod exierat atque transierat, postules resuscitari, sicut illa, quae quaesiuit et inuenit, quae dixit: frater meus transiuit; anima mea exiuit in uerbo eius.

10. Ergo et si super montes salit, sequere, et si super colles, sequere. repperiuntur enim in montibus et in collibus uenatores domini, qui inuestigant eos qui capiuntur ad uitam. sic enim dixit per Hieremiam deus: ecce mitto multos piscatores et multos uenatores et uenabuntur eos super omnem montem et super omnem collem. ibi ergo populus dei quaeratur et inueniatur in Petri et in Pauli doctrina gratia disciplinae, ut non in conualle sint, ubi fletus, sed in montibus, a quibus unumquemque Christus inluminat. et cum Petrum legimus 2
Christus inluminat, et cum Paulum legimus Christus inluminat. curauit Paulus, Christus inluminauit, quoniam inuocato domini Iesu nomine resurrexit cuius sanatus est munere. suscitauit mortuam Petrus, Christus inluminauit; et ideo ait: inluminans tu mirabiliter a montibus aeternis.

11. Nos igitur, qui montes esse non possumus, stemus in montibus uel in collibus, ut, cum miserit piscatores suos dominus et uenatores, ut uenentur eos, qui super omnem montem sunt uel super omnem collem, id est in legis et prophetarum praeceptis et noui et ueteris testamenti cognitione omnem habentes conuersationem, inueniant nos paratos et uelut bonas colligant spicas oportuno missi

7*Cant. 5, 6 12*Hier. 16, 16 16 cf. Ps. 83, 7 19 cf. Act. 14, 7—10 20 cf. Act. 9, 37—41 21 Ps. 75, 5 28 cf. Matth. 13, 30

1 et] *add.* cum *G (s. l.) MNTa* apparet *GMNPm1RTa* 2 iis *v* 4 sit tibi *G* si tu *Mm2* sibi *N* gratia *GMm1NRav* gratiae *P* 5 atque] et *M* postulet *Mm1NT* 7 exiuit] transiuit *MN* 10 reperiuntur *GOPm2av* *alt.* in *om. N* 15 *alt.* in *om. MNO* gratia — 16 fletus *om. N* 16 disciplina *Ov* ut *om. A* ualle *T* 17 et cum — 18 *alt.* Christus inluminat *om. APm1* 19 paulum *O* inluminauit] illuminat *MN* 21 inluminas *Pm1RT* 25 *pr.* super — 28 spicas *om. N* 28 uelud *MRm1* opportuno *v*

messores tempore, quia, si quis extra montem aut collem fuerit repertus, colligi uelut bona spica non poterit ab his, qui, ut conparationis faciamus alterius mentionem, triticum a paleis separare mittentur. plurimarum operationum sollertes ministros dominus habet; idem piscatores, idem etiam uenatores sunt atque messores.

12. Si in tempore messis, quo diriguntur isti, meriti maturus expectes, salientem in montibus poteris intueri et uidebis dominum Iesum similem capreolo aut hinulo ceruorum super montes Bethel. salit enim super ecclesiam, quae est domus panis, eo quod fidelium corda confirmet. merito sicut capreola, quia caprea in altis pascitur. 2 δορκὰς dicitur a uidendo; δορκατικὸν etenim uisus acutioris est. quid hoc aptius Christo, qui patrem uidit quem uidit nemo, aut si qui uidit in Christo, ipse filius reuelauit? merito sicut hinulus ceruorum; hinulus quasi filius, cui paternae inoleuerit uis naturae, ut eum occulta non lateant, serpentes fugiant, uenena non laedant. denique eductus de latibulis suis serpens, qui producebatur ex homine, dicebat: quid uenisti ante tempus torquere nos?

13. Spectemus ergo salientem hunc hinulum, ut non possimus timere serpentem. non timebat Dauid; denique de his dicebat serpentibus: *et respondebo exprobrantibus mihi uerbum, quoniam speraui in uerbis tuis.* quasi bonus ceruus, qui bibisset de fontibus aquarum, nequaquam humanorum serpentium spiras et maledicorum uenena metuebat. coluber illi non 2 erat noxa, sed praeda. cibus erat serpentini uirus adloquii et cibus laudis, de quo dicebat: deus, laudem meam ne tacueris, quoniam os peccatoris et os dolosi super

8 cf. Cant. 2, 9 9 cf. Ps. 103, 15 12 cf. Ioh. 6, 46 13 cf. Matth. 11, 27 17* Matth. 8, 29 20* Ps. 118, 42 22 cf. Ps. 41, 2 25* Ps. 108, 2

2 iis *v* 3 mittuntur *AR* 4 plurimarum] *add.* igitur *av* habet dominus *O* 5 etiam *om. O* 7 espectes *A* expectet *GMm1PR* 8 hinnulo *GMNORm1av* 10 caprea] capreola *O* 11 dorcas *codd. av* dorcaticon *AGmg.m2MNPTa* dioraticon *GMmgm2R* diorcation *O* dorcadion *v* enim *MNv* acutior *a* quod *O* 12 hoc *om. v* aptius] acutius *av*, *add.* a *OR* *pr. et alt.* uidet *Ov* quis *MNOav* 13 ipsi *MN* 13.14 hinnulus *GMNOav* 16 ex] de *O* 18 hinnulum *GMNOav* 21 quia *MNOav* uerbis] sermonibus *ORv* 22 seruus *AGm1* 26 quoniam] quia *NTa* quo *R* *alt.* os *om. a*

me apertum est. saginabatur uenenatorum sermonibus; illi sibila obtrectationis ora tollebant et sermonibus odii circumdabant innocentem. bonus ceruus inter multos colubres positus non timebat, ceruus amicitiae et pullus gratiarum. simulabant caritatem, fundebant obtrectationem; ego autem, inquit, orabam. bonus 3 ceruus in medio uiperarum innocuus pascebatur. illi trisulcis ore linguis micabant, hunc autem sancta pascebat oratio, immo cibum obtrectantibus offerebat. respondit obtrectantibus sibi uerbum, uerbum enim cibus est; denique non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. uiderunt me, inquit, et mouerunt capita sua. maledicebant, ego autem benedicebam. maledicebant qui obtrectabant, benedicebam qui uerbum domini praedicabam.

14. Quam bonum est ferre conuicium et conuicium non referre! deum praesulem adquirit qui conuicianti nescit irasci. denique quanta patientiae gratia dicentis: maledicent ipsi, et tu benedices! beatus qui maledicta non sentit, beatus quem maledicta non permouent; non enim potest maledicto moueri, qui maledicta hominum diuino munere benedictionis excludit. non potest sentire maledictum, qui habet uerbum, et non potest referre maledictum, cui in ore semper est uerbum.

15. Sed est etiam bonus serpens, quem iste ceruus non laedat: estote astuti sicut serpentes, et: sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. in serpente aereo figuratus est meus serpens, in ligno illo exaltatus est meus serpens, serpens bonus. bonus serpens, qui de ore suo remedia, non uenena fundebat. potest

2 cf. Uerg. Georg. 3, 421 cf. Ps. 108, 3 5 Ps. 108, 4 6 cf. Uerg. Georg. 3, 439 9*Luc. 4, 4 10 Ps. 108, 25 11 cf. Ps. 108, 28 16*Ps. 108, 28 23*Matth. 10, 16 Ioh. 3, 14 25 cf. Num. 21, 8

2 sibilo *Gm2* obtrectationes *AMNm2PRT* obtrectationum *Gav* ore *APm2R* attollebant *Mm2Pm2* 3 colubros *ANOPm2av* 4 fundabant *Pm1Rm1* 6 ore *Ihm* ora *codd. av* 7 cibum—9 enim *om. R* 8 sibi *om. N* 10 uidebant *a* 11 benedicebam] inquit orabam *MNT* 12 *pr.* qui] quia *Om2* *alt.* qui] quia *O* 13 dei *O* 19 diuinae *GOPm2av* 22 etiam *om. MN* 23 estote] *add.* inquit *av* astuti] prudentes *O* 25 eneo *O* 26 serpens, serpens] serpens *a*

2 non timere serpentes, qui hunc nouit adorare serpentem. de hoc ser-
pente dicit illa quae diligit: *ecce hic post parietem no-
strum prospiciens per fenestras, eminens
super retia. respondet consobrinus meus et
dicit mihi: surge, ueni, proxima mea, formosa
mea, columba mea, quia ecce hiems praeteriit,
imber abiit, discessit sibi; flores uisi sunt in
terra.* serpens profecto est, qui decursa hieme amictu corporis se
3 uolebat exuere, ut specioso decore uernaret. idem ergo est ceruus et
serpens; ceruus habens cornua legis et gratiae — cornua eius duo
sunt testamenta —, uelox gressu, impiger incessu, qui totum facile
orbem percurrat uno momento, ubique celebrabilis; serpens quo-
que bonus, cuius priora dente legis non mordeant, posteriora non
4 uulnerent euangelii lenitate. caput defendit a uulnere, qui legem
uenit non soluere, sed tueri ab interpretationibus perfidorum. cau-
dam in flagella diffundit liberam, cupiens aduersarios magis flagel-
lare quam perdere. bonus coluber in gremium dilectae atque in ipsum
intimae sinum mentis facilis inlabitur et adtactu nullo implicans
ignem ossibus praecordia ipsa depascitur.

16. Pulchre lectum est hodie: *ecce ego mitto uos sicut agnos in medio luporum.* celebramus enim diem sanctorum, quo reuelata sunt populis corpora sanctorum martyrum, qui uelut boni serpentes depositis carnis exuuiis temptationum hiemalium rigore superato et spiritus sancti renouati gratia aestiua mundo luce fulserunt, missi uere ut agni in medio luporum. lupi sunt enim persecutores, lupi sunt haeretici omnes; docere nesciunt, ululare consuerunt.

2*Cant. 2, 9—12 14 cf. Matth. 5, 17 17 sqq.] cf. Uerg. Aen. 7. 347. 350. 355. 2, 215 20*Matth. 10, 16. Luc. 10, 3 22 *sanctorum*] Geruasii et Protasii; cf. Ambros. epist. 22

1 serpente—12 celebrabilis *om. N* 2 hic] *add.* stat *Gm2Tm2a* 4 super *AOv* per *cet.* respondit *AGOPRa* 5 exsurge *b* 6 hiemps *GOPm1R* 7 sibi —*p. 119*, 3 hereditario *desunt in A* *def. A* 8 terram *R* 11 toto *Mm1OPRm1T* 12 orbe *OPRm1T* ibique *Gm1* 13 dentes *a* non *om. MNT* im (in-)mordeant *MNPTa* 15 caudam—19 ossibus *om. N* 18 adtactam *R* 19 igne *GR* 20 pulcre *M*, *add. in mg.* geruasii et protasii *PR*, *in textu O* 21 agnos] oues *a* 22 *pr.* sanctorum *om. a* quo—sanctorum *om. P* 23 carnis *om. N* 25 fulsere *a* uero *a* 27 consueuerunt *v*

17. Sed nemo moueatur, si in medio luporum mittitur. beneficio Christi et lupus ipse mutatus est; Beniamin lupus rapax apostolus Paulus factus est, non iam insidiator ouilium Christi, sed defensor et custos. cum hoc lupo uersari libet, per hunc lupum factum est, ut simus tuti in medio luporum. nemo iam ueretur lupos; cum his pascimur, sicut scriptum est: tunc lupi et agni simul pascentur.

18. Sed iam consideremus, quid sit quod ait propheta: *et non auferas ex ore meo uerbum ueritatis usque quaque, quia in iudiciis tuis supersperaui.* uiderat ecclesia uel anima iusti salientem sicut hinulum super montes; repente proximum aspiciens post parietem domus suae prospicientem per fenestras, eminentem super retia exultat et gaudet, quia etiam ipsa amatur a sponso, qui tamquam et ipse uulneratus caritatis decore dilectae primo, cum abesset, ad oscula rogatus adfuerit — rogatur enim, cum dicitur: osculetur me ab osculo oris sui —, deinde preces sponsae blanditiasque non spreuerit dilecta sibi ubera praedicantis atque in interiora domus eam benignus induxerit, denique tamquam lasciuienti ludens amore, quia uellet pertemptare sensus amantis, saepe egressus, ut quaereretur a sponsa, saepe regressus, ut inuitaretur ad oscula, adstiterit post parietem, prospexerit per fenestras eminens super retia, ut non totus abesset nec quasi totus intraret et ipse ad se sponsam uocaret, ut ueniendi ad se inuicem fierent gratiora commercia amorisque uim mutuis adolerent sermonibus. exurge, inquit, ueni, proxima mea, formosa mea, columba mea.

2 Gen. 49, 27 cf. Rom. 11, 1 5 cf. Matth. 10, 16 6*Esai. 65, 25 8*Ps. 118, 43 11 cf. Cant. 2, 8—9 14 cf. Cant. 2, 5 16*Cant. 1, 2 17 cf. Cant. 1, 4 25*Cant. 2, 10

def. *A* 1 medium *Ra* 2 iste *R* 4 custus *G* 8 non] ne *av* 9 ex] de *Ov* 10 speraui *GPRm1a* 11 ecclesiam *MT* animam *MNT* hinnulum *GMNOav* 12 aspiciens] aspicientem *O* 13 super] per *GPR* retia] *add.* et *M* 14 ab *OPR* 15 abisset *MN* 16 me ab] enim me *MN* osculis *b* 19 deinde *GOm2Pa* lasciuienti—25 adolerent *om. N* qui *O* uelit *av* 20 queretur *O* ab *MP* 21 mutaretur *Rm1* 22 prospexerat *Mm1* 24 amoremque *OR* amorumque *P* uim] suum *O. om. R* mutuis] ut suis *Gm1* 25 adoleret *Gm1R* inquid *Pm1*

19. Et tu si habeas fundatum parietem, non illum medium qui domus unius separet membra, sed aedificatum supra fundamentum apostolorum et prophetarum, ut compaginata eius structura crescat in templum nec disterminet eius interna sed muniat, si habeas ergo in te aedificationem dei et ad orientem pateant semper fenestrae tuae, uenit uerbum, stat post tuum parietem — o c u l i enim d o m i n i s u p e r i u s t o s —, prospicit per fenestras tuas.

20. Quae sunt fenestrae istae? legimus fenestras, de quibus dicit Hieremias: i n t r a u i t m o r s p e r f e n e s t r a s, per quas intrauit auaritia, intrauit libido. oculus tuus fenestra est, intrauit mors per oculum tuum. si uideris mulierem ad concupiscendum eam, intrauit mors per oculum tuum. si uideris possessionem uiduae uel minoris et concupieris inuadere, indefensam putans aetatem esse uel sexum — sed non sunt indefensi quos dominus uult esse defensos —, intrauit mors per fenestram. si audieris decorem mulieris aut thesauros minoris et tuas excitaueris cupiditates, intrauit mors per
2 fenestram. sicut ergo per haec intrat mors, intrat et uita, si decorem puellae aspiciens sacrae uenereris dominum Iesum, quod in teneros annos uenerit a e t a s s e n e c t u t i s, u i t a i n m a c u l a t a, et ipse filiam tuam offeras, ut pio consecretur uelamine; si possessionem minoris non tamquam sollicitus inuasor aspicias, sed quasi parens sedulus religioso tuearis affectu. per has fenestras prospicit Christus et uocat sponsam, eminens super retia.

21. Bene 'eminens', quia solus est quem retia non inuoluerint peccatorum. omnes intra retia erant, immo adhuc intra retia sumus, quia nemo sine peccato nisi solus Iesus, quem non cognoscentem peccatum peccatum pro nobis fecit pater. etenim tradidit eum laqueis, tradidit eum retibus, mittens eum non in peccato, in quo erant

1 cf. Eph. 2, 14  2 cf. Eph. 2, 20—21  6 cf. Cant. 2, 9  Ps. 33, 16  9 *Hier. 9, 21  11 cf. Matth. 5, 28  19 Sap. 4, 9  22 cf. Cant. 2, 9  26 cf. II Cor. 5, 21

*def. A*  2 super *O*  3 structura *om. N*  4 minuat *GMNPm1*  5 semper *om. N*  7 per] post *GNPR*  9 hieremias dicit *MN*  13 inuadere] *add.* et *a*  esse aetatem *MN*  15 per fenestram mors *MN*  audis *N* uideris *Oav*  17 *pr.* intrauit *MNT*  *alt.* intra *O*  18 teneris annis *Ov*  19 uenerit—23 retia *om. N*  20 auferas *GPm1R*  23 Christus] deus *M*  ut *Tav*  uocet *Rav*  24 inuoluerunt *Mm2*  26 Iesus] deus *MNT*  27 *alt.* peccatum *eras. N*  pro nobis *om. MN*

omnes homines, sed in similitudine carnis peccati, ut de peccato dam-
naret peccatum in carne. peccatum erat caro secundum illud, quia 2
hereditario erat damnata maledicto, peccatum erat inlecebra et
ministra peccati. uenit dominus Iesus et in carne peccato obnoxia
militiam uirtutis exercuit. facta sunt membra nostra iam non arma
libidinis, sed arma uirtutis; namque ubi erant incentiua libidinis,
ibi nunc sunt domicilia castitatis. hic ergo uenit ad laqueos, sed uo-
luntarius, uenit ad retia, sed securus.

22. Plena erant omnia retibus, referta laqueis. audi dicentem:
*in uia hac qua ambulabam absconderunt la-
queum mihi*, et in libro Sapientiae Sirach moneris, ut cogno-
scas quia in medio laqueorum ambulas. quot uitia, tot retia, quot
peccata, tot laquei; hereditarii iam te nexus tenebant. uenit ad la-
queos Iesus, ut Adam solueret, uenit liberare quod perierat. omnes
retibus tenebamur, nullus alium eruere poterat, cum se ipsum non
posset exuere. talis ergo necessarius fuit, quem uincula generationis 2
humanae delictis obnoxia non tenerent, non cepisset auaritia, non
ligasset dolus. is solus erat Iesus, qui cum huius carnis se circum-
dedisset uinculis, captus non erat, non erat alligatus, sed disrumpens
ea atque dissoluens ad se magis uocauit ecclesiam, prospiciens per
laqueos, eminens super retia, ut et ipsa disceret uinculis non teneri.
denique eo usque non longe a uinculis fuit, ut pro nobis subiret et 3
mortem, sed tamen non seruus mortis effectus, sed liber inter mor-
tuos; liber enim erat, qui soluendae mortis potestatem habebat.
denique ipse te doceat, qui ait: *soluite hoc templum, et
in triduo resuscitabo illud.*

23. Audiamus itaque quid dicat: *exsurge, ueni, pro-
xima mea*, hoc est: surge a mortuis, exsurge a uinculis quibus

1 cf. Rom. 8, 3 5 cf. Rom. 6, 13 10 Ps. 141, 4 11 cf. Eccli. 9, 13 (20) 14 cf. Matth. 18, 11 21 cf. Cant. 2, 9 25*Ioh. 2, 19 27*Cant. 2, 10

1 similitudinem *Pm2* 3 *pr.* erat] *pergit A* peccato *Am2* 5 uirtutis mi (ma- *N*) liciam *MN* 7 hic ergo] *inc. prius fragm. Cantabrigiense* (= *C*); *cf. Praefatio* 8 uenit-securus *COav*, *om. cet.* 9 omnia (*s. l.*) erant *M* omnia *om. N* retibus *om. AR* laqueis, referta retibus *av* 10 absconderunt] *add.* superbi *a* 11 syrac *C* sirahac *N* Syrach *a* noueris *N* 12 ambulabas *a* 13 ad *om. N* 16 possit *GPa* eruere *Nm2* exuere (eruere *O*) non posset (-it *Rm1*) *AOR* 18 his *O* 19 dirumpens *GMOPm2Rav* 21 et *om. MNT* 22 a *om. R* 24 potestatem mortis *M* habet *O* 25 templum hoc *O* 26 illud resuscitabo *Cb* 27 exurge *COPa* 28 exurge *COa* a *om. Rm1*

circumdata tenebaris. exsurge, quia ego resurrexi tibi, solue uincu
lum iniquitatis, quia ego iam solui tibi. ueni, quia iam retia soluta
sunt. uirgo peperit, puer natus ex uirgine est, nihil debet muliebri
2 hereditati, quasi filius mulieris non tenetur. cerne medium parietem
maceriae iam solutum, qui interiorum affectuum concordiam diui-
debat et in diuersum excitabat dissensiones corporalium passionum.
ueni ergo secura; cupio uidere faciem tuam et audire uocem tuam.
ueni, ut iam me non per retia uideas, sed facie ad faciem uultibus
amatoris dilecta potiaris. ethice ista decursa sint; mystica autem
illa, si possumus, uel linea intueamur extrema.

24. Sedebat intra domum sponsa deuota domino intra parietem
legis et prophetarum spiritalium lapidum exaedificatione fundatum,
qui claudebat atque uallabat domum regiam plenam iucundita-
tis atque laetitiae. mirabatur thesauros regios et intuebatur solli-
cite, cupiens sapientiam, quae has sibi diuitias demonstraret, adsci-
2 scere. in secreto erat, sed secreti ipsius interpretem requirebat. uenit
dominus Iesus saliens super montes — nobis sero uidebatur uenire, sed
ille properabat —, saliebat denique et transiliebat, ut Iudaeorum cor-
poralia et saxosa dogmata transiliret. adstitit post parietem domus
quae erat in ueteri testamento, prospiciens per legis fenestram, per
prophetarum cauernas. nondum erant domus illius aperta uestibula,
nondum claues scientiae portarum claustra patefecerant, quibus
3 legis claudebantur interna. de superiore tamen, hoc est spiritali
parte prospectans ecclesiam uocat, ut per legem et prophetas euan-
gelii uertice sublimis adsurgens retia Iudaicae interpretationis et
nodos intrepido calcet uestigio. ideoque proxima uocatur, ut adhae-

4 cf. Eph. 2, 14 10 *linea extrema*] cf. Ter. Eun. 640 17 cf. Cant. 2, 8 19 cf. Cant. 2, 9 22 cf. Luc. 11, 52 26 sqq.] cf. Cant. 2, 10

1 exurge *Oa* resurrexi tibi *om. N* surrexi *MΓ* uincula *Ca* 2 iam—tibi *om. N* retia iam *Cm1* 4 quia quasi *a* 5 macheriae *CPR* mecherie *O* 8 me non — 16 requirebat *om. N* facie] faciem *Cm1* 9 amatoriis *MTa* ethice] et hic ei *AOR* et hic *G* et hicce (-ce *in ras.*) *M* 10 illa *om. R, add.* iam *Pm2* linea] mea *Cm1* 12 fundamentum *APm1R* 13 quid *R* iocunditatem *Cm1* iocunditatis *cet. praeter Am1, a* 15 adsciscere] addiscere *CO, add.* et *C* 16 querebat *M* 17 Iesus *om. Cm1* 20 *alt.* per *AOv, om. cet.* 23 superiore *Cm1* superiori *Gm2MNP* 24 profetas *R*

reat Christo, mundana non quaerat, ideo formosa, ut speciosos euangelizantium pedes proferat, ideo columba, ut spiritalia petat, terrestria derelinquat.

25. Ecce, inquit, hiems praeteriit, imber abiit, discessit sibi; flores uisi sunt in terra. ante aduentum Christi hiems erat; uenit Christus, fecit aestatem. tunc omnia erant florum indigua, nuda uirtutum; passus est Christus et omnia coeperunt nouae gratiae fecundari germinibus. imber abiit luxuriae profluentis et nubila taetris orta flagitiis aestiua iam purae conscientiae serenitate laxantur. ideo non euadunt, quorum fuga 2
hieme fit, quia non secuntur domini passionem, non tollunt crucem suam et Christum secuntur. imber impedit flores, et nunc flores uidentur in terra; boni flores apostoli, qui diuersorum scriptorum atque operum suorum fuderunt odorem.

26. Tempus secandi aduenit, quoniam matura in horreis frumenta conduntur et qui metit, mercedem accipit. uox turturis audita est, quia inuenit sibi nidum; ecclesia enim domus est castitatis. ficus, quae propter infecunditatem iubebatur excidi, fructus ferre iam coepit. uinea translata ex Aegypto iam non maceriis destructa depositis incursatur a bestiis nec informis sentibus, sed odora iam floribus, quae solebat facere spinas, fructu curuescit uuarum.

27. Merito igitur sanctus Dauid pascha domini celebrans et feruenti spiritu tempora ingressus aestiua, qui in uerbo dei fructus uarios colligebat, hiemis aduersa declinans ait: et ne auferas ex

4*Cant. 2, 11—12 10 cf. Matth. 24. 20 11 cf. Matth. 16, 24 15*Cant. 2, 12 16 Cant. 2, 12 18 cf. Cant. 2, 13 cf. Luc. 13. 6—9 19 cf. Ps. 79, 9. 13. 14. Cant. 2, 13 25*Ps. 118, 43

3 delinquat *N* 4 inquid *Cm1M* hiemps *CNOR* praeterit *Pm1* 5 uisi sunt sibi flores *AR* uisi sunt flores *O* 6 hiemps *NOR* 7 erunt *G* florum indigua] floruerant indicia *C* indiga *GMNav* 8 fecundare *AGORa* 9 luxoriae *Rm1* profluentis luxuriae *M* tetris *codd. praeter P* ora *CAMNPRa* horrida *M s. l. m2* 11 sequuntur *Aav* 12 sequentur *C* sequuntur *ARa* secuntur christum *MN* impetit *Cm1* et] at *Cav* 13 diuersum *Cm1* 15 quo *MNTa* 16 condantur *MNT* accipiat *Mm2* accepit *Pm1* 18 quae] qui *AGm1Pm1R* uidebatur *MN* 19 iam ferre *av* uinea *om. Cm1* 20 macheriis *CPm1R* ne *a* 21 odora iam] odoratam *Cm1* turgescit *Gm2Mm2Tm2* 23 pasca *a* 24 quia *R* fructos *Cm1* 25 ex] de *MNO*

ore meo uerbum ueritatis usque quaque, quia
in iudiciis tuis supersperaui. quantus labor est, ut
uerbum percipias, quantum iterum periculum, si amittas! et ideo
tibi dicitur: noli neglegere gratiam quae in te est.
2 excole diligenter quasi bonus agricola campum tuum, ut pascantur
agni tui et sata tua floreant. non auferatur ex ore tuo uerbum, ne
forte uerbis facta non congruant et deforment iniquitatis opera magi-
sterium disciplinae. tollitur ex ore uerbum, cum dicitur peccatori:
quare tu enarras iustitias meas? et ipsa obmutescit
facundia, si aegra sit conscientia. ueniunt aues caeli; etiam ipsae
tollunt uerbum ex ore tuo quae tollunt uerbi semen e saxo, ne fruc-
tum adferat.

28. Nunc consideremus, utrum etiam ex corde possit auferri
uerbum ueritatis; radicatum enim uerbum atque depressum et in-
fixum mentibus nostris difficile auferri potest. denique dictum est
a domino: quare tu enarras iustitias meas — non
dixit: 'quare cogitas iustitias meas?' — et adsumis testa-
2 mentum meum per os tuum? non dixit 'per cor tuum'.
sermo cohibetur indigni animi, non obstruitur paenitentia; insolen-
tiam prohibet, non excludit correctionem. cauendum tamen est, ne
et ipsa interius corda turbentur et offundat tenebras malitia, ut cor
uanis cogitationibus obcaecatum lucem ueritatis amittat fulgorem-
3 que uerbi capere non possit. si igitur Dauid orat, ne auferatur ex ore
suo uerbum et, si auferatur, non usque quaque, id est non penitus
auferatur, quis tantus est, qui in potestate sua gratiam disputationis
esse commemoret, praesertim si uita redarguat quod doctrina prae-
sumat et iudicio dei damnanda committat? is enim, qui in iudiciis

4 I Tim. 4, 14  9. 16 Ps. 49, 16  10 cf. Matth. 13, 4

2 speraui *Ca*  6 uerbo *G*  7 factis uerba *v*  deformet *MNPRT*  9 ipse *N*  obmutiscit *Am1Pm2Rm2*  11 tuo] *add.* sunt enim (et *Ta*) tempora temptationum *Gm2Tm2a*  ne] *add.* radicem habentes *a*  12 ad (af-)ferant *AMm1NPRTa*  13 Nunc] non *Am1*  utrum] uerum *Cm1*  14 est enim *AGm1R*  17 cogitasti *AGOPRv*  iustitias *om.* *Cm1*  meas *om.* *AGOPR*  adsumes *C*  20 correptionem *O*  est tamen *O*  21 offendat *Cm1* effundat *GOP*  malitie *Cm1*  23 posset *N*  25 aufertur *Cm1Mm2Pm2T*  26 commemoretur *AR*  praesertim — redarguat *om.* *N*  uitam *T*  docere *M* doceri *NPm1T* doctrinam *Rm1*  27 committatur *R*  is] ipse *O*  qui in iu —] *desinit* *C*

dei sperat, seruare potest uerbum ueritatis, quia, dum ueretur poenam, custodit gratiam.

29. Ideoque ait: *et custodiui legem tuam semper, in aeternum et in saeculum saeculi.* duo dixit, cum unum satis esse posset, si unum significare uoluisset. sed quia non solum in praesenti uitae huius tempore, sed etiam futuro post huius uitae curriculum custodienda promittitur, ideo arbitror et secundum eos, *qui exemplari et umbrae seruiunt caelestium*, et secundum eos, qui in caelestibus siti secundum ueram legem cultus deo deferunt, pollicetur sibi esse uiuendum, ut et hic et ibi legem custodiat, hic in exemplari, in speculo, in aenigmate, illic in ipsa facie ueritatis.

30. Possumus et illud intellegere, quia διὰ παντὸς non solum id significat quod dicitur 'semper', sed etiam id quod 'per omnia', quia ille per omnia legem custodiat, qui, cum sit eruditus in lege, sub lege natus et supra legem deuotionis suae gradum prouehens, liberatus a lege — *Christus enim nos redemit a maledicto legis* — non sine lege dei, sed in lege factus est Christi. aut certe sic per omnia legem custodiamus, si legitimam pueritiae atque adulescentiae disciplinam, iuuentutis conuersationem, senectutis maturitatem tramitemque singulis praescriptum aetatibus nequaquam uitae nostrae usus excedat. similiter etiam animae nostrae 2
quaedam esse uidentur aetates, per quas percurrit et transit, ut possit dicere: *cursum consummaui.* denique animae aetas est illa, de qua dicitur: *et aetas senectutis uita inmaculata.* per omnia ergo legem custodit, qui et in his corporis nostri aetatibus et in illis animae nostrae processibus non deuiarit a lege.

3*Ps. 118, 44 8*Hebr. 8, 5 11 cf. I Cor. 13, 12 17*Gal. 3, 13 18 cf. I Cor. 9, 21 24 II Tim. 4, 7 25 Sap. 4, 9

3 custodiam *Ov* custodibo *a* 4 aeternum] seculum *MN* quum *Pm1* 6 etiam] *add.* in *Rm2av* 7 custodienda] *add.* lex *Gm2av* promittit *Pm2* et] et quia *GNOPRa* quia *M* quia et *v* 11 speculo] *add.* et *OP* 13 διὰ παντὸς *av* *Διωπ(NR) ωN ΔR* dionon *M ΔΙΟΝΟΝ NOP* diapsalma (*s. ser. m2 ΔΥΑΝωΝ*) *G δι' ὅλων susp. Ihm, cf. pag. 93, 19* 15 custodit *Ov* natus sub lege *O* 16 promouens *Gav* liberatur *codd. av, correxi* 17 redemit] liberauit *M* 18 legis] *add.* et ideo *Gm2Tm2a* 19 custodiemus *a* 20 adque *NPm1* adolescentiae *Am2GMNORm2* 21 praescriptam *Pm2* 22 excidat *Pm1* 23 quas—25 qua *om. N* 25 senectutis] *add.* illius *MN* 27 deuiaret *G* deuiauerit *MNO*

31. Quintus uersus est: *et ingrediebar in latitudine, quia testimonia tua exquisiui.* qui secundum mandata angustam et artam graditur uiam, ambulat in latitudine. unde legimus: *in tribulatione dilatasti mihi,* et alibi: *in tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine.* sapiens enim in cordis sui ambulat innocentia et de eius fonte superfluunt aquae super eius plateas, qui mentem suam non intra corporalia et terrena concludit,
2 sed dirigit ad caelestia, ut conuersatio eius in caelo sit. audi nullas angustias sentientem: *pressuram,* inquit, *patimur, sed non angustamur.* et quomodo coangustari poterat, cuius os semper patebat, ne credentes coartarentur? ipse exponat, quid sit ingredi in latitudine. dicit enim, quia, si corpus angustum est, *cor nostrum dilatatum est. non angustamini in nobis, coartamini autem in uisceribus uestris.*

32. Coangustari in Paulo non poterant, in quo erat altitudo sapientiae et fidei latitudo. quomodo enim poterant coartari in eo, qui erat uas electionis aeternae? sed coartabantur in semet ipsis, quia inprobus in se ipso coartatur, malitiae suae laqueis strangulatur. constitue mihi auarum, uillarum cotidie terminos proferentem, excludentem uicinos: utrum is tibi dilatari an coangustari uidetur, quem terra ipsa non capit? quantacumque spatia domus suae porrexerit, clauditur angustis opinionis suae finibus cui quod habet non est satis. sed non talis est, qui potest dicere: *et ingrediebar in latitudine.* addidit etiam causam: *quia testimonia,* inquit, *tua exquisiui.*

1*Ps. 118, 45 3 cf. Matth. 7, 14 4 Ps. 4, 2 5*Ps. 117, 5 6 cf. Ps. 100, 2 7 cf. Prou. 5, 16 9 cf. Phil. 3, 20 10*II Cor. 4, 8 12 cf. II Cor. 6, 11 14*II Cor. 6, 11—12 19 cf. Act. 9, 15 25*Ps. 118, 45

1 quintus—est *om. Mv* 3 latitudinem *Pm1R* 9 caelis *MNT* nullas] in illas *a* 10 inquid *M* 11 angustiamur *Ga* angustari *O* 12 ipse] in se *M* 13 etsi *Rav* angustatum *MNv* 14 nostrum] meum *NT* angustiamini *Oa* 20 semet *O* strangulatus *Gav* transgulatur *O* 21 uillanum *a* cottidie *Pm2* 22 an] in *A* non *Ov* uideatur *Mm2* 23 spatie *Pm1* 24 angustiis *Gm1PRm1* 26 addit *A* 27 inquid *Pm1*, *om. O* tua inquit *a*

33. *Et loquebar in testimoniis tuis in con-
spectu regum et non confundebar.* grate conuenit
ista uox martyri, qui uocatus ad sacrilegium exprobrantibus sibi re-
gibus crucifixum Iesum non erubescebat, sed magis gloriabatur in
cruce Christi et illam mundi salutem esse testimoniis caelestibus
adstruebat. hos uocat Christus in sponsa, dicens in Canticis canti- 2
corum: et ueni, tu columba mea, in tegimento
petrae iuxta praemunitionem, hoc est: ueni iuxta
euangelium. propugnacula fidei tuae gesta sunt Christi, muri tui
subsidia uerba sunt domini, passio dominici corporis tua uirtus est.
ostende mihi faciem tuam et insinua uocem
tuam, quia uox tua suauis est et facies tua
pulchra. suauis est uox, quia ore confessio fit ad
salutem, et decora facies, quae non erubescit auctorem, non con-
funditur redemptorem. ostendit ergo faciem suam signaculum crucis 3
praeferens et insinuat uocem suam auctoritatem praedicationis ad-
sumens. in tegimento enim corporis Christi, quo redemptus est a
peccato, munimentum gratiae spiritalis inuenit, ut salutaria sibi et
sentiat et loquatur. suauis ergo uox quae in diuinis testimoniis loque-
batur, decora facies quae in conspectu regum non confundebatur.

34. Possumus et illos reges intellegere, quibus dicitur a Petro: uos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptionem. sunt enim reges, qui offerunt in Hierusalem sapientiae suae munera, quibus data est gratia uerbum loqui et quadam potestate regali flectere populos et animas mulcere sanctorum, non erubescentes in eo, quia nihil alienum ab honestate loquerentur, quos nemo redarguat et refellat,

1 Ps. 118, 46 7*Cant. 2, 13—14 11*Cant. 2, 14 13 Rom. 10, 10 22*I Petr. 2, 9 24 cf. Ps. 67, 30

3 uocatur *a* 4 gloriabitur *N* 7 ueni tu] uenit *AGR* ueni *MNP* ueni o *a* tegumento *Ov* 8 uenit *AGR*, *om. N* 13 pulcra *MN* 14 quae] quia *MNT* confundit *MO*, *add.* ut arguat *Tm2* 15 redemptore *a* tuam *Rm1* 16 efferens *Mm1* 17 tegumento *Ov* redempta *MNPav* 18 et *om. MN* 19 suauis] *add.* est *MN* 20 fundebatur *Pm1* 23 in adoptionem] in adoptione acquisitionis *M* adquisitionis *NO* 26 erubescentis *O* 27 loquuntur *a* repellat *codd. av*, *correxi*

quasi quia non sint digni quos idoneos Christus ministros noui fecerit
testamenti et iam in illo non erubescentes, eo quod non metuerent,
2 ne confunderentur disceptantium contra adsertione superati. rex
igitur est qui non erubescat, ne in actu reprehendatur, redarguatur
in sermonibus, eo quod et uita debeat esse fundatus et uerbo. itaque
quamuis perfectus ita esset propheta, ut non erubesceret in conspectu
regum, tamen meditabatur in praeceptis dei omni uitae suae tempore
et opera sua eleuabat, nihil agens quod terrenis cupiditatibus ad-
haereret.

35. Ideoque ait: *et meditabar in mandatis tuis
quae dilexi nimis et leuaui manus meas ad
mandata tua quae dilexi nimis et exercebar in
iustificationibus tuis.* pulcherrimus ordo iste, ut primo
meditemur et eorum praeceptorum, quae diligimus, sit nobis ad-
sueta meditatio; meditatione enim mandatorum caelestium operis
2 boni usus inolescit. nam sicut meditationi uerborum finis memoria
est, ut quae meditamur uerba teneamus, sic meditationis praece-
ptorum caelestium intentio uel finis operatio est actusque directus ad
implenda praecepta diuina, quae nisi quis diligat implere non poterit
nec solum diligat, sed etiam nimis diligat.

36. Ideo prius posuit: et meditabar in praeceptis
tuis quae dilexi nimis et subiecit: et leuaui manus
meas ad praecepta tua quae dilexi nimis. post
meditationem etenim bonum est leuare actus nostros ad praecepta
dei atque id facere cum caritate, cum gaudio, ut non ex necessitate
sit bonum nostrum, non cum maerore atque maestitia, sed uolunta-
2 rium, quia seruus inuitus facit, amicus uoluntarius. nos autem stu-
deamus, ut dicatur nobis: 'iam non dico uos seruos, sed

10.21*Ps. 118, 47—48 28*Ioh. 15, 15

1 quasi *om. G* quia] qui *Om1, om. MNTa, add.* si *s. l. G* quia non *om. P* sunt *G* christi *MNO* fecerit—10 ait *om. N* testamenti fecerit *AOR* 2 metuerant *G* 3 contraria *v* ad(as-)sertionem *GMOPT* 4 erubescit *Ga* nec *Mm1T* nec redarguatur *T* 6 ita perfectus *M* profeta *R* 8 operae suae *Mm2* eleuat *G* ele(-a-*Pm1*)uatus *Pa* eleuatur *R* *fort.* quo 10 meditabor *P* 12 et *om. AG* 13 odor *Mm1* iste ordo *b* 16 meditationis *O* 17 meditatione *Mm2* 18 oratio *codd. praeter O* 19 implendum *MNT* 20 *alt.* diligat *om. Mm1NT* 23 mandata *O* 25 cum gaudio] et gaudio *a* 27 inuitus] *add.* bonum *Tm2* 28 dicam *AMNav*

amicos, quia quasi amici mandatum dei ex uoluntate fecistis‘. qui autem meditatur et diligit et actus suos leuat, ut faciat quae placeant deo, is debet non neglegere nec transcurrere mandata diuina, sed exerceri in his, immorari plurimum, iustificationes dei crebro reuoluens sollicitae mentis affectu.

## VII.

## LITTERA ZAIN.

1. Littera secundum Hebraeos ‚Zain‘ significat Latine ‚duc te‘; alibi significat ‚huc‘. quid sibi uelit ista interpretatio, non satis liquet, nisi forte ut unusquisque se regat et ipse sui ductor sit; uel ‚huc‘, id est: quo litterae huius uersiculi uocant, dirigat iter. meritoque in primo statim uersu requiem suam postulat, quia ipse litterae septimus numerus est quietis. quae autem maior requies quam ut in uerbo dei requiescat atque eius se gratia et consolatione demulceat?

2. *Memento*, inquit, *domine, uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.* uerbum dei deiectos nos atque depressos ad caelestem gratiam prouocauit, ut desideremus aeternitatem, despiciamus praesentia, temporalium incuriosi futura et inuisibilia requiramus. uocat igitur nos ad se dei uerbum, sicut habes scriptum: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. ideoque sequamur uocantem dominum Iesum, ut a saecularibus ad perpetua transeamus nosque ipsos regere nouerimus.

3. Ergo Dauid, quoniam saepe responsis erat inuitatus caelestibus, quibus remunerationem fidei meritorumque speraret fore—

13 cf. Gen. 2, 2—3 15*Ps. 118, 49 20*Matth. 11, 28

5 affectu] *add.* Explicit de littera VI (sexta *P*). Incipit de littera VII (septima *P*) *APR*, *om. cet.* 8 Incipit littera. VII *O* zae *G* zai *MN* zae uel zain *O* Saen *a* ducte *Om1P* 9 hic *N* 10 doctor *Rm1* 11 id est] idem *R* quod *Gm1PRm1* 13 ut *om. T* 14 gratiae *MNPm1RT* et *om. MTm2* 18 temporalia *MNPT* incursiones *G* recusemus *MNPT* incursionum si *a* 20 habet *a* 21 reficiam uos *Mav* 23 nouerimus] nolumus *G* nolimus (*del.*) *R* ualeamus *MNPTa* 24 Dauid] *add.* uocatus erat dei uerbo (uerbo dei *a*) et spem in eo habuit *Gm2Tm2a* quia *M* 25 forte *O*

sicut habes scriptum dicente deo per Nathan prophetam: accepi te de ouili ex uno grege, ut sis in principem in populum meum Israel, et eram tecum in omnibus quibus ingrediebaris et exterminaui omnes inimicos tuos a facie tua, et infra: et requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis, quo responso accepto ait Dauid: quid sum ego, domine meus domine, et quae domus mea, quoniam dilexisti me in his? et memorata sunt minima in conspectu tuo, domine, et locutus es pro domo serui tui in longinquo, et infra ait: et nunc, domine meus domine, tu es deus et uerba tua sunt uera et locutus es pro seruo tuo bona haec. et nunc incipe benedicere domum serui tui, ut sim in aeternum in conspectu tuo, quoniam tu, domine meus domine, locutus es; a benedictione tua benedicetur domus serui tui in aeternum —, hoc igitur responso et aliis uocatus Dauid sperare non desinit et propheticae fidei auctoritate conuenit dominum, ut meminerit promissorum suorum quorum inmemor esse non soleat.
2 sanctis enim quodcumque spoponderit implere consueuit, nostrarum inmemor iniquitatum, suarum non inmemor sponsionum. denique scriptum est: ego sum ego sum, qui deleo iniquitates tuas, et memor non ero; tu autem memor esto, et iudicemur. uult obliuisci quaecumque minitatus fuerit peccatoribus, si uias aliquando conuertant, uult etiam conueniri, ut, si quis, ut sunt proposita secutis uirtutibus praemia, bene certauerit, fructum remunerationis expectet, quin etiam exigat, sicut

1*II Reg. 7, 8—9 5*II Reg. 7, 11 7*II Reg. 7, 18—19 11*II Reg. 7, 28—29 23*Esai. 43, 25—26

1 domino *MN* profetam *R* 2 *pr.* in *ras. G* princeps *G* 3 populo meo *MNT* 7 meus domine] meus *GO* deus meus *MNaμ* 9 memorati *Rm1* 10 tuo *om. M* 10.13.16 loquutus *P* 11 domine meus] domine deus meus *Na* 13 bona *om. N* 16 *pr.* domine] deus *N* meus domine] deus meus *a* a] et *a* 17 tui] tuo *Rm1* 18 uocitatus *a* 20 esse—22 inmemor *om. N* 21 sanctis] deus *MT* quocumque *Pm1R* quaecumque *OPm2v* 25 minatus *G* 26 fuerat *MNT* uias] *add.* suas *O* conuenire *AR* conuerti *O* 27 ut sunt] sicut *Gm1, om. av* secutus *Gm2MNPm1Tav* secus *Gm1* uirtutes *GMm2*

habes scriptum: *certamen certaui, cursum consummaui; reposita est mihi corona iustitiae.* non 3
enim arrogans usurpatio, sed fidelis, quia uerum deum non posse fallere confitetur. ideoque admonet et Dauid dicens, ut meminerit dominus uerbi sui, quo nos ad sperandum prouocat, ut terrenis renuntiemus, inhaereamus caelestibus.

4. Dicit ergo Dauid: 'certamen certatus sum; brauium peto uerbi tui quod promisisti mihi. memor esto promissorum tuorum quae spopondisti seruo tuo. non usurpatorie speraui, quae ut sperarem ipse fecisti. seruus sum, expecto alimentum a domino; miles sum, exigo ab imperatore stipendium; uocatus sum, postulo ab inuitante promissum'. uerecunde autem auctoritatem suae fidei temperauit dicendo se seruum, quia *oculi seruorum in manibus dominorum suorum.* haec ex persona Dauid propria bene prompta sunt.

5. Ceterum si quis informationem cuiusque hominis considerat, potest leuitis communia promissa librare, sicut habes: *date Leui uiros eius, date Leui manifestos eius;* potest etiam populi credentis electis adloquium istud aptare, cui per typum Ioseph primo in tribum eius nominis, deinde per tribum in primae electionis heredes transfusa est diuina promissio, dicente Moyse: *primogenitus tauri decus eius, cornua unicornui cornua eius; in ipsis gentes uentilabit simul usque ad summitatem terrae;* unicum enim uerbum dei hoc prophetatur oraculo toto per gentes orbe fun-

1 II Tim. 4, 7—8 13 Ps. 122, 2 17*Deut. 33, 8 22*Deut. 33, 17

1 certamen] *add.* bonum *Oav* consummaui] *add.* de cetero *O* 2 non] *add.* est *Gm2av* 4 ammonet *MNO* 5 uerbi sui dominus *M* qui *MNm1* 7 certamen] certaui *codd. praeter A* certatus sum *om. O* 8 uerbi tui *om. Mm1NT* 11 postulo] apostolus *codd. praeter G, om. O* promissum] *add.* posco *AMNPRT* postulo *O* 15 promta *AOP* propinata *MNT* 16 infornicationem *Mm1N* 19 populi *Gm2Ov* populis *cet.* credentis *Gv, om. R* credentibus *cet., add.* potest etiam populis *AMNOPT* eloquium *O* aptari *Gm2MNOTv* optari *a, add.* potest et surrecturae ecclesiae conuenienter aptari *Gm2Tm2a* 20 in tribu *b ex suis codd., correxi* in typo *mei aμ* *alt.* tribuum *a* 22 unicornui cornua *v* rinocerotis cornua *Mm2N, om. cet. a* 23 eius] illius *N, add.* cornua rinocerotis *Gm2Tm2* uentilauit *NPm1* 25 totu *Mm1* totum *NPT* per *om. R* orbem *NPT* fundentum *O*

dendum. hoc ergo surrecturae ecclesiae promissum Dauid uerecundus sui, inpatiens uero communis profectus morantis exigere uidetur.

6. Et addidit: *haec me consolata est in humilitate mea, quoniam uerbum tuum uiuificauit me.* haec est spes, haec, quae uerbo tuo obuenit mihi, consolata est me, ut tolerarem acerba praesentium, dum facit et fidere futuris. quomodo nos consoletur, accipe: quis nos separabit, inquit, a dilectione Christi? tribulatio an angustia an persecutio an fames an periculum an gladius? sicut scriptum est, quia propter te morti tradimur tota die, aestimati sumus ut oues occi- 2 sionis. et qua ratione illa patienter tolerari possint, addidit: sed in his omnibus superamus propter eum qui nos dilexit. ergo si quis uult aduersa superare, si est persecutio, si est periculum, si mors, si aegritudo grauis, si incursus latronum, si facultatum proscriptio, si quicquid eorum quae putantur in isto aduersa saeculo, facile superantur, si sit spes quae consoletur. nam etsi illa acciderint, tamen grauia esse non possunt dicenti: existimo enim quod indignae sint passiones huius temporis ad futuram gloriam. quisquis enim meliora sperat, numquam leuioribus frangitur.

7. In tempore igitur humilitatis nostrae spes consolatoria est quae non confundit; tempus autem temptationum tempus humilitatis animae nostrae arbitror. humiliatur enim nostra anima, dum traditur temptatori duris examinanda laboribus, ut luctetur et certet, 2 congressum contrariae experiens potestatis. sed in his temptationi-

3*Ps. 118, 50 7*Rom. 8, 35—36 12*Rom. 8, 37 19*Rom. 8, 18 22 cf. Rom. 5, 5

6 facit] fecit *Om1*, *add.* dum facit hoc, *sed del. G*, *deinde add.* Paulus contra nomen, non habet spei consolationem: dum patitur pro nomine, haurit spem de consolatione *Gm2Tm2av* fidere *scripsi* fideles *AOR* fidelis *Gm2MNPTav* fidelibus *Gm1* futuris *Gm1P* futuros *AORa* futurus *MNT* factus *Gm2v* 7 separauit *GPm1*, *add.* a caritate *MN* a dilectione *om. MN* 9 persequutio *AR* famis *A* 10 morti tradimur] mortificamur *O* 14 dilexit nos *O* eos dilexit *a* superare] tollerare *O* 16 quidquid *v* 19 sunt *GNPR* 24 anima nostra *MNav* 25 trahitur *Am1R* certet] exercet *a* 26 congressu *Nm1T* congressus *Nm2*

bus uiuificatur alloquio dei; haec est enim animae nostrae uitalis
substantia, qua alitur et pascitur et gubernatur, nec quicquam est
aliud quod uiuere faciat rationabilem animam quam alloquium dei.
sicut enim augetur sermo dei in anima nostra, dum suscipitur, dum
intellegitur, dum conprehenditur, ita etiam uita eius augetur, et
quemadmodum e contrario alloquium dei deficit in anima nostra,
ita et incurrit eius uita defectum. itaque ut conexio ista animae et 3
corporis nostri spiritu uitali animatur atque alitur et tenetur, ita
uerbo dei et spiritali gratia anima nostra uiuificatur. unde omni
genere studere debemus, ut reliqua omnia posthabentes congregemus
nobis alloquia dei et congeramus in principale nostrum, in sensus,
in sollicitudines, considerationes actusque nostros, ut alloquiis scri-
pturarum facta nostra conueniant nec a serie praeceptorum caelestium
actus noster discordare uideatur, quo possimus et nos dicere, quo-
niam eloquium tuum uiuificauit nos.

8. Tertius uersus est: *superbi inique agebant nimis, a lege autem tua non declinaui.* maximum pec-
catum in homine superbia est, quandoquidem inde manauit nostri
origo delicti. hoc telo nos primum diabolus uulnerauit et perculit.
nam nisi homo serpentis persuasione deceptus sicut deus esse uo-
luisset et uerum falsumque cognoscere, quod penitus discernere hu-
mana fragilitate non poterat ideoque quid sequeretur acceperat, ne
temeraria usurpatione de illa paradisi sede decideret, nisi, inquam,
homo suis non contentus finibus interdicta temerasset, numquam
feralis culpae ad nos transisset hereditas. et quid de homine dicam? 2
ipse diabolus per superbiam naturae suae amisit gratiam. denique
dum dicit: ponam thronum meum super nubes et ero similis altissimo, consortiis excidit angelorum;

14 cf. Ps. 118, 50 16*Ps. 118, 51 20 cf. Gen. 3, 5 27*Esai. 14, 13. 14

2 qualiter *P* qua alatur *Rm1* *alt.* et *om. a* quidquam *v* est *om. M* aliud est *Av* 3 facit *MNm1T* 7 uitae *Mm1NP* et *om. O* 9 dei *om. P* 11 nobis] *inc. alt. fragm. Cantabrigiense* (= *C*) congregamus *Cm1* congregemus *MNT* 13 ne *O* 14 nostri—uideantur *Ov* 16 est] *add.* III *R* 17 maximum] *add.* enim *N* 20 occasione *O* 22 quod *GMNPv* 23 sede *CO* amoenitate *Am2Gm2MT* patria *Nm2* felicitate *av*, *om. cet.* 25 ferales *Cm1* et *om. a* 26 suae naturae *O* ammisit *C* 27 nubes] aquilonem *O* 28 a consorciis *O*

cuius criminis digna mercede damnatus hominem sibi participem requisiuit, in quem consortium suae transfunderetur offensae.

9. Quid igitur hoc peccato potest esse deterius, quod a dei coepit iniuria? ideoque et scriptura dicit: *dominus superbis resistit.* tamquam suae contumeliae propulsator ueluti quoddam suscipit aduersus superbiam speciale certamen, tamquam dicat: 'meus iste aduersarius est, qui me lacessit; mihi debetur ista con-
2 gressio'. unde et apostolus multiplicis culpae materiam esse superbiam declarauit dicens de haeretico, quia *ei quae secundum pietatem est doctrinae non adquiescit, superbit nihil sciens, sed languescens circa quaestiones et pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiae, contentiones, sacrilegia, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum et a ueritate alienorum, existimantium quae-*
3 *stum esse pietatem.* quantorum itaque expressit causam esse delictorum superbiam! unde Dauid commendare uolens deuotionem suam nulla superborum iniquitate adtemptatam ait: *superbi inique agebant nimis.* non solum iniquitatem agentium, sed etiam nimiam iniquitatem pariter declarauit, quae conueniret superbis. quorum ne aliquo temptaretur contagio, audi alibi dicentem: *superbo oculo et insatiabili corde, cum hoc non edebam.*

10. Itaque quoniam, quanta uis mali in superbia esset, expresserat, quemadmodum uinceretur debuit nos docere meritoque quasi bonus doctor demonstrat remedium qui exaggerauit uenenum. audi ergo, quomodo excludas uirus superbiae: *a lege,* inquit, *tua non declinaui.* lex igitur dei sola potest superbiae uirus hebe-

4*Prou. 3, 34. Iac. 4, 6. I Petr. 5, 5  9*I Tim. 6, 3—5  18*Ps. 118, 51  22 Ps. 100, 5  27 Ps. 118, 51

2 transfunderet *AMOav*  3 esse deterius potest *O*  4 et *om.* *COav*  6 suscepit *Gav*  8 materiem *a*  9 quia] qui *O*  10 non adquiescit *Gm2Tv*, *post* est *add.* *MN*, *om.* *cet.* *a*  12 contentiones inuidiae *O*  18 nonnulla *a* adtemptatus *Mm2N* adtentatus *T*  20 etiam *om.* *AR*  21 conuenerit *AMNP*  26 exagerauit *CGMm1R*  27 excludat (*ex*-it) *O*  uiris *C* inquit] autem *P*  28 uiros *Cm1*

tare, quae informauit uirum deuotioni deditum, quali se regere debeat cautione. multi enim non solum alieni a fide, sed etiam qui ui- 2
dentur non mediocria scripturarum praecepta gustasse, temptari solent prosperis superborum processibus, uidentes eos, qui praeuaricantur legem, impietatis arbitros, adrogantes, contemptores fidelium, extollentes se aduersus eos, qui humiliant cor suum secundum timorem dei et praecepta caelestia, abundare in hoc saeculo diuitiis praeconio honoribus potestatibus eisque, quo grauiora commiserint, eo affluentiores successus commodorum saecularium secundare, contra autem iustos uiros plerumque laborare inopia, amissionibus filiorum, sterilitatibus coniugum, quo exagitati atque turbati sensum mentis inclinent, ut putent dei in hoc quoddam errare iudicium, non tenentes caput ueritatis, quo euidentissime conprehenditur non in hoc saeculo, sed in futuro repositam nostrorum remunerationem esse meritorum.

11. Sed paucorum est istud aduertere. denique in principiis etiam Dauid ipse temptatus est, sicut habes scriptum: *ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo obtinuerunt diuitias. et dixi: numquid sine causa iustificaui cor meum et laui inter innocentes manus meas et fui flagellatus tota die?* igitur et nostrum unusquisque, qui perfecti non sumus, haec uidens dicit: 'ubi est prouidentia dei, ubi iustitia? superbus iste abundat, adro- 2
gans iste locupletatur, impius iste beatus et potens est, iustus autem ille uides quemadmodum iacet deiectus atque defectus, quemadmodum ipso uictu indiget; adficitur contumeliis ab isto impio, ab

12 cf. Col. 2, 19 17*Ps. 72, 12—14

2 cautione] deuotione *MNT* 5 contentores *C* 7 domini *M* habundare *CORm2* praeconiis *Tm2a* 8 conmiserunt *C* 9 af(aff-*OR*)luentioris *OPm1R* affluentioribus successibus *a* 11 sterelitatibus *CMR* quo] co (c *s. ras.*) *C* 12 inclinant *a* quodam *CAOa* quodammodo *Mv* tenentis *Pm1* 13 capud *C* euidentissime] *add.* comprehendentissimeque *MNm1T* conprehendentissime *P* conprehendissime *Rm1* 17 dauid etiam *O* 18 habundantes *CMNOPm1R* 19 nuquid *C* 21 die] *add.* ita *Cav* 22 unusquisque nostrum *AOR* 23 est *om. M* habundat *CGMPR* 24 potens] potest *Gm1* 25 uidens *Cm1Mm1* defectus] despectus *a*, *add.* est *MNPRTa* 26 uicto *Cm1*

isto insolente conculcatur, excluditur'. non mediocris utique ista temptatio est, nisi ad ea quae sunt uentura prospicias, nisi praeceptis plenius caelestibus instruaris.

12. Denique et Dauid putabat se ante haec cognoscere, sed ne-
sciebat et ideo anxius fluctuanti animo laborabat. unde ait: et
aestimabam me scire hoc; labor est ante me, donec
ingrediar in sanctuarium dei et intellegam
in nouissimis, in quibus per id, quod se extulerunt superbi,
uidit prophetico spiritu deiectiores fore et ait: quomodo facti
sunt in desolationem? subito defecerunt et
exterminati sunt propter iniquitatem suam
2 sicut somnium exsurgentis. cognouit igitur impiorum
successus in hoc saeculo somnii esse similes, non ueritatis, quorum
emolumenta tamdiu uidentur esse dum dormiunt. ubi edormierint
somnium suum, qui uidebantur sibi potare iam sitiunt, qui epula-
bantur esuriunt, nihil solidum ex isto somnio perfectumque referen-
3 tes. et bene somnium dormiunt saeculares uiri, qui, licet saeculo
uigilent, deo dormiunt, de quibus bene sanctus Iob, qui eorum ante
afluentiam mirabatur, ait, quia sicut paleae iactantur a
uento et sicut puluis turbine dissipantur; moriuntur autem
cum amaritudine animae suae, nihil manducantes nihilque boni
4 habentes. iustus autem habens bonae fiduciam conscientiae in suis
magis nouissimis gratulatur et se uitae huius exitu a laboribus
intellegit liberari mercedemque boni operis et factorum requirit
dicens: reposita est mihi iustitiae corona, quam
reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex,
non solum autem mihi, sed etiam his qui
diligunt aduentum eius.

5*Ps. 72, 16—17 9*Ps. 72, 19—20 19 cf. Hiob 21, 18. 25 25*II Tim. 4, 8

1 isto] ipso *G* ita *a* temptatio ista *MN* 2 *alt.* nisi] *add.* in *MNT* 7 intrem *M* 8 nouissimis] *add.* eorum *MNT* 9 profetico *C* 10 sunt *om.* *GMNPRa* desolatione *C* 12 somnum *MNPm1Rm1* exurgentis *CMOa* 13 somnio—ueritati *O* 15 somnum *MNOPRTa* uidebatur *ARm1* 16 somno *CPm1* 17 somnum *CMNOT* 18 antea *a* 19 afluentiam *sic Cm1R* fluentiam *a* 20 turbidine *GPm1R* dissipatur *AM* 23 si *Cm2PR* 24 -que *om.* *A* 25 corona iustitiae *GMav* 27 etiam] et *Ov* illis *AOR* iis *v*

13. Sed hoc ille ait, qui poterat dicere: *a lege autem tua non declinaui*, in quo non solum boni operis elucet gratia, sed etiam intimae puritas conscientiae. lex enim non solum agendi munus informat, uerum etiam secretae mundat mentis affectum. non enim solum in operibus, sed etiam in ipsis occultis secundum legem domino militamus, quia lex dicit: *non fiat uerbum iniustitia occulta in corde tuo*, ut non solum nihil opere factisque delinquas, cum superbos uideris gloriari, nec sermone labaris, sed ne in corde quidem intimo, dum de dei iudicio disceptas, contrahas iniquitatis offensam, quae quo putatur occultior eo frequentior esse consueuit, quia tuto putat unusquisque quod huiusmodi disceptationes uelut saeptus uisceribus suis conscientiae suae credat, cum ipse sui accusator die iudicii sit futurus, qua reuelantur cordis abscondita, testimonium perhibente conscientia accusationibus nostris.

14. Cuiusmodi igitur sit propositum uiri sancti, hoc euidentius loco exponitur. primum enim memor esse debet promissorum caelestium, secundum quae uiuentibus merces statuta debetur. deinde aliud propositum uiri sancti est, ut, etiamsi in periculis et aduersis positus sit, spe tamen, quam hausit ex serie scripturarum, se debeat
consolari. tertium propositum, ut, etsi impios et sacrilegos uideat 2
et superbos inique agentes abundare diuitiis in hoc saeculo, non quasi incredulus declinet a lege, sed in eius semitis perseueret et effugiat superborum contagia. contaminat enim omnis inmundus, inmundus autem superbus, de quo scriptum est: *inmunda ante deum omnis tumiditas cordis*.

15. Quartum propositum uiri, ut memor sit iudiciorum caelestium, sicut Dauid adserit, qui dicebat: ***memor fui iudi-***

1 Ps. 118, 51 6*Deut. 15, 9 13 cf. Rom. 2, 15—16 25*Prou. 16, 6 (5) 28*Ps. 118, 52

1 dicere] *desinit C* 2 elucit *Pm1* 3 conscientia *Pm2* 4 emundat *av* 5 solum enim *MN* occultis] *add.* in quibus *MNPRT* 6 deo *O* 9 leueris *Pm1* in *om. MN* quidem] quod in *O* dum de] cum *O* de *om. N* 10 disceptes *O* 11 tuto] puto *codd. praeter O, del. P, add.* uiri sancti hoc esse propositum quo *Gm2Tm2* 12 huiusmodi disceptationes *Ov* huius disceptatione *cet. a* septus *codd. av* 13 in die *Ov* diei *P* qua *scripsi* quia *codd. av* 14 testimonio *AGPm1Rm1* 16 sit *om. O* 17 debet esse memor *MN* 18 secundo *Ov* uidentibus *A* 20 propositus *T* 22 habundare *GMPm1* 23 incredulis *Pm1* fugiat *av* 24 contaminatur *O* 25 inmundus *GOav* inmundas *Pm1, add.* est *MNT* 26 tumidi *GOav* 27 uiri] *add.* sancti *Ov*

*ciorum tuorum quae a saeculo sunt et me consolatus sum.* nisi enim unusquisque legis instructus et formatus exemplis credat semper uera esse dei iudicia, cito declinat a lege. qui autem praeterita repetit exempla et colligit seriem uetustatis, cognoscit, quod neque peccator poenam suae improbitatis euadat
2 neque iustus aequitatis suae praemiis defraudetur. retexit enim animo, quod ab initio Adam propter mandati caelestis praeuaricationem de paradisi eiectus sit incolatu et Cain parricidalis sceleris pretium diuinae sententiae auctoritate damnatus exsoluerit, quod Enoch propter deuotionem raptus ad caelum terrenae malitiae uirus euaserit, quod Noe propter iustitiam diluuii uictor generis factus superstes humani sit, quod Abraham propter fidem seminarium posteritatis suae toto orbe diffuderit, quod Israel propter laborum tolerantiam populum credentium proprii nominis signaculo consecrauerit, quod ipse Dauid propter mansuetudinem regali honore donatus senioribus fratribus antelatus sit, quod Helias propter zelum dei curru eleuatus in aerem caelestis sedis hospitium noui generis adquisierit incolatu.

16. Haec qui nouit retexere, habet unde gratiam suae consolationis adquirat, et contra qui non nouit, non habet unde consoletur. quapropter custodiamus iudicia dei, quia iudicia dei uera sunt, sicut habes: *iudicia dei uera, iustificata in semet ipsa, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum et dulciora super mel et fauum.*
2 *etenim seruus tuus custodit ea.* custodienti igitur dulcia sunt diuina iudicia, neglegenti autem ea amara esse non dubium

7 cf. Gen. 3, 24 8 cf. Gen. 4, 11—12 10 cf. Gen. 5, 24. Sap. 4, 11 11 cf. Gen. 6, 9 sqq. 12 cf. Gen. 22, 17—18 13 cf. Gen. 32, 28 15 cf. I Reg. 16, 11 sqq. 16 cf. IV Reg. 2, 11 22*Ps. 18, 10—12

1 me *om.* *N* 2 informatus *Ov* 3 exemplo *G*, *add.* plus *codd. praeter O* 4 exempla et *scripsi* eximit *ARm2* exemit *Rm1* et eximit *Pm2* ex semit *Pm1* ex semet *Mm1NT* et ex semet *Mm2v* et ex semet ipso (ipso *m2*) *O* et semper *Ga* 6 defrudetur *Mm1* pretexit *O* 8 paradysi *AMN* erectus *a* chain *AR* kain *M* caim *O* paricidalis *a* 9 exoluerit *a* 10 uirus malitiae *M* 12 sit *om.* *MN* 13 israhel *P* 16 datus *R* 17 curru] *add.* igneo *Gm2Tm2* 18 incolatum *R* 20 e contra *MNOa* qui non nouit—21 custodiamus iudicia dei *Tm2a*, *om. cet.* *v* 21 *alt.* dei iudicia *O* sunt—22 uera *om.* *a* 24 pretiosum] *add.* multum *MNO*

est, quia aduertit in obprobrii turpitudine peccatorum propositum sibi diuinae euentum esse sententiae. qui autem bene sibi conscius est, non turbatur utique dicens: heredes sumus dei, coheredes autem Christi, si tamen conpatiamur ut et simul glorificemur.

17. Sed quis nostrum huiusmodi, ut se diuinorum iudiciorum serie consoletur? terribilia sunt peccatoribus etiam humana iudicia; quanto magis diuina formidini sunt! denique ut hoc illa quae aeterna sunt colligamus exemplo, uidemus in hoc saeculo innocentes laetos ad iudicium festinare, odisse moras, celeritatem affectare iudicii, reos autem refugere et pauere, differre, uitare, maestificari denique, cum diem iudicii audierint constitutum. beatus itaque ille qui illud caeleste iudicium laetus expectat; scit enim sibi regnum caelorum, angelorum consortium, coronam quoque bonorum repositam esse meritorum.

18. Considerenus nunc, quod sit aliud propositum uiri sancti, et ex sequentibus aestimemus. *pusillanimitas*, inquit, *detinuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam.* non est hoc commune cum multis. nam plurimorum est contristari, si quam ab aliquo patiantur iniuriam, si laesi, si adpetiti, si decolorati sint; nostra enim causa nos infirmiores, fraudi
nobis aliquos dolemus fuisse. at uero qui fortior est, non propriam 2
contumeliam dolet, sed aliena peccata et in sua iniuria lapsum alterius ingemescit et causam se fuisse deplorat laedentis erroris. exemplum accipe apostolicum. Paulus enim in peccato flebat alieno, sicut ait ipse: nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi uobis per multas lacrimas, et cum ipse contristaretur, eos ipsos quos arguebat contristari nolebat.
denique addidit: non ut contristemini, sed ut scia- 3

3*Rom. 8, 17  17*Ps. 118, 53  26 II Cor. 2, 4  29*II Cor. 2, 4

1 quia] *add.* non *a*  aduertent *G* aduertet *PR*  obprobrio in *O* peccator *4 codd. apud b*  2 qui—5 glorificemur *om. N*  6 sed] si *O*  huiusmodi] *add.* est *O* habet gratiam *Tm2*  ut *del. R*  7 peccatoribus *om. MNT*  8 formidinis *MNT*  quae] *add.* uere *Ov*  9 uideamus *MNT*  10 iudicia *MN*  11 fugere *O*  uitare] *add.* iurare *a*  17 et *om. A*  ex *om. N*  inquid *Mm2*, *om. Mm1NPT*  detenuit *GRm1* tenuit *MNPT*  18 a] pro *MNPT*  21 decolerati *GMN*  .causa] *add.* est *Gm1Nav*  24 ingemiscit *AOPm2Rm2av* errore *a*  26 ipse ait *av*  28 tristaretur *a*  contristare *MNOPm1*

*tis quam caritatem habeo in uobis abundantius.* contristari enim uolebat usque ad paenitentiam lapsos, non usque ad maestitiam profundiorem, tantum ut eorum qui arguebantur maestitia gaudium fieret arguenti. unde ait: *si enim ego contristo uos, quis est qui me laetificet nisi*
4 *qui contristatur ex me?* arguit itaque, ut alleuet diuturnitatem maestitiae, quo paenitentia fieret in salutem; damnat ut absoluat, excludit ut recipiat, non ignoscit ut liberet. ideo talis Paulus, qui bene peritus in lege cognouerat praeceptum dicentis: *pusillanimitas detinuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam.*

19. Dolebat Dauid, non quia contemnebatur, non quia adpetebatur ipse, sed quia lex dei relinquebatur, et eorum qui hoc faciebant damnum dolebat, quod perirent deo. sicut bonus pater in frenesi constituti filii, cum ab eo maledicatur, uerberetur, adficiatur iniuriis, non suam, sed aegroti deflet aerumnam et contumeliam dolet, non quo sibi sit inrogata, sed quia per furorem quid faciat aeger ignorat, ita uir bonus, cum uidet peccatorem non reuereri, non honorare etiam canos senioris, quo praesente aliquid faciat indignum, non agnoscere quadam peccandi insania, quam indecora et inhonesta committat, quasi moriturum dolet, quasi desperatum a medicis ingemescit et ut bonus medicus primo monet, deinde, etiamsi grauia patiatur, tamen, tamquam ille aegrum, etsi caedatur, sustinet, etsi maledicatur, non relinquit et quicquid potest medicinae adhibere, non denegat nec tamquam contumacem deserit, sed tamquam bene de se meritum omni studio sanare contendit, exercens non solum artis peritiam, sed etiam mentis benignitatem.

20. Ita ergo etiam iustus et cum contemnitur a peccatore, non auertitur, et cum laeditur, furoris illud putat esse, non inprobitatis,

4*II Cor. 2, 2   9*Ps. 118, 53

2 contristare *MNPRm1*   3 at] *add.* ex *MNT*   4 gaudio *P*   5 quis] et quis *O*   6 diuturnitate *A*   8 tales *MNPm1RT*   9 quia *Ov* (*non a*)   10 detenuit *MNPm1*   12 Dauid *om. MNT*   ipse appetebatur *av*   14 fernesi *N*   17 quo] quod *ab*   facit *N*   aeger ignorat *om. N*   18 etiam *om. Mm1N*   19 senis *O*   faciat aliquid *av*   20 peccati *O*   indecora] inhonora *a*   21 ingemiscit *AGm2OPm2Rm2av*   23 derelinquit *OP*   29 laeditur] maledicitur *P*

magisque uulneri eius medicinam adferre desiderat et conpatitur et dolet non propter se, sed propter illum, qui desperato laborat incommodo, et dicit hunc unum ex fratribus sic laborare, sic adfici, ut faciat mihi iniuriam, qui si agnosceret me honoraret utique, certe non laederet. quid enim laesus est meo facto, ut habeat laedentis affectum? 2 quoniam ergo non subpetit causa laedendi, non potest culpa esse propositi. ergo, si iustus sum, adficior propter caritatem, propter dilectionem, propter ecclesiae damnum, propter corporis detrimentum. possum etiam illud dolere, quod, etiamsi ego laedentem non laeserim et non sim mihi conscius, quod eum in me aliquibus iniuriis excitauerim, tamen causa illi fuerim lapsus eius, quod innocentem laedendo delinquat, quod factus sim ei materia peccati.

21. Hoc ergo dolet Dauid et ideo dolet, quia, cum unum membrum patitur, et cetera membra conpatiuntur. ideo forte et illud positum est: i u s t u s  i n  e x o r d i o  s e r m o n i s  a c c u s a t o r  e s t  s u i. nam etsi possit iustus habere in se quod accuset et iustus esse, quia nemo sine peccato praeter unum deum, et possit etiam peccator hoc ipso iustus esse, quia accusator est sui secundum illud: d i c  i n i q u i t a t e s  t u a s,  u t  i u s t i f i c e r i s, attamen forsitan etiam aliquibus non uideatur absurdum, ut etiam de illo dictum sit, quod iustus sit qui se accusat pro alio, etiamsi in se nihil habeat quod accuset.

22. Quam igitur in his omnibus sancto Dauid uiri iusti prima persona conueniat, consideremus. accusauit se nullo accusante, peccatum confessus est proprium, quando percussus est corde, eo quod numerauerit plebem. qui et dixit ad dominum: p e c c a u i,  d o m i n e,  q u o d  f e c e r i m  h o c  u e r b u m.  e t  n u n c,  d o-

13 cf. I Cor. 12, 26  15*Prou. 18, 17  19*Esai. 43, 26  26*II Reg. 24, 10

1 uulneris *codd. praeter OPm2, a*  cumpatitur *OR*  5 meo] in eo *a*  6 quoniam] cum *GMNOPT*  ergo cum *av*  laedentis *AR*  9 quod *om. AMm1 NOPR*  10 eum] ea *AGNPR* eam *M*  11 fuerim illi *O*  innocentem] *add.* me *a*  12 sum *O*  peccati materia *MNP*  13 dauid dolet *P*  14 *pr.* et *om. MNT*  16 habere] *add.* nihil *MNPR*  *alt.* iustus] *add.* non *AMNPR*  18 ipsum *N*  19 tamen *O*  20 uidetur *O*  eo *M*  23 uiri *om. Rm1*  uiro iusto *Mm1*  iusti uiri *Rm2*  prima] superna *G* primatus *Mm2*  24 persona *om. GMNPTa*  conueniant *GPm2a*  25 *alt.* est] *add.* in *a*  26 numerauit *Oa*  qui et dixit] cum ita dicit *O*

mine, aufer iniquitatem serui tui, quod deli-
2 qui uehementer. itaque quamuis scriptura habeat, quod ad-
posita est ira dei, ut irasceretur in Israel, quo regis prolapsio excusari
uideretur, tamen, cum uidisset angelum qui stragem plebis efficiebat,
percutientis ictui se ipsum obiecit dicens: ecce ego peccaui
et ego pastor malignum feci, et hic grex quid
fecit? fiat manus tua in me et in domo patris
3 mei. quasi iustus ergo accusator sui in ipso sermonis exordio et
peccatum suum agnouit et iniquitatem propriam confitendo iustifi-
catus est in semet ipso. alibi quoque de Uriae morte coargutus a pro-
pheta ait: peccaui domino; cui responsum est propter pae-
nitentiam ablatum a domino eius esse peccatum.

23. Item alio loco, cum Semei malediceret ei et lapidaret eum
saeptum bellatoribus, per quos uindicare se posset, patienter ferebat,
ne uerbo quidem referens contumeliam. quin etiam cum Abisai dux
eius caput maledicentis uellet auferre, ait rex: quid mihi et
tibi est, fili Saruiae? quod maledicit mihi,
2 dominus dixit ei maledicere Dauid. primum igitur
culpam eius excusauit et causam ad domini retulit uoluntatem, se-
cundo in suum meritum retorsit, ut non illum errasse, sed se me-
ruisse significaret, tertio maledictionem illius sibi non solum non no-
cere, sed etiam prodesse memorauit, sicut scriptum est: et dixit
Dauid ad Abisai et ad omnes pueros eius: ecce
filius meus, qui exiuit de semine meo, quaerit
animam meam; quanto magis filius Ieminei!
3 granditer impetum infregit ultoris; quomodo enim maledictum ex-

3 cf. I Par. 21, 7 5 *II Reg. 24, 17 8 cf. Prou. 18, 17 11 II Reg. 12, 13 16 *II Reg. 16, 10 22 *II Reg. 16, 11

1 aufers *R* 3 israhel *P* quod *MNOTa* prolapso *GNm1Pm1Rm1T* prolapsum *Nm2a* prolapsus *O* prolapsu *Pm2Rm2* excusare *codd. praeter R, a* 4 uidetur *AR* 5 ictu *Pm1* 6 malum *O* 7 *alt.* in *om. MNP* domum *AMNOPRav* 8 sui] *add.* fuit *Ov* sermonis exordio] initio sermonis *MNT* 10 uri *ARm1* coarguitur *Mm1* coarguitus *NPT* a *om. MN* 12 a domino ablatum *MN* 13 loco *om. Mm1N* eum] ei *A* 14 septum *codd.* bellatoribus] *add.* cum (eum *M*) *AGMNPRTa*, *del. M*, *exp. R* quosdam *T* possit *GPm1* 15 contumelias *O* abessai *P* abesai *R* Abessa *v* 16 eius *om. O* 17 sarbiae *P* 18 ei ut malediceret *MNT* 20 se *om. Mm1N* 21 tertio *om. MN* 23 abisam *A* abessam *P* abesam *R* Abessa *v* 25 quanto—Ieminei *om. AGm1MNO* iemini *G* gemini *a* 26 grandem *Ga* fregit *Ga*

tranei pro regis iniuria uindicaret, cum filii adhuc parricidium inultum maneret? non utique extranei maledictum et filii parricidium aequa esset lance pensandum. et addidit: sine illum maledicere, quoniam dixit illi dominus, donec uideat humilitatem meam et retribuat mihi dominus bona pro maledicto. est et aliud iusti propositum 4
longe omnibus perfectius et potentius, interuenire pro persequentibus, excusare peccantes, quod legimus in euangelio dicente domino Iesu, cum crucifixus esset a perfidis: pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt.

24. Liquet igitur his magisteriis doctrinae caelestis, quod iustus se accusare malit quam alium deformare. denique de Ioseph, cui desponsata erat Maria mater domini, scriptum est quod, cum eam grauem utero uidisset, cum esset iustus, noluit eam traducere, et utique nullum adhuc audierat oraculum. ita non solum ab ultionis 2
atrocitate, sed etiam ab accusationis seueritate iusti aliena persona est potiusque ducit suam remissionem accusari, quod non uindicauerit, quam alienum crimen urgere. sed dices: 'quomodo dixit ipse Dauid: laetabitur iustus, cum uiderit uindictam impiorum?' mihi uidetur, quia laetetur quod ipse euaserit, non quia impii puniantur. quaeramus aliud iusti propositum ex sequentibus.

25. Itaque dicit: *cantabiles mihi erant iustificationes tuae in loco peregrinationis meae.* merito peregrinationibus non frangebatur, superbos declinabat eorumque prosperis successibus non mouebatur, consolabatur se in iudiciis caelestibus, angebatur in alienis peccatis, quia cantabiles habebat iustificationes dei. quae enim bene tenemus cantare consueuimus

3 *aequa lance pensandum*] cf. Plin. Nat. hist. 7, 7, 5 *II Reg. 16, 11—12 9 Luc. 23, 34 13 cf. Matth. 1, 19 19*Ps. 57, 11 23 Ps. 118, 54 26 cf. Ps. 118, 52

3 lance pensandum esset *O* 4 illi dixit *A* 5 retribuit *Rm1* 7 pro persequentibus *post* peccantes *tr. O* 8 et excusare *Oav* 9 perfidis] *add.* iudaeis *MNPT* ignosce *AR, cf. p. 45, 7* 11 magisterii *AR* 12 aliunde formare *P* iosep *MN* 13 domini] *add.* sicut *R* 16 persona iusti aliena *v* 17 suam ducit *MN* uindicauerit *ed. Romana* indicauerit *Ov* indicauerit *cet. a* 18 urguere *GMNPR* arguere *Ta* 21 iusti *om. GMNOPRa* 23 ita *AO* 25 peregrinantibus *O*

2 et quae cantantur melius nostris adhaerent sensibus. non enim perfunctorie transeamus quae legimus, ut tunc tantum, cum legimus ea, in memoriam eorum redire uideamur, sed etiam, cum abest codex manibus, tamquam animantia, quae probantur et munda habentur in lege, etiam quando non pascuntur ruminare consuerunt, ex semet ipsis alimenta sibi recondita proferentia, ita et nos de nostrae memoriae thesauro, de interioribus nostris ruminandum nobis pabulum
3 spiritale promamus. hymni nobis, canticum nobis, psalmi nobis iustificationes domini sint. psallamus spiritu, psallamus et mente, ne, si obliti fuerimus, in tempore necessitatis dicatur unicuique nostrum: abiecisti sermones meos post te.

26. Ideoque, ut expelleretur et eliminaretur obliuio a domo sancta sua, cantatores sibi fecit uerus Salomon, qui toto spiritu inquirendae cognitioni diuinitatis intenderent, ne psallentes deessent ecclesiae suae, quorum cantu nequam spiritus fugaretur, sicut Dauid sancti docemur exemplo, quo psallente malus ille spiritus expellebatur,
2 qui Saul regis corda uexabat. prophetae quoque, ut prophetarent, psallendi peritum iubebant psallere, quo suaui inuitata dulcedine spiritalis infunderetur gratia. et in euangelio legimus in domo patris illius filium recuperantis percrepuisse symphoniam, qua epulantes delectabantur fideles, perfidus autem inpatienter audiebat. dulcis igitur est cantilena quae non corpus effeminat, sed mentem animumque confirmat. ideoque canticum dicitur domini testamentum, quia remissionem omnium peccatorum dominique iustitias in scripturis
3 euangelii suaui mentis exultatione concinimus. ipse quoque dominus non dedignatus est dicere: cantauimus uobis et non

4 cf. Leu. 11 8 cf. Eph. 5, 19 9 cf. I Cor. 14, 15 11*Ps. 49, 17 13 cf. II Par. 5, 12 16 cf. I Reg. 16, 23 17 cf. IV Reg. 3, 14 sqq. 19 cf. Luc. 15, 25 26 Luc. 7, 32

3 sed] si *Gm1* adest *Gm1P* 5 quando *Ov* curando *Gm1* currendo *cet.* cum *a* sed ruminare *ANPT* consueuerunt *Av* 6 proferentes *AGMNPRa* 7 pabulum] parabolam *Gm1* 8 promanus *ARm1* 9 si] cum *a* 10 necessi- *def. A* tatis tempore *M* dicamur *Am1R* nostrum *om. MN* 11 post te — *cap. 31, 2* dixerit ergo circum *desunt in A* 12 expelleret *Gb* eliminaret *GPb* elimaretur *OR* obliuia *GPb* 13 fecit] *add.* rex *a* solomon *R* inquirendo *Ga* anquirendae *Pm1* 14 cognitionem *Ga* 15 spiritus nequam *M* 17 uersabat *O* 20 praecrepuisse *b* 22 est *om. Ga* qua *R* effeminatur *Pm1R* 24 remissionem] remissio est *MNPm2T* dominique] denique *MNPT*

saltastis. cantauit nobis in euangelio ueniam delictorum, debuerunt Iudaei mentem adtollere non histrionico corporis motu, sed sancto spiritu, non fecerunt; ideo reprehenduntur.

27. Sed etiam et corporis saltatio in honore dei laudabilis habe-
tur. denique saltauit Dauid ante arcam domini et uidit eum Melchol
filia Saul saltantem et percutientem in organis harmonizatis in con-
spectu domini et ait ad eum, posteaquam se domum recepit: quid
utique honorificatus est rex Israel, quia denudatus
est hodie in oculis puellarum suarum ancilla-
rum sicut unus ex saltatoribus? et dixit Da- 2
uid ad Melchol in conspectu domini: benedic-
tus dominus qui elegit me super patrem tuum
et super omnem domum illius constituere in
principem super plebem suam Israel; et ludam
in conspectu domini et denudabor adhuc sic
et ero nugas in conspectu tuo et cum puellis
cum quibus dixisti me nudatum glorificabor.
et Melchol, inquit, filiae Saul non erat filius 3
usque in diem mortis eius. euidens itaque exemplum,
quod et propheta, qui et percutiebat in organis et saltauit ante
arcam domini, iustificatus est et illa, quae reprehendit eum, sterilitate
damnata est.

28. Sed non satis est ut aliquis cantabiles habeat iustificationes dei, nisi terrenarum exeat seruitio sollicitudinum. ideoque addidit: in loco peregrinationis meae. conuenit sibi, siquidem

6 cf. II Reg. 6, 14 7* II Reg. 6, 20—23 25 Ps. 118, 54

*def. A* 3 spiritu] *add.* sed quia *MNP* 4 et *om. Ga* honorem *GOav* 5 archam *MOm2R* eum *post* saltantem *tr. a* melchol *Pm1* michol *cet.* (*av*) 6 harmonizatis *μ ex cod. Remig.* amizatis *Gm1Mm1Pm1Rm1Tm1* ormizotis, *add.* id est de ormonte factis *Gm2* armizatis *Mm2ORm2* ormizatis *mg. MNTm2*, *add.* de ormonte factis *N* armigatis *Pm2* ferro ligatis *mg. T* armzatis *a* 8. 14 israhel *P* 11 michol *codd. praeter P, item lin. 18*; *add.* saltabo *ed. Romana*, *post* domini *add. Engelbrecht* 12 elegit me *om. N* 13 illius] *add.* uoluit *a* me constituere *Nm2* in *om. Mm1N* 14 suam *om. a* et ludam *Ballerinii codd.* et iuda *AGMOPRa* et iudam *NT* (*μ*), *add.* saltabo *μ* et Iudam: et ludam *b* 16 nugax *Ov* (*non a*) conspectu tuo] conspectuo *G* 17 duxisti *N* nudatus *Mm1P* nudatas *N* 19 in] ad *MNP* 20 quod] quo *Tm2* et (*post* qui) *om. MNOv* 21 archam *R* sterelitate *Rm1* 24 exuat *MOR v*, *add.* se *Ov* seruitio] se uitio *R*, *cf. p. 56, 25*

et alibi ait: aduena ego sum in terra hac. unde et apostolus non uult nos in domo dei fideique uocatione aduenas esse atque peregrinos, sed ciues sanctorum et domesticos dei. qui enim domesticus est dei, exul est mundo, qui conuersatur in caelestibus, peregrinus est terris. peregrinabantur in hoc mundo Hebraei, naturam incendii non sentientes; cantabiles habebant iustificationes dei, cum hymnum deo de creaturarum laudatione cantarent.

29. Denique qui cantat uacuus est et diuersarum cogitationum curas relegat, sequestrat auaritiam et non solum corporis uoce, sed etiam mentis uiuacitate se mulcet. non enim tamquam maestus inopiae sollicitudine, sed tamquam liber ab omnibus corporalium affectibus passionum canebat idem propheta: psallam tibi, deus, in cithara, sanctus Israel. gaudebunt labia mea cum cantauero tibi, et anima mea
2 quam redemisti. cantabat haec laetus, tamquam his melioribus epulis pasceretur; epulabatur enim animus piae deuotionis alimento. non solum itaque hymni et psalmi, sed etiam legis praecepta cantabilia sanctis sunt. denique cantabat Moyses, qui legem accepit, cum praetergressus pedibus mare seruati populi ductor iustificationes domini praedicaret.

30. Superest adhuc propositum egregium uiri iusti, quia omni tempore circa dei laudes esse debet intentus, non solum die, sed etiam nocte. ideo addidit: *memor fui nocte nominis tui, domine, et custodiui legem tuam.* uideamus, si et ille memor est, qui uocat dominum uerbo, non custodit autem mandata diuina. de quo satis dictum est, quia non quicumque dicit 'domine domine' acceptus est Christo, sed qui operibus

1*Ps. 38, 13 2 cf. Eph. 2, 19 5.7 cf. Dan. 3, 24 sqq. 6 cf. Ps. 118, 54 12*Ps. 70, 22—23 18 cf. Ex. 15 23 Ps. 118, 55 26 cf. Matth. 7, 21

*def. A* 1 sum ego *GNPav* 2 deuotione *G* 3 atque] et *Gav* 4 dei est *GMNPav* 5 Hebraei] *add.* id est tres pueri *NPTa* 7 ymnum *O* 8 deinde *GNOPav* 9 culpas *a* religat *GOa*, *add.* id est abicit *MNP* et *om. GMNP* uoce corporis *M* uocem *NTa* 10 mentis] *add.* suae *a* uanitate *ex* uacitate *G* uanitates emulcet *a* 13 deus *om. Na* cythara *MNR*, *add.* deus *MN* israhel *P* 17 ymni *MNO* etiam] et *MN* 18 cantauit *GMNTa* 22 laudem *MNT* debet esse *O* 23 ideoque *av* in nocte *MN* 25 uocat] custodit *O* 26 mandata] uerba *M* dictum est satis *av* 27 dixerit *MNT* Christo *om. a*

bonis fidelem suum probare potuerit affectum. fides ergo, probitas, innocentia memorem probant. quod autem ait: m e m o r f u i n o m i n i s t u i, plena deuotio est, quia nemo dicit dominum Iesum nisi in spiritu sancto. hoc nomen inuocetur diebus et noctibus, nullum tempus precandi uacuum sinat sancta deuotio praeterire.

31. Si studentes igitur doctrinis saecularibus perparum somno indulgent, quanto magis, qui deum cupiunt cognoscere, non debent somno corporis inpediri, nisi quantum naturae satis est! Dauid per singulas noctes lectum suum lacrimis diluebat, surgebat etiam noctis medio, ut domino confiteretur, et tu totam noctem sopori existimas deputandam? tunc magis tibi orandus est dominus, 2
tunc praesidia postulanda, culpa cauenda, quando uidetur habere secretum; tunc maxime, quando t e n e b r a e i n c i r c u i t u m e o e t p a r i e t e s m e o p e r i u n t, considerandum, quia deus omnia intuetur abscondita. ne dixeris ergo: 'circumfusus sum tenebris; quis me uidet et quem uereor saeptus parietibus et inclusus?', quia u u l t u s d o m i n i s u p e r f a c i e n t e s m a l a. deinde, si arbitrum non uides, te ipsum non uides, tuae conscientiae 3
testimonium non uereris? nescis illam caliginem noctis non opertorium, sed incentiuum esse peccati? cum somno et cibo feruent corpora, tunc etiam mentis uigor sopore laxatur, somno resoluitur, tunc inrepit inpuri libido concubitus, tunc perturbatur cor, squalor inmunditiae non ueretur, castitatis puritas non consideratur, pudicitiae gloria non recensetur. nox erat, quando Iudas prodidit, quando Petrus negauit.

32. Illo igitur praecipue tempore iustificationes dei animo retexendae sunt, relegenda mandata hortatoria, illa de castitate

2 Ps. 118, 55   3 cf. I Cor. 12, 3   9 cf. Ps. 6, 7   10 cf. Ps. 118, 62
14*Eccli. 23, 18 (26)   17 cf. Eccli. 23, 18 (26)   18 Ps. 33, 17

1 effectum *Gm1PR*   4 noctibus et diebus *GMNP*   et] ac *Oav*
5 praedicandi *MNTa*   8 dominum *Om1*   10 deluebat *Gm1Pm2*   11 et] ut
*Gm1*   tu] ne* *G* ne *a* cum *PR*   sopire *Gm1*   12 existimes *a*   orandus est
tibi *O*   13 haberi *Ov*   16 dominus *av*   -fusus] *pergit A*   sum *om. a*
22 uigor mentis *av*   lapsatur *O*   23 squalore *MNPR* squalorem *Ta*
24 ueretur] uidetur *Ov*   consideratus *Rm1*   28 retegenda *MNT*

praecepta non absint, ut his occupata mens flagrantiam libidinis,
carnis restinguat ardorem. tene illud animo: *lauabo per sin-
gulas noctes lectum meum.* qui enim stupris deditus,
flagitiis inuolutus est, non lauat per singulas noctes lectum suum,
nescit flere qui flenda committit et, cum sit ipse lacrimabilis, non
2 habet poenae lacrimas suae. at ille, qui castigat corpus suum et
sui sollicitus gubernator est atque ingemescens et dolens lapsus
superioris offensam quaerit quomodo abluat fletibus paenitentiae,
hic lauat per singulas noctes lectum suum. non dormiamus ergo
totis noctibus, sed maximam partem earum lectioni et orationibus
deputemus.

33. Audi ecclesiae uocem quaerentis etiam in noctibus Christum:
*in cubili,* inquit, *meo in noctibus quaesiui quem
dilexit anima mea.* accipe secundum litteram. quaesiuit
in noctibus orando, deprecando, etiam lacrimis deplorando. quae-
siuit in noctibus, quia *posuit tenebras latibulum
suum,* ut quaerere eum sollicitius disceremus. quaesiuit igitur
in prophetis ecclesia ex gentibus congregata, et ideo credidit.
denique aduentus dominici testimonia de prophetis euangelistae
Paulusque posuerunt, unde scriptum est, quia *nox nocti in-
2 dicat scientiam.* quaesiuit in noctibus, in persecutionibus
et aduersis, in tribulationibus et laboribus duris. nox est omnibus
quibus non est perfecta securitas. unde ait dominus: *ueniet
nox, quando nemo potest operari. cum in hoc
mundo sum, lux huius mundi sum.* non ergo operemur
in tenebris. si enim lucent opera nostra, non operamur in tenebris,
sed in lumine dei; ⟨in lumine dei⟩ est cui adest Christus.

2 Ps. 6, 7 6 cf. I Cor. 9, 27 13*Cant. 3, 1 16 Ps. 17, 12 20 Ps. 18, 3
23*Ioh. 9, 4—5 26 cf. Matth. 5, 16

1 ut *om. v* 2 restringat *Oa* 3 quis *GMm2NOav* deditus] *add.* est *Rm2* 4 est *om. codd. praeter A, av* non *om. GMNOPRm1av* meum *Rm1* 6 suae lacrimas *MN* 7 suis *Pm1R* ingemiscens *AMNOPm2Rm2av* 8 offensae *v* abluat] *add.* eam *Mv* fluctibus *a* 9 singulos *Rm1* meum *Rm1* 13 inquid *M* 14 accipite *T* litteram] *add.* quia *O* quaesiuit—deplorando *om. Mm1NT* 16 in *om. N* in tenebras *Pm1* 20 Paulusque] psalmisque *a* 23 caritas *OT* 24 uox *O* 27 sed in lumine. dies est quibus adest Christus, nox est quibus se denegat *Oav* *alt.* in lumine dei *addidi, om. codd.* est *om. AR, del. G* cui] quibus *AR*

34. Non magnum igitur, si tunc domino gratias agas, quando
in prosperis et secundis es, sed si tunc adhaereas Christo, quando
te persecutor exagitat, quando aliqua procella perturbat. amisisti
filium: in illo dolore, in illa nocte, in illa destitutione memento
domini dei tui, ne quasi non exauditus ingratus sis et in tua prae-
uariceris aerumna. pulsus es in exilium: memento domini dei tui,
ne patriae interdictae tibi caritatem deo praeferas. alicuius diuitis 2
oppressus potentia amisisti proprias facultates, indiges sumptu:
memento domini dei tui, ne nox te egestatis abducat a deuotionis
affectu. hoc est enim mandatum legis, ut in nocte magis quaeras,
ut, quando magis exaudiaris a domino, et possis dicere: in tri-
bulatione inuocaui dominum et exaudiuit me
in latitudine.

35. Sed nec quaerere perfunctorie abundat ad gratiam, sed
ut insistas et intendas muneri. denique ista uel ecclesia uel anima
quae requisiuit in cubili, quaesiuit in noctibus, primo non inuenit,
quia fortasse in cubili quaesiuit, sed posteaquam surrexit et abiit
in ciuitatem — uide ne in illam ciuitatem, in quam dominus cele-
braturus pascha discipulos destinauit: ite in ciuitatem
ad quendam —, posteaquam in foro, ut dixi, quaesiuit, ubi
oleum uenditur, quod expectantes sponsum emere consuerunt, ubi
ius, ubi leges. si lex spiritalis, et forum est utique spiritale, ubi 2
disputant periti legis aeternae, quod forum non litibus tumultuosum
est, sed Christi tribunalibus gloriosum. ubi quaesiuit, inquam,
in foro et post quaesiuit in plateis — de quibus hi, qui ad patris
familias euangelici prandium conuenirent, colligebantur, qui
uocati excusandum ab huiusmodi epulis non putarunt —, postea-

11*Ps. 117, 5 16 cf. Cant. 3, 1—2 19 Matth. 26, 18 21 cf. Matth. 25, 9 22 cf. Rom. 7, 14 25 cf. Luc. 14, 21

1 ergo *av* si—2 sed *om. N* 7 ne] ut ne *T* interdictam *A* tibi *om. a* 10 adfectu *R* in *om. GMm1* queras magis *O* 11 ut *om. GMOav* quando] tanto *T* 15 quae (quaere *R*) requisiuit uel ecclesia uel anima *AOR* 18 *alt.* in *om. v* illa ciuitate *AGOR* qua *GNOPTaμ* 19 destinauit] *add.* dicens *av* 20 quaesiuit] *add.* inuenit quem dilexit *Gm2 Tm2av* 22 est *om. N* 23 periti] petrosi *Gm1* piriti *Pm1* petosi *R* leges *R* 24 est *om. O* tribulationibus *O* 25 forum *O* 26 conuenerunt *A* qui uocati *om. O* 27 excusandum] *add.* se *v* reputarunt *Mm2Ta*

quam in foro, inquam, et plateis quaesiuit, incidit in eos, qui circumeunt ciuitatem, et tunc demum potuit inuenire quod quaesiuit, fortasse quod in tribulatione et metu posita magis inuenit gratiam.
3 denique in posterioribus ait: inuenerunt me qui circumeunt ciuitatem, tulerunt mihi pallium. habuit ergo certamen; sed qua ratione supra non tulerint pallium, haereo reperire, nisi forte quia ibi interrogasse se dixit: numquid quem dilexit anima mea uidistis? quae Christum loquebatur, nec exuta est pallio et quem quaerebat inuenit.

36. Disce, quemadmodum Christus quaeratur ab his utique, qui non perfunctorie quaerunt, uiolenter retinent, sicut ista, quae ait: tenui eum et non dimisi eum, fide inuenit, meditatione constrinxit. si bonos custodes accipimus, utique angeli sunt. qui ergo angelos transit, uerbum inuenit. ideo non multum inter-
2 ualli fuit, cum transiuit ab his et inuenit Iesum. quomodo ergo infra tulerunt pallium, nisi forte quia processu operosae fidei ecclesia dum nudatur, a domino plus amatur, expolians se ueterem hominem, ut nouum induat, quem non operiunt indumenta, sed mentis secreta clarificant, aut quia amictum sapientiae saecularis ad Christum uentura deposuit? et Noe exutus est pallium, posteaquam coepit esse perfectior.

37. Simus ergo memores iustificationum caelestium, ut, dum eas secreta mentis uoce cantamus, memores simus in nocte nominis domini et dicamus, ut scriptum est: *haec facta est mihi, quoniam iustificationes tuas exquisiui*, hoc est: haec memoria facta est mihi, ut memor essem et in nocte nominis

4*Cant. 5, 7 7*Cant. 3, 3 12*Cant. 3, 4 14 cf. Cant. 3, 4 17 cf. Col. 3, 9—10 20 cf. Gen. 9, 21 24*Ps. 118, 56

1 et] *add.* in *O* circueunt *a* 2 quod *om. a* quaereret *MNT* quaerit *a* 3 fortasse] *add.* eo *v* inueniat *GMav* 4 in] is *A* his *GMNP*, *om. a* posterius *GMNPRTa* circueunt *Om2a* 6 tulerunt *O* 7 fortasse *N* ibi *om. O* se interrogasse *N* interrogans (se *om.*) *O* 10 quaerebatur *AGR* quaerebat *M* quaeratur (quaeretur *a*) Christus *av* 11 quaerunt] *add.* sed *v* 13 accipiamus *N* accepimus *a* 14 ergo] uero *a* transiuit *av* 15 transiit *O* 16 pallium *om. P* operosae (*uel* ostensae) *quidam codd. apud μ* opem (ope *A*) se *AGm1Mm1Rm1* operis sue *Gm2Mm2Tm2* opem suae *NPTm1* operum *Rm2* oppressae *Ov* opere suae *a* 17 a domino *ed. Romana et v* dominus *codd. a* 22 ut] et *T* 23 secreto *ANOPT* et uoce *O* 24 dei *O* *pr.* est] *add.* VIII *GMm1OR* 25 exquisinit *O*

tui, non ebrietate sopitus, non epulis resolutus in somnum, non curis saecularibus occupatus, ut obliuia mihi tuae uenerationis inreperent, sed cotidiana meditatione membra castigans et intentionem mentis exercens, ut adsiduitate fiat nobis cursus iste sollemnis, ut dominum Iesum etiam in noctibus toto ueneremur affectu, cui est gloria, laus, perpetuitas a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum.

## VIII.

## LITTERA ETH.

1. Littera octaua 'Eth', quae interpretatione Latina dicitur 'pauor'. sanctorum pauor esse consueuit. denique pauor cecidit in Abraham, cum sacrificium offerret plenum mysterii spiritalis. ipse quoque Dauid ait: ego dixi in pauore meo: omnis homo mendax. religionis enim reuerentiam significat magis quam infirmitatem timoris, licet etiam ipse timor secundum deum sanctus sit; initium enim sapientiae timor domini. ergo qui timentes deum, sapientes, qui autem sapientes, 2
beati; beatus enim quem tu erudieris, domine, et de lege tua docueris eum. hi quoque, qui timent deum, beati sunt, sicut exempli extat auctoritas, quia beati omnes qui timent dominum. ita colligitur, quia timentes deum et sapientes sunt et beati. sanctus igitur timor domini, quia uere sanctorum est pauor.

2. Denique praemissa hac littera statim sequitur persona iusti dicens: *portio mea, domine; dixi custodire*

11 cf. Gen. 15, 12 13*Ps. 115, 2 (11) 16 Ps. 110, 10 18 Ps. 93, 12 20 Ps. 127, 1 25 Ps. 118, 57

2 ut *om. MNPTa* obliuio *Mm2Rm2* 3 inreperet *Mm2* intentione *T* 4 fiat] faciat *AMm2R* 7 saeculorum] *add.* amen *Oav*, *add.* Explicit de littera septima *P* Incipit de (*om. O*) littera octaua *AOPR*, *qui lin.* 10 Littera octaua *omittunt* 10 Octaua littera *av*, *om. N* heth *Mm2av* heht *Nm2*, *om. Nm1* eht *O* interpretatio *GMm1* latina interpretatione *O* 12 habraham *R* plena *APRm1* 13 meo *om. b* 14 mentax *A* enim] ergo *O* 17 timentis *Nm1* timetis *Nm2* timent *Oav* *pr.* sapientes] *add.* sunt *Ta* 18 tu *Nav*, *om. cet.* 20dominum *Om1* estat *Pm1* exstat *NPm2R* existit *O* 21 dominum] deum. hoc *a* collegitur *Pm1*

*legem tuam.* plerique codices hunc uersiculum, qui primus est litterae octauae, ultimo loco litterae habent septimae; sed secundum Hebraeos emendatus apud Graecos Psalmorum liber hunc uersum docuit nos octauae litterae copulandum. deinde ordo ipse et numerus uersuum ita conuenit, ut ab eo incipiat octaua littera.

3. Portio, inquit, mea dominus. quam rarus in terris, qui possit dicere: portio mea dominus, quam alienus a uitiis, quam segregatus ab omni labe peccati, qui nihil habeat commune cum saeculo, nihil mundi huius sibi uindicet, non sit corporalium possessio cupiditatum, quem non inflammet libido, non stimulet auaritia, non lasciuia effeminet, non luxuria decoloret, non sternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua negotiorum saecularium cura sollicitet, uerus minister altaris, deo, non sibi natus!

4. Leui enim, ut habet interpretatio, significat 'ipse mihi
adsumptus', significat et 'ipse meus', significat et tantum 'adsum-
ptus', significat et 'adsumptus mihi ipse'. idem et mihi Leui et deo
est, quomodo idem et mihi sacerdos et deo est, et mihi aduocatus
et domini deprecator, pro me offerens sacrificium et idem se offerens
2 domino. denique et alia Leui interpretatione dicitur, id est 'pro
me'. etenim si a me nominetur Leui, pro me est, si pro me offerat,
pro me est, si pro me interueniat, pro me est. sin autem uocetur a
domino, 'ipse mihi' dicitur, hoc est non alii tributarius, non deci-
marius, non de possessione munificus. 'ipse mihi', hoc est tamquam
3 abundans pro his omnibus. non ab hoc decimas, non fructus, non
dona quaero, non munera. ipse mihi pro munere est, ipse est pro
tributo, non in possessione sua munificus mihi, sed ipse mihi possessio, ipse meus fructus, ipse meus census, adsumptus mihi uel adsumptus a me. non potest hoc sine diuina esse gratia. sicut enim

6.7 *Ps. 118, 57

1 codices plerique *av* 4 denique *M* 6 mea inquit *NP* dominus mea inquit *AR* 7 potest *a* 9 sibi *om. AO* uindicet sibi *av* sit] *add.* cui *s. l. T* 10 possessor *MOPm2v (non a)* 13 altaris] *add.* dei *O* 14.16 leuui *Pm1* 14 ipse *om. O* ipse mihi—15 *alt.* significat *om. N* assumptus mihi *O* 17 *pr.* et *om. OR* *tert.* et] est *O* 18 se *om. M* 19 deo *O* alibi *codd. praeter A, av* dicatur *GMNPRm1Ta* id est] idem *A, om. Nv* 20 si pro me offerat, pro me est *om. MNPm1RTa* 21 si pro me interueniat, pro me est *OPm2v, om. cet. a* 22 hoc est *om. T* non alii—23 hoc est *om. NT* 24 habundans *GMOR* non fructus] in fructus *AGMm1NPR* 25 *alt.* est *om. O* 28 hoc] non *N, om. AGMm1R*

possessio non potest mea esse nisi emero eam, sic non potest esse
Leui nisi fuerit adsumptus a domino; cum enim adsumptus fuerit,
recte dicitur 'ipse meus'. denique cum Moysi dictum esset, ut po- 4
pulo Iudaeorum per tribus singulas diuideret incolatus et distribueret
singulis tribubus portionem, tribum Leuiticam excepit deus dicens:
filiis Leui non erit portio neque sors in medio fratrum suorum, quia dominus deus pars eorum est, et alibi: ego dominus portio eorum.

5. Negatur his terrena diuisio, ut ipsi, dum saecularem sibi non uindicant portionem, fiant caelestis possessio; uel hoc solum nouerint possidere, hoc est fidei et deuotionis obsequium, multo ditiores quam qui possessionum suarum spatia ampla diffundunt. quantumlibet fines extendant suos, et terra deficit et mare includit insanas cupiditates et pendunt tributa maiora quam fructus sunt. at uero iste nihil sibi possidens nulli nisi deo militat, supra terram eius est portio, non eum terra deficit, non mari clauditur. cui
portio deus est, totius possessor est naturae. pro agris igitur ipse 2
sibi satis est, habens bonum fructum qui numquam possit perire; pro domibus satis est sibi, ut sit habitatio domini et dei templum, quo nihil potest esse pretiosius. quid enim pretiosius deo aut quid deest ei uiro, qui potest dicere: non contingat mihi gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo? non potest in hoc princeps mundi huius sibi consortium uindicare, in quo nihil suum inuenit.

6. Ideoque dominus, qui uenit docere, ut fieret nobis deus portio, ait: uenit enim huius mundi princeps

6*Deut. 10, 9 8*Num. 18, 20 19 cf. I Cor. 3, 16 21*Gal. 6, 14 27*Ioh. 14, 30

1 esse mea *O* 2.6 leuui *Pm1* 5 portiones *Na* 10 iudicant *Am1 GPm1Rm1* 11 multos *Nm1* 12 quantumlibet] *add.* enim *Av* 13 suos extendant *av* deficit terra *N* 14 cupitates *GMm1* cupiditatis *Pm1* et pendunt] expendunt *O* impendunt *Mm2NT* pendant *R* fluctus sint *O* 15 sibi *om. a* militat nisi deo *O* 16 eum] cum *GMOPRa* 17 possessio *Am1, om. N* *alt.* est *om. AGOPR* 19 tibi *Rm1* templum dei *av* 21 contingit *Nm1*

et in me inuenit nihil, meritoque imitatores ⟨nos⟩ sui esse uolens ait: nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam. unde Petrus ostendens in deo portionem sibi esse, non in saeculo, ait: argentum et aurum non habeo, sed quod habeo do tibi: in nomine Iesu Nazareni surge et ambula, hoc est: portio mea Christus est; in nomine igitur Iesu Christi surge et ambula, hoc est: in portione mea diues sum, in portione mea potens
2 sum. merito tales praesumo fructus istius portionis, ut salus et uita donetur, quia hoc est istius patrimonium portionis quam elegi mihi. dixit hoc claudo, et surrexit qui erat claudus ab utero matris suae. quomodo ergo Petrus poterat portionis suae damna sentire qui naturae reparabat?

7. Quare non habeas argentum atque aurum, Petre, dic nobis; dic etiam quid sit istud quod habere te dicis, qui omnia quae habebas te reliquisse dixisti. sic enim locutus es domino: ecce nos omnia dereliquimus et secuti sumus te, hoc est: non quaesiuimus quae saeculi sunt, non quaesiuimus partem de possessionibus, sed te elegimus portionem. reliquisti ergo, Petre ante omnia quae habebas; unde habes quod habere te dicis?
2 surgit claudus et sono tui sermonis erigitur; sanitatem donas aliis qui indigebas ipse tuae salutis auxilio. reliquisti ergo quae habebas et cepisti quae non habebas. Christus tibi portio, Christus tibi possessio est; illius nomen tibi munificum, illius nomen tibi est fructuosum, illius nomen tibi tributa dependit et bona tributa, non pecuniae, sed gratiae. portio tua non ariditate siccatur, non imbre

2 Matth. 10, 9 4*Act. 3, 6 11*Act. 3, 2 16*Matth. 19, 27

1 nos *addidi*, *om. codd. a*, *ante* imitatores *add. v* 2 uolens esse *N* agit *Mm1* 5 do tibi] hoc tibi do *av* 6 Iesu] *add.* Christi *av* nazarei *Pm1a* hoc est portio mea *bis AGMm2NPTa* (*sed alt. loco* haec *Gm2Mm2NTa*) haec est portio mea, haec est sors mea; portio mea Christus est *Om2v* 7 Christi Iesu *av* 10 mihi *om. O* 11 ab] ex *A* 12 Petrus] *add.* non *R* 13 quia *AGm1Pm1* naturam *Gm2Mm2N*, *add.* damna *Om1av* damnum *Om2* parebat *ARm2* parabat *Gm1Pm1Rm1* 14 habes *AOR* 15 qui] quia *a* 17 reliquimus omnia *O* reliquimus *Nv* 18 patrem *Gm1Pm1* 19 omnia ergo petre quae *a* 20 ante omnia. Petre *v* ante *om. GMN* unde habes *om. GMm1* quid *G* 21 sermonibus *Rm1* aliis donas *av* 23 cupisti *NPT* 24 *alt.* illius] et secuti sumus te. hoc est quesiuimus iesum. illius *O* 25 tibi *om. AR*

diluitur, non frigore uritur, non tempestate quassatur; *per diem*
*sol non uret te neque luna per noctem.* serua 3
portionem quam elegisti; ea est enim portio, quam terrenae partes
aequare non possunt. quid enim est quod conferri possit his, de
quibus deus dicit: *et inhabitabo in his?* quid magni-
ficentius hospitio caelesti, quid beatius possessione diuina? *et*
*deambulabo*, inquit, *in his.* alii queruntur de sui ruris 4
angustiis; in te deo est ampla possessio, in quo deambulare se
dicit, hoc est laxae spatia habitationis inueniens qui terram in-
cludit manu; sic enim scriptum est: *quis mensus est manu*
*aquas et caelum palmo et uniuersam terram*
*clausa manu?* cui mundus angustus est, tu ei ampla es
domus. *portio*, inquit, *mea dominus.* dicit hoc martyr;
ipsi ergo uiuamus, cui mori est gloriosum. aliis uerbis quam bene 5
dixit hoc Paulus, ostendens nullam habere se in saeculo portionem!
sic enim scriptum est: *usque ad hanc horam et esuri-*
*mus et sitimus et nudi sumus et colaphis uapulamus*
*et instabiles sumus et laboramus operantes*
*manibus nostris; maledicimur et benedici-*
*mus, persecutionem patimur et sustinemus,*
*blasphemamur et obsecramus; tamquam lu-*
*stramenta huius mundi facti sumus, omnium*
*lustramenta usque adhuc.*

8. Fortasse moueat, quod purgamentum se esse dixit; non enim est. sed hoc saecularibus uidetur, qui putant summam in diuitiis esse gloriam uel decorem. nonne isti uniuersos purgamenta esse putant, quicumque illis obsecuntur propter diuitias et mirantur

1 Ps. 120, 6 5.6*II Cor. 6, 16 10*Esai. 40, 12 13*Ps. 118, 57 16*I Cor. 4, 11—13

2 urit *A* luna] *add.* perna *A* 5 et *om. N* habitabo *NO* illis *Ov* 7 inquid *Pm1* 8 deus *Pm2* qua *N* 9 laxa *GNPm1v* in te inueniens *O* 11 aquam *MPm2a* palma *Mm1* 13 inquid *Mm1Pm1* dicit *bis APRm1T* 14 ipse *AMm1Rm1* 15 in] *add.* hoc *Nav* 17 colaphys *AGMR* uapulamur *AGMm1Pm1R* 18 operando *a* 21 lustramenta] purgamenta *AMm2* 23 lustramenta] purgamenta *Av* peripsima (περίψημα) *O* 26 putant esse purgamenta *O* 27 obsequntur *Am1* obsequuntur *Am2av*

eos propter opes, timent propter potentiam, laudant propter nobi-
2 litatem? sed haec omnia Paulus detrimenta magis putabat esse
quam commoda, ideoque ait: quae mihi lucra fuerunt,
haec duxi propter Christum detrimenta esse,
propter eminentem scientiam Christi Iesu
domini mei, propter quem omnium detrimentum passus sum et aestimor stercora, ut
3 Christum lucri faciam. 'aestimor', inquit. non est haec
mea, sed aliena sententia; frequenter enim aestimatur pauper ille inridendus et exsecrandus propter inluuiem uestium aut uulnerum cicatrices, eo quod in terra nullam habeat portionem. et tamen portio eius in caelo est, anima eius ibi sibi patrimonium conlocauit, quia audiuit Iesum dicentem: nolite thesaurum uobis condere in terra, sed thesaurum, inquit, uobis condite in caelo.

9. Sed hoc diuites audire non possunt, clausas aures habent et sono aeris obtusas; nummus magis illis resonat quam uerba diuina. denique accessit quidam diues ad dominum, qui portionem dominum non habebat. habebat enim multas possessiones, sed dominus non inter multa numeratur; non enim dignatur cum sae-
2 culo habere consortium. quae enim portio iustitiae cum
iniquitate? dicit ergo hic diues: quid faciens uitam aeternam possidebo? respondet ei dominus: mandata nosti: non homicidium facies, non adulterabis, non falsum testimonium dices, osten-
3 dens uitam aeternam in his esse mandatis. at ille iustificare se uolens
dicit: haec omnia feci; quid mihi restat? ad quem dominus, uolens ei dominum fieri portionem, non pecuniam,

3*Phil. 3, 7—8 13*Matth. 6, 19. 20 21*II Cor. 6, 14 22 Luc. 18, 18 23*Luc. 18, 20 27*Matth. 19, 20

2 deputabat *Om1* 3 lucra mihi *N* 5 iesu christi *O* 7 aestimor] *add.* ut *O* 8. 14 inquid *MPm1* est haec] ex *AO* haec est *GMP* 9 enim *om. O* 10 et *om. N* uestitum *Am1Rm1* 11 cicatricis *Rm1* terram *O* 12 caelis *N* patrocinium *a* 17 optusas *Nm1* numus *P* 18 portionum *Rm1* 19 passiones *Pm1* 20 habere cum saeculo *av* 23 respondet *scripsi* respondit *codd. av* dominus] iesus *N* 27 at *Rm1* 28 dominus] *add.* ait *GMNPRav*

non possessiones, sed deum uerum, ait: *si uis perfectus esse, uade uende omnia quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni sequere me.* uerum ille, cui portio aurum atque argen- 4
tum erat, sine quibus esse non poterat et cum quibus dominus illi portio esse non poterat, contristatus est. unde dominus pronuntiauit inpossibile esse, ut diues intret in regnum caelorum, sed quod inpossibile per humanas cupiditates, hoc per diuinam gratiam solam posse esse possibile.

10. Alibi quoque ait: *quicumque remiserit patrem aut matrem, domum aut fratres aut sorores, centuplum accipiet in hoc saeculo et uitam aeternam possidebit.* forsitan dicas: utique qui relinquendo domum — per domum autem totum censum intellege —, qui relinquendo propinquos deum secutus fuerit, portio domini est et illi portio deus est, habet etiam uitam aeternam et, quia accepto centuplo fit in hoc saeculo diues, diues, inquis, intrat in regnum caelorum. deinde si centuplum dat dominus eorum, quae etiam simpla inpedimentum adferre consuerunt ad perceptionem hereditatis aeternae, centum ergo possessiones reddit pro una possessione, centum pondo auri pro uno pondere.

11. Multos quidem in hoc saeculo, qui sua pauperibus donauerunt, uberiore thesauro locupletatos fuisse cognouimus. et pulcherrimus locus, ut etiam ad misericordiam prouocentur. sed non debent a domino saecularem huiusmodi exigere mercedem nec sperare quae mundi sunt, sed magis, quia his qui omnia reliquerint

1*Matth. 19, 21 6 cf. Matth. 19, 23. 26 10*Matth. 19, 29

1 sed] sed ut *GMm1NPR* sed utique *Ta* deum (domini *N* dominum *T*) uerum] uerum deum *Aav* ait *om. codd. praeter AOP, av* 2 uade *om. GNPa, add.* et *O* 5 et cum—6 poterat *om. GMNPRa* deus *O* 6 pronuntians ait *O* 7 intraret *T* 8 inpossibile] *add.* esset *Nm2* 9 solum *P* 10 dimiserit *Pm2* reliquerit *Oav* 13 forsitan] *add.* autem *Aav* 14 intellegite *R* 15 fuerit *om. N* 16 portio deus illi *av* dominus *N* 17 qui *O* centuplum *AGMNOPm1RTa* fiet *GMNOPRTa* diues *semel Gm1Mm1* inquis *Mm2* inquies *Av, om. O* inquit (-id) *cet. a* intrabit *O* 19 consueuerunt *b* 20 reddidit *T* 21 pondo] pondera *MNOTa* 22 donauerint *OPR* 23 uberiori *N* pulcherrime *Ma* 24 locutus *a* 25 habent *NT* 26 iis *Ov* qui] quia *Rm1* relinquerint *MRm1*

deus portio est. ipse est utique merces perfecta uirtutum, qui non centupli enumeratione, sed perfectae plenitudinis aestimatione
2 censetur. ego, inquit, deus tuus sum. non dixit 'ero', sed 'iam sum, iam inhabito, iam possideo'. aufert dilationem, ubi inuenit iusti confessionem. sane alibi ait: hodie mecum eris in paradiso. futurum promittit, sed id quod futurum est unius diei spatio non patitur protelari. denique potuit dicere: mecum eris in paradiso, sed addidit hodie, ne dilatione gratia minueretur.

12. Sed non illi soli dicit dominus Iesus: hodie mecum eris in paradiso, sed et tibi dicit: mecum eris in paradiso, si confitearis dominum Iesum, si eius patrocinium tibi poscas, si et ipse dicas: memento, domine, mei, cum ueneris in regnum tuum. sed tibi non dicit: hodie mecum eris; dicit martyri: hodie mecum
2 eris in paradiso. tibi non dicit, quia adhuc in hoc febrienti corpore constitutus, in hoc concupiscenti, in hoc terrena adhuc desideranti. sed cum potueris dicere: disrupisti uincula mea, hoc est: soluisti cursum istius uitae, liberasti me ex hoc mortis corpore, tunc tibi dicet: hodie mecum eris in paradiso.

13. Habes igitur, homo, inter multa proposita etiam huiusmodi portionem. proposuit tibi dominus in portione possessiones, in portione aurum, in portione argentum, in portione honores, in portione nobilitatem, proposuit etiam in portione se ipsum. habes plurimas portiones, elige quam putas. non te numerus per-

2 cf. Matth. 19, 29  3*Gen. 17, 1  5.8.10.11.15.20 Luc. 23, 43  13*Luc. 23, 42  18 Ps. 115, 7 (16)  19 cf. Rom. 7, 24

2 remuneratione *O*  3 censentur *AR*  inquid *Pm1*  ero] ergo *Rm1*  5 sane] siue ut *M*  6 paradyso *AMR*  8 paradyso *AMPR* (*sim. infra*)  10 non *om. A*  13 mei domine *NOav*  14 dum *av*  15 eris] *add.* in paradiso *O*  16 adhuc] *add.* es *Ov*  febriante *Gm1Mm1* febrianti *Gm2Mm2* febricitanti *Rm2*  17 corpore] *add.* es *Rm2*  constitutus] *add.* es *a*  18 dirupisti *GORaμ*  20 dicit *codd. av* (dicit tibi *O*), *correxi*  22 propositum *Pm1*  eiusmodi *AR*  25 in portione etiam *AOR*  26 habes] *add.* igitur *a*

turbet, sed excitet gratia, non labor auertat, sed fructus inuitet.
in portione diuina gemitus et labores sunt. unde et sanctus aposto-
lus, cui portio deus erat, ait: heredes sumus dei, co-
heredes autem Christi, si tamen conpatimur
ut simul glorificemur. uides quia, ubi hereditas Christi
est, ibi debeat esse conpassio. qui autem conpatitur, non per- 2
functorie conpatitur, sed ut tribulationes Christi in corpore suo
impleat, sicut implebat et Paulus, implebat et Hieremias, qui ait
sub hac ipsa littera: misericordiae domini est quod non defecimus, quia non sunt consummatae miserationes eius. renouabit illas sicut lux matutina. multi sunt gemitus mei et cor meum defecit. sors mea dominus, dixi; ideo sustinebo eum. qui ergo sustinuit dominum, sors domini est. unde et Dauid, qui ait: sustinui dominum, et respexit me, hoc loco portionem sibi deum esse profitetur.

14. Quam rarus qui istud usurpet sibi, non nobilitate, non diuitiis usurpatur! denique rex ille diues ait: sum quidem et ego mortalis homo similis omnibus et ex genere terreno illius qui prior factus est; et in uentre matris figuratus sum caro decem mensum tempore, coagulatus in sanguine ex semine hominis et delectamento somni conueniente; et ego natus hausi communem aerem et similiter in terram decidi et primam uocem similem omnibus emisi plorans; in inuo-

3*Rom. 8, 17 9*Thren. 3, 22—24 15*Ps. 39, 2 18*Sap. 7, 1—4

1 non te labor *a* 2 apostolus] paulus *T* 3 deus portio *AOR* 5 ut] *add.* et *b* quia *om. O* 9 misericordia *GMaµ* 10 consumptae *NT* 11 renouauit *N* 12 sunt] sicut *N* 13 deficit *A* 14 sustinet *AOv* 15 Dauid] audiuit *AR* qui *om. O* 17 rarus] *add.* est *O* usurpat *O* 20 prius *OPm1* functus *N* fictus *ex* finctus *P* 21 maris *O* 22 mensium *Am2GMNOPm2Rm2av* mensuum *Pm1Rm1* temporis *AOPR* coagolatus *GMNPm1, add.* sum *GMNav* 23 somnii *GPm1R* conuenientis *Ga* 25 similiter in] in similiter factam *GMa* terra *ANP* decidi terram *GMa* decidi et *om. ANOPR* 26 emisi] *add.* et *GMm1NOPRm1* in *om. NO*

lumentis nutritus sum et curis magnis. et addidit: nemo enim ex regibus diuersum habuit natiuitatis initium; unus ergo omnibus est introitus [natiuitatis] ad uitam et similis
2 exitus. et quia uidit commune esse natiuitatis exordium, elaborauit esse portio dei et inuocauit et uenit in eum spiritus sapientiae. sed luxuriosi aliam partem eligunt, qui dicunt: uino pretioso et unguentis nos impleamus, et non praetereat nos flos temporis; coronemus nos rosis antequam marcescant, et infra: quoniam haec pars nostra et haec sors.

15. Quam magnum contemnere diuitias, sed quam rarum hoc ipsum est! utique et Moyses potuit regis esse successor, nutritus a regis filia. potuit ergo esse non solum quasi Pharao sed etiam Pharao, et Pharao potuit esse sicut Moyses — uterque enim homo —, sed omnis potentia hominis in affectu. Moyses noluit rex esse, cum posset, sed obprobrium Christi thesauris Aegypti arbitratus est praeferendum. sed fugiendo potentiam potentior factus est; factus
2 est enim in deum regi Pharao. rex erat Pharao, sed deus non erat; Moyses factus est illi deus, hoc est regi ipsi terribilis, quem rex metueret et timeret. sed haec erat potentia sanctitatis; in talium congregatione deorum deus stat atque discernit. et tu, si uis deus peccatoribus esse, terrori regibus, reuerentiae aliis, ut tamquam deo tibi uideantur esse subiecti, quia operaris in dei nomine, contemne quae saeculi sunt et dominicae passionis obprobrium contende omnibus praeferre diuitiis. obprobrium dico quod illis uideatur obprobrium, hoc est: Iudaeis scandalum, gentibus stultitia, nobis

2*Sap. 7, 5—6 6 cf. II Par. 1, 10 7 Sap. 2, 7—8 10*Sap. 2, 9 13 cf. Hebr. 11, 24—26 18 cf. Ex. 7, 1 27 cf. I Cor. 1, 23—24

1 et curis magnis *om.* *ANOPR* 2 diuersum] aliud *GM* habuit aliud *a* 4 natiuitatis *om.* *Mab* 5 et laborauit *GMNPR* laborauit *O* 6 inuenit *Am1NT* in *om.* *NT* 8 unguentis] *add.* obtimis *O* 9 flos] ros *AGMm1NPRa* 11 *alt.* haec] *add.* est *s.l.M* sors] *add.* nostra *Nm2* 15 *pr.* Pharao *om.* *a* sicut Moyses *Ov*, *om. cet.* *a* 16 affectu] *add.* est *Ov* 17 possit *PRm1* 19 enim est *N* *pr.* pharaoni *O* 20 ipse *A* rex] *add.* ipse *O* 22 *alt.* ut deus *Tm2* 23 terroris *GMm1a* aliis *om.* *GMNOPRTa* deum *Pm1Rm1* 25 contende *om.* *O* 26 praefer *Om2* 27 stultitiam *P*

autem uirtus dei atque sapientia. sed hoc Pharao obprobrium 3
putans, hoc est inopiam ignobilitatem contumelias, maluit diaboli esse quam dei portio et ideo, qui deo subiectus esse nolebat, intercessioni hominis se ipse subiecit. ergo quia portio dei erat sanctus propheta Dauid, recte ait: dixi custodire legem tuam; spiritalem utique legem dicit, sicut et Paulus ostendit. nam qui corporaliter legem interpretati sunt, non custodiunt legem, sed praeuaricantur.

16. Ueniamus ad secundum uersum, qui ita est: *deprecabar uultum tuum, domine, in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum.* legimus in ueteri testamento, quod deprecatus sit Moyses, ut uultum dei uideret, et responsum sit ei: nemo uidebit faciem meam et uiuet. mystice hoc primum intellegamus. Moyses legis figuram accepit. lex per occulta mysteria nuntiat Christum, non 2
facie ad faciem demonstrauit, sicut euangelium demonstrauit. in ipso enim facie ad faciem loquebatur, licet in euangelio homo natus ex uirgine apparuerit, uerbum autem se per opera demonstrauerit. et fortasse hoc declaratum sit Moysi, quod populus Iudaeorum moriturus esset, eo quod facie ad faciem Christum uidisset et non credidisset. quod si ad legem referas, etiam legis finis Christus secundum illud apostolicum: finis enim Christus est secundum legem omni credenti. et mortua est legis 3
interpretatio corporalis, ubi dominus Christus Iesus spiritalem eius gratiam demonstrauit. uel certe quia omnes, qui Christum induimus et baptizati in Christo sumus, mortui sumus peccato, quia uiuentes legis uinculis tenebamur. ubi autem in Christo mortui

5 Ps. 118, 57 6 cf. Rom. 7, 14 9*Ps. 118, 58 13*Ex. 33, 20 17 cf. Ex. 33, 11 22*Rom. 10, 4 25 cf. Gal. 3, 27. Rom. 6, 2—3

2 innobilitatem *O* 4 homini *N* se *om. GMm1PRm1* ipse se *Mm2a* qui *OPR* 9 qui] in quo *O* deprecabor *codd. av, correxi* 10 domine *om. R* 13 sit] est *AOR* 14 haec *NT* intellegimus *AR* 15 nuntiauit *MNTa* non] *add.* autem *v* 16 *pr.* demonstrat *Ov* 17 in] de *NT* 18 se per] semper *AR* 20 eo *scripsi* et *AGMNPRTav, om. O* quod] cum *O* 21 finis legis *av* finis] *add.* est *O* Christus] *add.* est *av* 22 est Christus *MOPa* 23 interpretatio legis *N* 24 dominus *om. P* iesus christus *O* 25 eius gratiam] ei gloriam *a* 26 induimus *Mm2N* uidimus *cet. av* *alt.* sumus] fuimus *AR* quia] et *N*, *eras. M*

sumus, mortificati utique sumus legi per corpus Christi, ut simus alterius qui ex mortuis resurrexit. sed hoc mysticum est.

17. Morale autem historiae ueteris facit nos meminisse debere quae est de sancto Moyse, qui rogauit deum, ut se demonstraret ei deus et facie ad faciem eum uideret. norat utique sanctus uates domini, quod inuisibilem deum facie ad faciem uidere non posset. sed mensuram supergreditur sancta deuotio et putauit deo etiam hoc esse possibile, ut corporeis oculis faceret id quod est incorporeum
2 conprehendi. non reprehensibilis hic error, sed etiam grata cupiditas atque inexplebilis, quod dominum suum uelut manu tenere et obtutu oculorum uidere cupiebat. sciebat ad imaginem et similitudinem dei factum esse hominem. quando enim electus a domino est ad populum liberandum, impletus est spiritu sapientiae, uiderat angelum illum et faciem eius in gloria. denique fulgente eius lumine pauefactus est et uidit rubum uri et non exuri. uisum coepit fulgoremque mirari; accessit cupiditate et gratia prouocatus, ut
3 diligentius fulgorem illum in rubo consideraret. itaque si tantum accepit ardorem, tantam subiit cupiditatem, cum angelum uidisset in flamma ignis de rubo, ut, licet pauore adprehensus considerare non auderet, considerare tamen uellet, quanto magis domini uultum corporaliter uidere desiderabat, dicens intra se uultum illum plenum lucis, plenum gloriae, plenum uirtutis, plenum diuinitatis! non possum plus dicere uel sentire de deo: cum enim consummauerit homo, incipit, et cum finierit, tunc aporiabitur, ut scriptum est, quia inconprehensibilis est dei aeterna maiestas.

1 cf. Rom. 7, 4 4 cf. Ex. 33, 13 11 cf. Gen. 1, 26 12 cf. Ex. 3, 2—3 23*Eccli. 18, 7 (6)

3 facti *A* 5 deus *om. a* et] *add.* ut *v* 6 quo *N* inuisibilis deus *M* facie—7 et *om. N* uideri *M* possìt *GMm1PRm1a* 7 deuotio sancta mensuram supergreditur *av* super graditur *O* 9 non] *add.* est *MNOPRv* 10 teneret *APR* 11 *pr.* et *om. O* optutu *N* sciebat] *add.* enim *Ma* 12 domino] *add.* deo *av* 15 uisu *codd. praeter O, a* cepit *a* 16 fulgorem quem *AMNPRTa* miratus *Gm2Tm2a* 18 tantam] tantum *OPm1* 19 flama *P* 20 uelit *Gm1MNPRm1a* uultum domini *GMav* 22 diuinitatis] *add.* quem esse dicam *a* 23 plus possum *GMav* 24 homo] *add.* tunc *Oav* incipiet *O* 25 aperietur *Gm2Mm2* apporiabitur *O* aporietur *a*

18. Inritus quidem erat postulationis effectus, sed affectus pro-
babilis serui, qui ultra naturam suam deuotione progressus de
domini angelis aestimabat, quantum in domini uultu plus deside-
raret, quo cupiditatem suam gestiret explere. nouerat in ipso homine
aliam post mortem futuram gloriam, aliam claritatem. s i c u t 2
e n i m s t e l l a a s t e l l a i n c l a r i t a t e e s t, i t a e t
r e s u r r e c t i o m o r t u o r u m; quae etsi seminatur in cor-
ruptione, surgit tamen in incorruptione, surgit in gloria, surgit in
uirtute, surgit corpus spiritale. qui ergo hoc scire poterat, merito
praesumebat, ut uultum dei uidere cuperet, quem esset obita cor-
poris morte uisurus. talem certe etiam formam receperat, talem
dominus iam probabat, ut non distaret ab angelis caelestis minister
et exsecutor oraculi. et ideo cum sciret, quia angeli pusillorum 3
cotidie uiderent faciem patris qui in caelis est, putauit quod iam
eam uidere deberet, tamquam oblitus corporis et carne deposita,
sicut ille, qui in corpore adhuc positus cum raperetur in paradisum,
utrum in corpore siue extra corpus raptus esset ad tertium caelum,
nescire se dixit. sancti enim etiam cum gerunt corpus non sunt 4
tamen in carne, sed in spiritu, quoniam qui in cupiditate et conuer-
satione carnali sunt deo placere non possunt. sancti autem conuer-
satio in carne non erat, sed in caelo, sicut Paulus ostendit.

19. Et quid dicamus de probabili desiderio uultus diuini? homines sume: si quem nobilem, si quem fortem, si quem sapientem esse audiunt, tamquam supra hominem arbitrantes concupiscunt uidere. procedit imperator, cuius regiae potestati commissa pars est orbis terrarum; concurrunt omnes et in tanta multitudine illum

5*I Cor. 15, 41—42 7 cf. I Cor. 15, 42—44 13 cf. Matth. 18, 10 16 cf. II Cor. 12, 2—4 18 cf. Rom. 8, 9. 8 20 cf. Phil. 3, 20

1 quidam *GPRm1a* erat quidam *O* *pr.* affectus *codd. a* sed affectus *om. AO* 2 quia *Av* 3 uultum *Ov* desideret *O* 6 a stella *om.* *GMOPRa* *def. A* 7 mortuorum—*p. 164, 4* misericordia est *desunt in A* 8 surget *quater NORm2v* incorruptionem *GNPT* 9 hoc] haec *Nav, om. Gm1MOPR* 10 cupiret *GMm1* obita] sopitus *Ga* sopita *Mm2* 11 etiam certe *N* etiam] iam *O* 13 secutor *GMN* plusillorum *G* 14 cottidie *Om1* quotidie *P* 18 sancti—20 possunt *om. N* 19 quoniam—20 possunt *om. O* 20 sunt carnali *av* conuersatione *Ma* 21 non in carne (erat *om.*) *O* erat] sunt *GMa* caelo] *add.* in spiritu est *O* Paulus] *add.* apostolus *O* 22 dicam *R* 23 sume *scripsi* sunt et *GMNPRT* etiam *Ov* qui sunt et *a* 24 homines *O* 25 procidit *Pm1* 26 est] con *N, sed del.*

solum aspicere gestiunt et de fulgore purpurae plus quiddam esse
2 in uultu imperatoris existimant. miraris, si dei desiderabilis uultus
est, cum conformem sui hominem humanus omnis miretur affectus?
hinc datur intellegi etiam illud, quod imperatori unusquisque nul-
lius reus criminis gestit occurrere. nam etsi crimen habeat con-
scientia, tegunt illud tamen cordis occulta, dummodo publico non
3 sit inuolutus reatu nec sit aliquod eius crimen expressum. denique
ubi rei aliqui fuerint aduocati, et imperatori se et ipsis iudicibus
offerre prohibentur, quemadmodum turpes lenonum meretricum-
que personae a conspectu uel iudicis uel imperatoris arcentur, ne
turpissimorum uisus offendat uultus regii claritatem. qui autem
bene sibi conscius est, nullius criminis reus, quasi innocens prodit
in medium.

20. Ex his ergo sancti Moysi conprehendamus affectum.
uidere dei uultum quasi innocens uelut quodam uultu conscientiae
desiderabat, aperire ei faciem mentis internae. cognosci plenius
gestiebat et Moyses et ipse sanctus Dauid, qui alibi ait: proba
me, domine, et tempta me; non enim uellet probari, si
in se crimen agnosceret, nec temptari, si passionibus grauibus se
2 sciret obnoxium. liber igitur a peccato deo se cupidus offerebat.
sed fortasse, quia adhuc frequentioribus dei uisitationibus mundus
a uitio non foret, non fuerit in principio perfectus, utpote cui ante
paululum dictum erat: solue calciamentum pedum
tuorum, illud utique calciamentum quod de Aegypto detulerat, hoc
est corporeae conuersationis inuolucrum. ideo dicit ei dominus:
nemo homo uidebit faciem meam et uiuet.

21. Quando dictum sit, considera. nondum ei dictum erat:
faciam te in deum regi Pharao. adhuc homo erat,

9 cf. Cod. Theod. XV tit. 7, lex 12 17 Ps. 25, 2 23*Ex. 3, 5 26*Ex. 33, 20 28*Ex. 7, 1

*def. A* 3 quum *Pm1*, *om.* *Gm1Mm1* miratur *Mm1a* admiretur aspectus *O* 4 ullius *Mm2* 8 fuerint *om.* *N* 9 offerri *Pm2* 12 sibi bene *O* procedit *Gm2Mm2Na* 14 Moysis *v* affectus *Om1* 15 innocens] *add.* uolebat *a* 16 aperiri *Mm2* 18 uelit *GPRm1* 21 qui *R* 22 uitia *Rm1* *pr.* non *om.* *NOPR* *alt.* non] nec *GMa* fuerit] sic *O* 24 tulerat *O* 25 inuolutum *Ga* innolumentum *ex* innoluerum *N* ideoque *a* 26 hominum *MNOav* 27 quando] *add.* id *T* autem id *v* 28 pharaoni *MO* pharaonis *a*

ideo istud ei dicitur. processus ei debebatur, ut deus fieret, et ideo
dictum est ei: 'de homine dixi. desiste hominis habere peccata et
uidebis faciem meam; qui enim faciem meam uidet, debet esse sine
peccato'. sed quia homo sine peccato esse non potest, ideo, ut in
dei appellationem possit excrescere, commonetur. et quid de dei 2
appellatione dicam? esto angelus, hoc est diuini minister imperii,
obsequere mandatis domini. cum fueris angelus, uidebis faciem
dei. magnum est uidere dei uultum. lex tibi dicit, ut tertio te
offeras in Hierusalem. ipse dominus Iesus ait: beati mundo
corde, ipsi enim deum uidebunt. aduertis quid a 3
te exigatur, ut uideas deum, cui uitae proposita sit praerogatiua
uidendi deum? emunda igitur cor tuum, ut quasi nouus creeris
renouato spiritu, omnes pollutas cogitationes de corde tuo abice,
nihil sit quo tuus inquinetur affectus, simplex mens, pura sinceritas
sit. talibus se dominus, cum inuolucrum corporis deposuerint,
demonstrare dignatur.

22. Nunc de reliqua ipsius uersus parte dicamus. miserere, inquit, mei secundum uerbum tuum. misericordia quidem iustitiae portio est, ut si uelis donare pauperibus, haec misericordia iustitia est secundum illud: dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum, deinde quia conformis tuus iniustum est ut non adiuuetur a socio, cum praesertim dominus deus noster terram hanc possessionem omnium hominum uoluerit esse communem et fructus omnium ministrare; sed auaritia possessionum iura distribuit: iustum est igitur ut, si tibi aliquid priuatum uindicas, quod generi humano, immo

8 cf. Ex. 23, 17 9*Matth. 5, 8 12 cf. Eph. 4, 24.23 17*Ps. 118, 58 20*Ps. 111, 9

*def. A* 1 et ideo illud ei dicit *v* processu *GMm1a* deus] in deum *Ov* 2 dixi] dixit *a*, *om. GM*, *del. R* 3 qui non uidet faciem meam *O* 5 appellatione *Ma* 6 dicam *post.* quid *tr. O* 7 faciem domini *GMav* 8 te *om. O* 10 deo *Rm1* 11 cui uitae] ciuitate *O* uita *NT* praeposita *Pm1* 12 et emunda *ex* et munda *Nm2* nouum creetur *a* 13 abicere *Om1* 14 purae sinceritatis *N* 15 se *om. N* quum *Pm1* uolucrum *a* corpus *O* 18 inquid *MPm1* mei *om. N* 20 misericordiae *M* iusticiae *a* 21 aeternum] *add.* et (*m2*) in seculum seculi *N* 22 quia *om. NT* 23 quum *Pm1* possessione *M* 24 *alt.* omnibus *Ov* 26 sibi *N* aliquid tibi *av*, *add.* tamquam *O*

omnibus animantibus in commune conlatum est, saltem aliquid inde pauperibus aspergas, ut, quibus iuris tui consortium debes, his alimenta non deneges.

23. Est etiam misericordiae donare peccatum; et misericordia est et iustitia est. denique iustitiae adscribit scriptura diuina ueniam peccatorum secundum illud, quod hodie lectum est: b e n e d i c t u m  l i g n u m  q u o d  f i t  p e r  i u s t i t i a m,  m a l e d i c t u m  a u t e m  l i g n u m  q u o d  f i t  p e r  m a n u m  h o m i n u m. superius ad crucem domini retulit, posterius ad er-
2 rorem gentilium qui ligna uenerantur. iustitia autem quae est crucis, nisi quod ascendens illud patibulum dominus Iesus Christus peccatorum nostrorum chirographum crucifixit et totius orbis peccatum suo cruore mundauit? in quo ergo iustus deus nisi in eo, quia sciuit quod de limo terrae hominem figurauit, quae terra utique
3 corruptelae obnoxia est ac uitio lubricae passionis? propterea ergo dominus, qui secundum animam te ad imaginem et similitudinem sui fecit, hoc est rationabilem iustum pudicum — in eo enim ad imaginem dei es, si sis iustus, ut sis imago iustitiae, si sis castus, ut inmaculati in te figura praefulgeat —, sciens ergo secundum corporis fragilitatem corruptelae patere hominem quasi iustus fragili lubricaeque naturae delicta concessit.

24. Ac ne forte dicat aliquis: 'cur ergo Adam maledicto sententiaeque subiacuit? numquid iniustus deus?' non utique. sed quia quasi fragili atque infirmo quid caueret ante praescripsit — infirmus enim non usurpare debet, sed oboedire mandatis —, ideo praeuaricationis reum tenuit quam prolapsionis addixit. in illum igitur iusta seueritatis processit sententia, quia scire uoluit quod
2 scire non profuit. nobis autem, qui hereditario uinculo tenemur

6*Sap. 14, 7—8  11 cf. Col. 2, 14  16 cf. Gen. 1, 26

1 saltim *MPm1Rm1*  4 misericordia] misericordiae *GMav*  5 *pr.* est *om. N*  et iustitia] *pergit A*  iustitia] iustitiae *GMav*  8 per *om. N*  manu *Nm2* manus *Ov*  11 illum *Nm1*  patibulum] *add.* ie (hie-*P*) rusalem *NPT*  dominus] *add.* liber *AR* noster *O*  12 cyrographum *AMNOPR* chyrographum *G*  13 dominus *N*  14 sciunt *N*  de] e *P*  18 ut sis—castus *om. codd. praeter O*  19 inmaculata *GMa*  in te *ex* ante *A*  21 concesserit *a*  22 quur *P*  23 sententiae (que *eras.*) *M*  24 quod *O*  26 praeuaricationis] *add.* magis *Ov*  quem *Ta*  prolapsioni *AGm2Mm2OPm2Tav*  27 sententia processit *O*

adstricti, qui in hac carne sumus, quae priorum praeiudicio detrita iam atque adsuefacta peccatis non poterat emergere, quasi iustus indulsit; iuste enim ignouit heredi qui praeiudicio laborat auctoris.

25. Est ergo iusta misericordia, sed est etiam iniusta misericordia. denique in lege scriptum est de quodam: non misereberis illius et in libris Regnorum legis, quia Saul propterea contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium regem, quem prohibuerat sententia diuina seruari. ut si quis latronem filiis deprecantibus motus et lacrimis coniugis eius inflexus absoluendum putet, cui adhuc latrocinandi adspiret affectus, nonne innocentes
tradet exitio qui liberat multorum exitia cogitantem? certe si 2
gladium reprimit, uincla dissoluit, cur laxat exilio? cur latrocinandi qua potest clementiore uia non eripit facultatem, qui uoluntatem extorquere non potuit? deinde inter duos, hoc est accusatorem et reum pari periculo de capite decernentes, alterum si non probasset, alterum si non esset ab accusatore conuictus, non id quod iustitiae est iudex sequatur, sed, dum miseretur rei, damnet probantem aut, dum accusatori fauet qui probare non possit, addicat innoxium? non potest igitur haec dici iusta misericordia.

26. In ipsa ecclesia, ubi maxime misereri decet, teneri quam maxime debet forma iustitiae, ne quis a consortio communionis abstentus breui lacrimula atque ad tempus parata uel etiam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, facilitate sacerdotis extorqueat. nonne, cum uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari?
facilitas enim ueniae incentiuum tribuit delinquendi. hoc eo dictum 2
est, ut sciamus secundum uerbum dei, secundum rationem dispensandam esse misericordiam debitoribus. medicus ipse si ser-

5*Deut. 19, 13   6 cf. I Reg. 15   28 sqq.] cf. tractat. 9, cap. 7

1 quae priorum *om. N*   attrita *NT*   3 laborabat *v*   4 iustae *Pm1* sed *om. MNa*   etiam] et *N*   6 propterea postea *O* postea *GMNPRTa*   8 ut] at *Ta* latronis *codd. praeter A, av*   9 motu *A*   eius coniugis *O*   11 tradit *GPm1a* multorum liberat *av*   12 uincula *av*   13 non *om. Gm1Pm1*   14 denique *a* 16 *pr.* non *del. P, om. Oav*   uictus *O*   17 sequetur *O*   sed] si *O*   18 probari *A* abdicat *N*   19 non *om. T*   posset *O*   21 communionis consortio *av* 24 cum uni] qui communionem (onem *s. l. N*) *NT*   indulgit *GRm1*   25 indigna *M* 26 tribuet *O*   delinquenti *a*   ideo *MOa*   28 modicus *Mm1*   serpentibus *ARm1*

pentis interius inueniat uulneris cicatricem, cum debeat resecare
ulceris uitium, ne latius serpat, tamen a secandi urendique pro-
posito lacrimis inflexus aegroti medicamentis tegat quod ferro
aperiendum fuit, nonne ista inutilis misericordia est, si propter
breuem incisionis uel exustionis dolorem corpus omne tabescat, uitae
3 usus intereat? recte igitur et sacerdos uulnus, ne latius serpat, a
toto corpore ecclesiae quasi bonus medicus debet abscidere et
prodere uirus criminis quod latet, non fouere, ne, dum unum ex-
cludendum non putat, plures dignos faciat quos excludat ab ec-
clesia.

27. Iure ergo apostolus diuino nos hortatur exemplo dicens:
*uide ergo bonitatem et seueritatem dei; in
eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in
te autem bonitatem, si permanseris in boni-
tate*, ostendens Iudaeorum populum iure esse a corpore ecclesiae
separatum, ne perfidiae uirus contaminaret ecclesiam, populum au-
tem gentium bonitate domini receptum et oboedientiae munere
2 gloriari. iure igitur huic diuina bonitas suffragatur, cum in diuina
bonitate permaneat; si uero et ipse desciscat, pro criminis sui quali-
tate damnabitur. qua gratia dominus et lux et ignis esse describitur,
ut in tenebris ambulanti luceat quasi lumen, ne diutius possit errare
3 qui quaerit luminis claritatem. ei autem, qui multa fuerit operatus
quae manere non debeant, sed ardere, ignis est dominus, ut operis
nostri faenum stipulamque consumat atque utili nos saluos faciat
detrimento, sicut aurum quod excoquitur plus probatur.

28. Fortasse dicat aliquis, qua ratione scripserit propheta:
*miserere mei secundum eloquium tuum*; uerbum

12*Rom. 11, 22 20 cf. I Ioh. 1, 5. Ex. 3, 2 cet. 24 cf. I Cor. 3, 12—13
25 cf. Prou. 17, 3 27 Ps. 118, 58 cf. I Cor. 1, 30

1 cicatricem *om.* *N* 4 est misericordia *O* 6 ergo *a* uulnus] *add.* graue *Ov* 7 abscindere *av* 8 lateat *PT* latebat *Ov* 9 indignos *AOR* faciat dignos *av* 11 ergo igitur *N* nos *om.* *N* 12 et] ac *b* 13 quidem *om.* *N* 15 ab ecclesia (*om.* corpore) *NT* 17 gentium] *add.* desciscat *N* 18 pietas *a* cum *A* quia *GMm1* qua *Mm2N* quam *PRm1* qui *Rm2* quamdiu *Oav* diuine *Am1Rm1* ea (*sic*) *P*, *om.* *O* 19 et *om.* *O* discedat *O* 22 luminis quaerit *N*
*def. A* 24 fenum *GMO* foenum *P* utili — *p. 169, 14* magis animo *desunt in A* utiles *GMm1* faciat saluos *Nav* 25 tormento *N* quod] *add.* dum *Gm2Nav*, quo *O* exquoquitur *P* plus *om.* *N* 26 et qua *O* scripserit] dixerit *NT* 27 eloquium] uerbum *Oav*

enim dei iustitia est. si igitur iustitia fretus erat, cur misericordiam ante praemisit, aut si misericordiam requirebat, cur eam ad mensuram iustitiae putauit esse poscendam? qui enim bene agit et bene uiuit, opus non habet misericordia, quia misericordia a peccato liberat. denique non diuitibus, non fortibus et felicitate subnixis 2
misericordia conferri consueuit a nobis, sed egentibus uel debilibus uel his, qui ex diuitiis in paupertatem aut captiuitatem aut necessitatem aliquam deciderunt. ergo qui eget misericordia peccator est, qui autem peccator non est utique iustus est et non eget misericordia dei.

29. Secundum quid igitur unusquisque, hoc est secundum quem statum egeat misericordia aut iustitiam habeat, considerandum est. aliter enim eget iustitia dei angelus, aliter homo, aliter eget misericordia archangelus, aliter homo. angelica enim natura non utique ita corruptelae obnoxia est ut natura generis humani, et ideo illa eget misericordia dei, ne possit errare et auersa a se dei gratia labatur in uitium, homo autem, etsi iam firmiore proposito est, tamen propter contractorum seriem peccatorum misericordiam quaerit. itaque etsi uterque misericordia indiget, aliter tamen angelo 2
misericordia, aliter homini debetur. leue enim uitium in angelo iudicio grauiore censetur, peccatum quoque adulescentiae in homine mitiore sententia quam peccatum senectutis adstringitur et citius relaxatur.

30. Propheta igitur in isto uersiculo diuidit causas, ut et misericordiam quasi homo postulet, quia nemo sine sorde peccati, et

4 cf. Prou. 15, 27

*def. A* 1 quur *P* quid *R* 2 quur *P* 3 requirendam *O* ait *M* 4 *pr.* misericordiam *Mm1N* 7 iis *v* 8 egit *Rm1* misericordiam *Pm1Rm1* 12 misericordiam *Pm1* aut—habeat *om. O* 13 *pr.* aliter—14 homo *om. N* iustitiam *Pm1Rm1* 14 misericordia] iusticia dei *O* archangelus] angelus *Pm2T* angelica] angeli *Pv* 15 ita *et* est *om. O* 16 ille *OPRv* 18 misericordiam] *add.* diam *R* dei *Oav* 19 misericordia∗*MP*, *add.* dei *Oav* tamen *om. O* 20 uitium *om. N* 21 grauiori *GM* adolescentiae *Gm1NPm2Rm2av* 22 mitiori *GM* quam] qui *R* peccatum] qui *N* qui peccato (*ex*-um *m2*) *P* et] nec *NPRT*

iustitiam quasi propheta deposcat uel certe quoniam, licet peccauerit sicut homo et quasi peccator misericordia egeat, tamen correxit errorem, paenitentiam gessit, abstinuit a temulentia delinquendi sobrietate uirtutis. petit ergo iustitiam secundum uerbum dei, quia uerbi dei sententia est, ut conuersis uenia donetur, si legitime est facta conuersio.

31. *Cogitaui uias meas et auerti pedes meos in testimonia tua.* diuiduus sensus: aut quia uias superiores meas cogitaui plenas lapsus atque peccati, et ideo, ut remissionem peccatorum possim mereri morum conuersione studioque uirtutum, auerti pedes meos in testimonia tua, ut non iam meis gressibus, quibus ante sum lapsus, sed testimoniorum tuorum itineribus ambularem, quo tuorum semitae mandatorum me errare 2 non sinerent nec uestigium in deuia et tortuosa deflecterem. frequenter enim ignorantes iter, si strata uiarum sequantur, perueniunt quo desiderant peruenire et carent erroris anfractu; sin autem usurpent scire quod nesciunt et putent aliqua sequenda conpendia, a publici tractus itinere recedentes erroris labyrinthos frequenter incurrunt, ut eos de itinere deflexisse paeniteat, et ideo post multa laborum dispendia ad iter quod reliquerant redire contendunt.

32. Hic ergo sensus unus est, alius autem ita: cogitaui uias meas, non superiores, sed futuras, ut ante meos actus cogitationibus praeuenirem, ne inconsulta operatione progressus aliquid in ipsis conationibus offensionis inciderem, ut, si agere aliquid uelim, ante cogitem, utrum agendum sit illud quod desidero aut quo agendum modo, similiter si adloquendum, utrum adloqui debeam, deinde

5 cf. Ezech. 18, 21. 33, 12 7* Ps. 118, 59 15 *strata uiarum* = Uerg. Aen. 1, 422 21 Ps. 118, 59

*def. A* 2 correcsit *Rm1* 5 *alt.* dei *om. PR* cum conuersis *P* detur *O* si] *add.* tamen *v* 6 freta *GMm1NPRTa* 7 *praemittunt* III *GMOR* conuerti *MNPm1Ta* 8 meas superiores *N* 9 lapsus plenas *P* 10 conuersione *Pm2 Tm1av* conuersatione *cet.* 12 lapsus sum *O* sed] in *Mm2* 14 sinirent *Mm1* 16 quod *Mm1* anfractus *Pm1R* anfractibus *Pm2* 17 secunda *N* 18 tractu *GMNm1OPm1* itineris *Mm2O* cedentes *GPm1* laberinthos *GNOPR* laborinthos *M* 20 reliquerint *Nm1PR* reliquerunt *Nm2* 21 hic] sic *O* 24 conationibus *scripsi* contionibus *Gm1Mm1* coactionibus *Gm2Mmg.NPm1Ta* cogitationibus *Mm2OPm2Rv* aliquid agere *OP*

publice an secreto loqui, praesentibus aliquibus aut nullis; sicut illud est ut, si uelis fratrem corripere, primo solus corripias, secundo praesentibus duobus aut tribus testibus, tertio, si non audierit, coram ecclesia. itaque si praetermisso ordine uelis coram ecclesia fratrem increpare quem ante monere debueras, erratum ipse cognoscis. omnia igitur cum cogitatione facito, ut non te paeniteat operis tui. an 2
uero si uiam ingressus, cum ueneris ad competum aliquod — ita enim appellatur plurimarum uelut quidam concursus uiarum —, si nescias quod iter ingredi debeas, stas tamen et cogitas ipse tecum, utrum primam an secundam an tertiam an quartam uel certe quintam, si ita est, uiam eligas quam sequaris nec putas prius adoriundum iter quam animo definieris et pleniore mentis intentione decideris, stas igitur cogitans quae sit uia, quae in ciuitatem ducat ad quam tibi putas esse pergendum, quanto igitur magis animo debes ac mente consistere, qui ad regnum caeleste contendis, et cogitare tecum, quia non omnis uia illo ducit, non omnis uia illo dirigit ad Hierusalem illam quae in caelo est!

33. Sunt uiae quae malos exitus habent, quas diaboli temptamenta triuerunt, et ideo exitus earum exitus mortis sunt. hae nempe sunt uiae, de quibus legisti in Prouerbiis, quia *sunt uiae quae uidentur uiro rectae esse, ultima autem earum aspiciunt in profundum inferni.* est autem uia angustior illa quae ducit ad dei regnum. uolens igitur eam ingredi uiam, quae ad deum ducit, non circumspicies, non tecum ipse tractabis, non considerabis, ne facile capiaris affectu, si uiae latitudine prouocatus ingrediaris iter quod ad inferna deducat? cogita ergo ante atque perpende quid facias.

34. *Qui uiderit,* inquit, *mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterauit eam in corde*

2 cf. Matth. 18, 15—17 17 cf. Hebr. 12, 22 20*Prou. 14, 12 23 cf. Matth. 7, 14 28*Matth. 5, 28

1 secrete *M* 6 operis] apertio oris *Ma* an] enim *Mm2* 7 compitum *ORm2av* 8 uelud *M* 9 nescis *GMm1* 10 certe *om. O* 11 adoriendum *NOPm1av* 13 quae sit uia] quaeris uiam *NPRT* 14 debes] *pergit A* 16 *pr.* illo] illuc *R* 19 hae] ecce *NT* eae *P* heae *R* 20 legistis *O* 23 regnum dei *N* ergo *a* eam igitur *AR* 25 facili *NO* 28 quid *Mm1* inquid *Rm1, om. O*

suo. hic utique cogitauit, ut uideret mulierem, ut uideret ad con-
cupiscendum; sed mala haec cogitatio relinquat uias suas. alius non
cogitauit quidem, sed subito aspexit et captus est et uidit et concupiuit
et ideo lapsus est. quodsi fragilem suum considerasset affectum et ante
timuisset, ne, cum uidisset mulierem, mente caperetur et animo,
2 utique non prospexisset ad mulierem, ne concupisceret eam. uidens
ergo mulierem non direxit pedem suum in testimonia domini, qui,
si ante lapsum suum cogitare potuisset, forsitan direxisset. unus-
quisque ergo prius cogitet quomodo uideat mulierem, ut non uideat
ad concupiscendum eam, ut non adtendat eam. si autem uidens re-
pente uel bona cogitatione fundatus dirigat pedem suum ad testimo-
nia domini, ne in captiuitate permaneat, utique ei profuit cogitatio.
3 postremo amans mulierem diligens concupiscens Christum consideret,
iudicium eius, testimonia eius de praemiis castitatis et relinquat
uias concupiscentiae, sequatur uias Christi et habebit laudem in eis,
si contemplatus dominum Iesum contemnat carnis ardorem, flam-
mam libidinis quasi quodam fonte restinguat, adlidat teneras et in-
firmas cupiditates ad petram Christi.

35. Cogitet ergo primum, ut eadem repetam, quemadmodum
uideat, quemadmodum loquatur. bene cogitauit qui dixit: *p o n e,
d o m i n e, c u s t o d i a m o r i m e o*, ne forte, dum mens inflam-
mat ardorem, lingua sermone labatur aut multiloquio incauto etiam,
2 quod mens non cogitauit, incurrat loquendi facilitate. cogitet, quem-
admodum pedem suum dirigat, manum adferat, ne impetu indigna-
tionis inpulsus, cum repellere debeat iniuriam, ipse alteri iactum no-

17 cf. Ps. 136, 9 20 Ps. 140, 3

1 itaque *NT* *alt.* ut] et *O* 2 relinquebat *coni. Engelbrecht* 5 tenuisset *O* ne cum] nec *Mm1* et *om. MNPm1a* 6 ne] non *M* nec *NOm1P* 8 direxisset *Oav* dixisset *AGm2Mm2NPRT* deuiasset *Gm1Mm1* unusquisque] *add.* c o g i t a u i u i a s m e a s e t a u e r t i p e d e s m e o s i n t e s t i m o n i a t u a (*Ps. 118, 59*) *Gm2Mm2NPT* 10 ut] aut *Mm2NOPav* in eam *v* 11 uel] *add.* in *O* 12 profuit ei *O* 13 mulierem] *add.* si auerterit non tantum pedem, sed et mentem ut (*om. G*) *Gm2Tm2a* diligens] *add.* et *v* Christum] *add.* ut *Gm2* 15 concupiscentiae] *add.* et *Ov* sequamur *Rm1* et *om. Ov* 16 contemnit *ANPR* condempnet *O* flammas *O* flammamque *av* 17 quendam *GMm1* fontem *G* extinguat *GMRa* restringat *O* 18 christum *O* 19 repetat *M* 21 dum *om. NT* inflammetur *N* inflammatur *Pm2* inflammet *T* 22 ardore *Nm2OPm2* 23 loquendi facilitatem (*sic*) *om. Rm1* 24 asserat *O* ad se ferat *a* inpetu *M* 25 pellere *T* actum *AR*

tabilis caedis inlidat. cogitandum est igitur quid geramus; ubi enim praecedit cogitatio, maturitas operationis adhibetur. itaque pes iste fidei uestigium est, quem meditatione perpensa a corporalibus motibus ad testimonia diuina deflexit.

36. Quid igitur prosit cogitare ante, quod postea facturus sis,
docet uersiculus qui sequitur: *paratus sum et non sum
turbatus, ut custodiam mandata tua.* ubi cogita-
tione quis praeuenit quod acturus est, semper paratus ad agendum
est, semper fixus et ualidus, ut non queat subita aliqua accidentium
offensione turbari. nulla eum flabra scopulosae nimis ambitionis
excutiunt, nulla procella atque tempestas iniustae inuasionis exa-
gitat, non petulantis oculus meretricis inlaqueat; oculus enim mere-
tricis laqueus amatoris est. in aliena miser capitur possessione, qui 2
inprouiso igne praeuentus possessionem suae mentis amisit. si per-
secutio ingruit, inuenit iam paratum, ut, ubi possit esse perturbatio
salutis incertae, ibi sperata sacri corona certaminis prouida futuri
meditatione demulceat. si a maledicis obtrectatoribus frequenter
obroditur, cogitet, quia *non est discipulus super magi-
strum neque seruus supra dominum.* si supra dei
filium obprobria exprobrantium nefanda ceciderunt, quemadmo-
dum seruus exortem eorum sperare se poterit? ideoque mentem 3
suam praeparare debet, ut, cum ista acciderint, turbare se non que-
ant. praeparet animum et meditatione conponat, ut possit dicere,
si tamen possit: *quis nos separabit a caritate Chri-
sti? tribulatio an angustia an fames?* et cetera.
quare autem non separetur, adiecit: *sed in his omnibus*

6 Ps. 118, 60 18*Matth. 10, 24 19 cf. Matth. 27, 39 sqq. 24 Rom. 8, 35 26*Rom. 8, 37

3 perpessa *O* 4 diuina *om. O* 5 quod] quid *Rm2* 6 sequitur] *add.* IIII *GR* 8 acturum *Mm1* facturus *Mm2* 9 queant *Mm1* 10 eum] enim *N* scopolosae *MPm1Rm1* 11 iustae *AR* 12 *pr.* oculis *Gm1Mm1* oculos *Pm1* 13 passione *O* 14 in prouisione *O* prouentus *GOPRm1* si *Nm2Oav* sed *cet.* 15 ut *om. A* posset *GM* 16 ubi *A* separata *N*, *om. O* sacra *Rm1*, *om. O* futura *Ma* 17 si *ANm2Ov* sed *cet. a* a] qui *Mm2*, *om. GMm1NPRa* maledictis *GPa* obtrectatorum *GMPm2a* 19 super dominum *N* 21 exsortem *Gm2NO* poterat *Pm1* 22 turbari *P* queant *Nm2av* queat *cet.* 23 praepararet *Rm1* meditationem *MO* 24 separauit *M*

superamus, inquit, et uincimus propter eum qui dilexit nos. meritoque confirmatus ait: confido enim quia neque mors neque uita neque angeli neque potestates neque praesentia neque futura separare nos poterunt a caritate dei quae est in Christo Iesu.

37. Multa apostolus dixit contra quae lucta nobis est; sed alia facilia sunt uel certe non huius temporis aut loci, ut discutere omnia debeamus, quae sint quae nos separare possint a caritate dei, nisi diligentius resistamus. illud nunc, quod uidetur obscurius, non praetermittimus, quia ait: neque altitudo neque profundum, quae sunt grauia temptamenta. denique habes in Esaia scriptum ad regem Achaz: pete tibi signum a domino in profundum aut in altum. respondit ille: non petam ne-
2 que temptabo dominum. mysticum illi propositum est, sed non intellexit et ueritus est, ne temptare dominum uideretur, si signum peteret in altum aut in profundum. dominus autem uolens grauia temptamenta remedio subplantare diuino, ait: ecce uirgo in utero concipiet. hoc est magnum signum, quod altitudinis et profundi temptamenta destruxit. dominus enim Iesus non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo neque quae sua sunt requisiuit, sed formam serui accepit, humiliauit se usque ad mor-
3 tem. itaque neque elatus est potestate neque mortis quadam deiectione turbatus. hoc igitur signum proponitur regi, ut petat sibi remedium, per quod nec regiae potestatis extolleretur supercilio nec certe aerumnae alicuius exceptione perturbaretur, ut erat corde turbatus, cum bellum sibi uideret a Syris inferri. diuini igitur exemplo

2*Rom. 8, 38—39 11 Rom. 8, 39 13*Esai. 7, 11 14*Esai. 7, 12 18*Esai. 7, 14 20 cf. Phil. 2, 6 21 cf. Phil. 2, 21 22 cf. Phil. 2, 7. 8

1 separemus *Rm1* inquid *MPm1Rm1* 3 neque angeli *om. Am1* 5 poterint *R* 6 christum *Mm1* 7 luctandum *Mm2NT* 8 sunt *om. PR* aut] ut *Pm1, om. AR* 10 praetermittamus *Rm2* 11 quia] qui *Nm1O* quo *Mm2Nm2T* 12 testamenta *Pm1R* 13 achab *AR* acaz *GM* acab *P* 14 neque] et non *N* et neque *a* 15 misticum *MOR* 19 concipiet in utero *av* 22 sed] si *Mm1* accipit *Mm1* 23 quodam *Gm1Mm1Rm1* quoddam *Pm1* 24 itaque *T* 25 extolletur *ORm1* 27 a siris *MNT* assyriis *AGm1Pm1R* ab assyriis *Gm2OPm2* (*v*) a syriis *a*

oraculi uoluimus ostendere quae essent haec grauia temptamenta, quibus remedium solus potuit Christus adferre.

38. Uerumtamen et prophetico sermone facile est docere sarcinam quandam horum temptamentorum. haec enim temptamenta duo maxima sanctus Salomon oratione propria declarauit et rogauit ut posset excludere, dicens: d i u i t i a s a u t e m e t p a u p e r t a t e m n e d e s m i h i, s e d o r d i n a m i h i q u a e o p u s s u n t e t q u a e a b u n d e n t, n e r e p l e t u s m e n d a x f i a m e t d i c a m: q u i s m e u i d e t? a u t p a u p e r r a p i a m e t p e i e r e m n o m e n d e i. potes igitur tu ista tempta- 2
menta contemnere quae formidauit Salomon, qui sapientiam postulauit et meruit? diues erat, timuit extolli; pauper fieri formidauit, ne paupertatis necessitate abstinentiae gratiam non teneret. quam multi, qui uidebantur sancti esse, ceciderunt ab altitudine cordis sui! quam multi aliqua necessitate deiecti non potuerunt contenti esse iniuria, qui fuerant uirtutum exercitio roborati! rarus Iob inuenitur in terris, qui et diuitias amisit et filios et uibicibus corporis exaratus, cum uermes toto corpore fluerent, a Christi tamen caritate non potuit separari. paremus igitur affectum nostrum, ne inparatum uis 3
repentina perturbet. denique sciens dominus cito nos frangi solere ait etiam apostolis: n o n t u r b e t u r c o r u e s t r u m n e q u e f o r m i d e t. si te cupiditas appetentiaque temptauerit, lege euangelium, dicat tibi Iesus: 'non turbetur cor tuum'. si quis terror ingruerit, dicat tibi Christus: 'non turbetur cor tuum neque formidet'. si qua supplicia persecutor inflixerit, lege euangelium, dicat tibi Iesus: 'non turbetur cor tuum neque formidet'. lege apostolum dicentem: 4

6*Prou. 24, 31—32 (30, 8—9) 11 cf. II Par. 1, 10 21 Ioh. 14, 27

1 uoluimus *Mm2NO* uolumus *cet. av* extendere *Gm1M* quae] quam *Mv* 3 et] ut *AGMm1R* ex *Mm2* 4 quendam *Mm1* temptamentorum] *add.* ostendit *Gm2* 5 sanctus *om. R* 6 possit *GMPRa* paupertates *O* 7 dederis *GMm1a* sed] si *Mm1* sunt opus *M* 8 habundent *GMPm1* abundant *O* fiam mendax *AOR* 10 iurem *GMm1Pb* periurem *Mm2ORaμ* peiurem *N* domini *AGORa* 11 Salomon—12 formidauit *om. AR* 13 necessitudine *O* necessitatis *R* 15 deiecte *Mm1* 17 filios amisit et diuitias *N* et filios amisit *O* uiuicibus *GMm1Pm1* uicibus *Rm2* exaratur *Ga,add.* qui *AR* 19 effectum *Pm1R* 21 aut *Mm1* apostolus *Rm1* 23 Iesus] *add.* Christus *MNav* 25 inflexerit *Mm1NOm1Pm1R* et dicat *OR*

indignae enim passiones huius temporis ad superuenturam gloriam. si in mari nauiganti grauis fluctus insurgat, tempestas atra desaeuiat, dicat tibi Iesus: 'ego sum, noli turbari'. ueniens igitur in certamen aliquod magnum et graue dic prius: paratus sum et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.

39. Et quid de saecularibus dicam? esto paratus non solum ad-
uersus ea quae uides, sed etiam aduersus ea quae non uides. foris,
inquit, pugnae, intus timores; in te ipso tibi bellum est.
bonum est ut in tranquillitate sit animus tuus et in quadam sereni-
tate; sed gubernator ille melior est qui in tempestate nauem guber-
2 nat. rege igitur te ipsum, quando turbatur animus, mens fluctuat.
laudauerim uirtutem gubernatoris, qui nullas procellas senserit et
cursum nauigii direxerit nulla tempestate iactatus? sed illum lau-
dauerim, qui aduersus uentos renititur, insurgit aduersum fluctus,
non timet, uel cum eleuatur undis nauigium uel cum ad profundi
3 ima deponitur. ita et ille laudandus est gubernator sui, qui ea quae
aduersa sunt uincit patientia, uirtute superat, secundis non extolli-
tur, aduersis non frangitur. bellum tibi est etiam aduersus nequitias
spiritales. aduertis, cum quantis tibi proelium, et ideo meditare et
statue animo, ut procedens ad proelia dicas: paratus sum et
non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.

40. Sequitur uersus quintus: *funes peccatorum circumplexi sunt mihi et legem tuam non sum oblitus*, hoc est: funibus me circumdederunt peccatores, ut mea inplicarent uestigia, ne possim incursus eorum praeuidendi celeri-

1*Rom. 8, 18 3 *tempestas atra*] cf. Uerg. Aen. 5, 693 cf. Marc. 6, 50 5Ps. 118, 60 8 II Cor. 7, 5 19 cf. Eph. 6, 12 21Ps. 118, 60 23*Ps. 118, 61

1 enim] *add.* sunt *OR* passiones] *add.* sunt *av* 2 futuram *O* grauis *om.* *b* 3 tibi dicat *Aav* 4 ad *O* aliquot *M* aliquid *N* magnum aliquod *O* 9 inquid *MPm1* timoris *Mm1* 10 *alt.* in *om.* *N* 11 in *om.* *Gm1Mm1Pm1R* nauim *GMNav* 14 illum] *add.* plus *Nm2* magis *Ov* 15 *alt.* aduersus *a* 16 *pr.* uel] et *O* 18 uincet *GMm2Pm1Rm1* attollitur *O* 20 tibi] *add.* est *Mm2a* sit *v* 21 dicens *Gm1Mm1* 22 ut custodiam] custodire *O* 24 mihi (μοι) *Om2PRb* me *cet.* *aμ* et *Aav*, *om.* *cet.* legem] *add.* autem *O* 26 ne] non *Mm1* possem *Gm2Ov*

tate euitare. non ergo illi funes sunt de quibus scriptum est: f u n e s
c e c i d e r u n t m i h i i n p r a e c l a r i s. sunt enim funes illi,
quibus utuntur qui terminos metiuntur agrorum limitesque distin-
gunt et possessionum spatia disterminant. tenduntur ergo illi funes 2
quibus possessio uniuscuiusque diffunditur; sic factus est f u n i-
c u l u s h e r e d i t a t i s s u a e I s r a e l. boni ergo illi funes;
isti autem funes quibus trahuntur peccata ut fune longo
et ut loro iugi uitulae iniquitates. uitula enim indomita
plus se iactat et excutit, cum tenetur, nec adquiescit imperio
nec adstringitur uinculo, sed magis, cum loro retrahitur, exa-
speratur. itaque nec coacta se subicit nec tamen libera uincu-
lorum est. sicut ergo trahit uitula lorum iugi, quae, etsi non tenetur 3
e proximo, tenetur tamen nec se explicat et absoluit, ita trahit unus-
quisque peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat se libe-
rum, quia non est iugo subditus subiectusque iudicio, et nescit quod
non sit exutus, sed magis ut illa uitula et ipse se implicet suorum
nexibus peccatorum. hi sunt igitur funes delictorum nostrorum,
quibus inuoluimur et ligamur, quemadmodum sunt et uincula delicto-
rum. et ideo saluator, qui habet in potestate peccatum dimittere, 4
dicit his qui sunt in uinculis: e x i t e. utinam et mihi dicat: 'exi de
uinculis tuis, exi de nexibus peccatorum tuorum, solue funes erroris
tui quibus circumdatus et ligatus es'. etsi enim nequissimus sim om-
nium et detestabilissimus peccatorum, illo tamen iubente liberor,
qui sub uno momento latrocinii damnatum reum supplicio eripuit
et constituit in regno suo.

41. Sunt ergo uincula quibus constringimur, etsi nobis uidea-
mur liberi. beatus qui haec soluit sibi uincula. et ideo Dauid ait:

1 Ps. 15, 6 5*Deut. 32, 9 7 cf. Esai. 5, 18 20 Esai. 52, 11
24 cf. Luc. 23, 42

3 metuntur *N* destingunt *Pm1* distinguunt *av* 4 possessionem *Rm1* ergo *om. Am1* 5 quibus] quoad *GMOav* possessionem *M* 6 funes] *add.* sunt *O* 7 autem] *add.* sunt *Gm2* longe *Rm1* 8 iugae *AR* iniquitatis *codd. aμ* 10 retrahitur] *add.* et *MN* 14 moribus] *add.* funes *Gm2* iniquitatis *Mm1* 15 iugo *om. N* 16 exitus *Mm1* sed] si *Mm1* magis] se *add. codd. praeter OR(av)* implicit *Gm1M* implicat *Gm2NPav* 17 ergo *Ma* 20 iis *b* eis *μ* in *om. N* 22 enim] essem *Mm2* 23 detestabilissimus *MORv* detestabilis sim *AGNPTa*, *add.* usu *Gm2NPTa* peccatorum] *add.* usu *A* liber ero *GMNOav*, *cf. cap.* 44 *extr.* 24 latronem *ARm1* latrociniis *a* eruit *N* 25 et *om. GMNPm1av* constituitque *av* 26 uideamur nobis *av* uideamus *PR*

*disrumpamus uincula eorum et abiciamus a nobis iugum ipsorum.* non manu utique uisibilia uincula
dicit esse rumpenda, sed inuisibiles criminum nexus morum conuer-
sione et fidei professione soluendos aut manu, hoc est opera manus
2 tuae. eroga pauperibus, debiles eleuato, redime captiuos, et soluisti
uincula tua; *elemosyna enim a morte liberat.* eripe
eum qui ducitur ad mortem, hoc est: eripe eum intercessione, eripe
gratia tu, sacerdos, aut tu, imperator, eripe subscriptione indulgentiae,
et soluisti peccata tua, exuisti te e uinculis tuis.

42. *Uinculis enim peccatorum suorum unusquisque constringitur,* sicut ipse legisti; ligat nos uin-
culis carnis inlecebra. uinculum nostrum auaritia est, uinculum
nostrum ebrietas est, uinculum nostrum concupiscentia est, uincu-
lum nostrum superbia est. sunt et diaboli uincula; denique scriptum
est: *hanc autem filiam Abrahae, quam ligauit*
2 *satanas decem et octo annis.* ligat nos etiam diabolus
criminum nexu, ligat nos uinculo fornicationis, uinculo adulterii,
uinculo perfidiae qua Christus negatur, uinculo inuidiae qua frequen-
ter etiam frater adpetitur, uinculo crudelitatis qua nonnumquam
socius et conformis occiditur. haec sunt uincula quibus ligatus unus-
quisque inclinatur, ut animam suam leuare non possit nec obtutus ad
caelum mentis erigere, nisi dicat ei dominus: *dimissus es ab infirmitate tua* et munere eum suae benedictionis erexerit.
3 haec sunt sceleratorum uincula quae dure peccatores ligant, hoc est
diabolus et ministri eius uel certe Nebroth, hoc est 'amaritudo', uel
certe Esau, hoc est 'terrenus et callidus'. isti enim uenatores erant,
qui feras laqueis captare consuerunt et muta animantia uinculis in-

1*Ps. 2, 3 6*Tob. 4, 10 (11) 7 cf. Prou. 24, 11 10*Prou. 5, 22 15*Luc. 13, 16 22*Luc. 13, 12 25 cf. Gen. 10, 8—9 26 cf. Gen. 25, 27—28

1 dirumpamus *MORaμ* eorum *om. Gm1Mm1* proiciamus *Mm2NT* 2 itaque *O* uisibili *a* 3 inuisibilium *NT* inuisibilis *Pm1* conuersione *OPm2v* confessione *cet. a* 4 opere *Ov* (*non a*) 6 morte *AR* peccato *cet. av* (*sec. Uulg. Tob. 4, 11*), *cf. Explan. ps. 61, cap. 21* 7 hoc est *om. O* eum *om. Gm1NOPT* 9 exui *Gm1* e *om. ORv* tuis *om. GMav* 12 nostrum] *add.* superbia est *N* 15 ligauit] ligat *Mm1* alligauit *N* 16 XVIII° (*sic*) *GMR* et *om. A* 17 nos] *add.* etiam *O* 20 socius] seruus *ex* suus *R* 21 obtutos *Pm1* 22 ei dicat *a* 24 dure] dum *G* duri *MNm1PT* 25 diabolo *P* nembroth *AP* nebroht *G* nehmhrot *M* nembrot *N* nembroht *O* Nemroth *av* 26 certe *om. O* 27 capere *N* consueuerant *Ov*

ligare. inutiles uenatores, qui capiant bestias quae pompam spectaculo populari praebeant, ministerium crudelitati. denique nullum inuenimus diuinarum in serie scripturarum de uenatoribus iustum.

43. At uero alia uincula sunt, ut dixi, domini Iesu, quem sequuntur, inquit, alligati uinculis, hoc est uinculis adstricti caritatis et amoris, fidei uinculis alligati, licet sic possit intellegi: alligati uinculis Christum sequuntur, hoc est peccatorum et criminum remissorem, fontem indulgentiarum, redemptionis auctorem. sequamur ergo uincula Christi, fugiamus uincula uenatorum, ne, dum incedimus, dum ignoramus, laqueos eorum pes nostrae mentis incur-
rat, ne animae nostrae ceruicem nexibus inseramus. insidiantur 2
enim quasi pessimi uenatores et, quando prosperorum euentu animum relaxamus ac secundis rebus remittimus nec excubias cautionis habemus intentas, tunc plus iactant laqueos suos aut in uia qua ambulamus abscondunt, ut, cum fuerint eorum laqueis innexa uestigia, trahant, quo securum subplantent uiantem uel collo adstrictos strangulent commeantes.

44. Noli ergo alta ambulare ceruice sicut filiae Iudae; altis enim ceruicibus cito laqueus innodatur. noli ad saecularia mentem animumque defigere, sed circumspice oculis animae diligenter, quia pluit dominus laqueos super peccatores, ne cadentes inligare te possint;
quos poteris euitare, si legem domini non obliuiscaris. etenim 2
etiam qui ligatus est, si sibi sit conscius libertatis, obliuisci libertatem suam non desinit et causam nonnumquam dicit e uinculis eamque sibi legum praescripto defendit ac iudicio frequenter absoluitur. ergo et tu, si peccaueris, memor esto legis, si peccaueris, memor esto

4 cf. Os. 11, 4  14 cf. Ps. 141, 4  18 cf. Esai. 3, 16  21 cf. Ps. 10, 6 (7)  24 cf. Caes. B. G. 1, 4, 1

1 capiunt *AP*  bestiam *Mm2NT*  qui *Mm2*, *add.* in *Ta*  2 praebeat *T*  3 in diuinarum *v*  in *om. A*  4 uincla *O*  domine *O*  secuntur *OPR*  qui (quibus *T*) reguntur *Mm2NT*  6 et] *add.* spei *a*  amatores *NTa*  7 secuntur *MNOPR*  8 remissionem *A*  10 incidimus *codd. praeter A, a*  11 nec *GMav*  flexibus *b*  12 prosperum *O*  13 relaxemus *O*  excubiae *NPm1T*  16 uiatorem *O*  adstricto *Am2GMOPa*  17 transgulent *O*  18 iudaeae *MOP*  19 ad *om. Gm1Mm1*  20 sed] si *Mm1*  21 laqueos deus *O*  23 legatus *A*  24 educit *ANOPT* ducit *Mm2*  eaquem *P* et eam (ea *Gm1*) *GM* et eque *O*  25 praescripta *Gm1OPR* perscripta *M* praescriptura *NT*  absoluitur *O* absoluit *cet. av*

Christi, qui te liberat dicens: ego sum ego sum, qui deleo iniquitates tuas, et memor non ero. ipsum diebus ac noctibus tene, ipsi tua confitere peccata.

45. Docet te propheta, quomodo teneas dominum Iesum: *media*, inquit, *nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiae tuae.* non satis est dies ad deprecandum; surgendum est et nocte et media nocte. ipse dominus pernoctauit in oratione, ut te proprio ad deprecandum inuitaret exemplo. et utique peccatis tuis ille indulgentiam postulabat; postu-
2 labat a patre, operabatur propria uoluntate. non tibi dicit propheta, ut tantummodo media nocte surgas, sed ut nocte surgas et maxime nocte media. nocte enim surgendum ante praemisit dicens: memor fui nocte nominis tui, domine. potest unusquisque memor esse et non surgere, potest unusquisque et surgere et, cum surrexerit, ea quae proprio arbitrio sederint postulare. addidit: media nocte surgebam, docens surgendum esse media
3 nocte. nec otiosum est quod adiunxit: ad confitendum tibi, hoc est, ut illo maxime tempore deprecari deum et propria debeamus peccata deflere nec solum praeteritis ueniam postulare, sed etiam praesentia declinare, futuris cauere; multa enim illo in tempore temptamenta proserpunt.

46. Tunc feruet carnis inlecebra, tunc temptator inludit; coquitur cibus potusque digeritur, stomachus aeger, mens somnolenta, animus occupatus est. itaque aut quiescenti calor soporis augetur aut uigilanti nondum plenior refusus uigor est, qui errorum cauere possit incursus. tunc igitur temptator adsistit, tunc retia iacit, qui-
2 bus turbare mentem possit inprouidam. tunc spiritales nequitiae tenebras offundunt, tunc omne nefas suadere contendunt, quando

1*Esai. 43, 25  4*Ps. 118, 62  7 cf. Luc. 6, 12  12 Ps. 118, 55  16.17 Ps. 118, 62  27 cf. Eph. 6, 12

1 *pr.* sum *om. O*  *alt.* ego sum *eras. R*  4 timeas *Ma* confitearis *O*  5 nocte, inquit *GMNav*  6 est satis *O*  8 precandum *MO*  9 *pr.* postulauit *N*  11 media *post alt.* nocte *tr. O*  sed] si *Mm1*  surgas nocte *MNav*  13 in nocte *NOPRav*, *cf. p. 144, 23*  15 qua *Rm1*  sederit *Rm2*  16 docens] *add.* te *a*  17 adiunexit *P*  19 deflere peccata *av*  20 tempore in illo *M*  in *om. N*  22 dum decoquitur *O*  23 sthomacus *R*  somnulenta *Am1Rm2*  25 est uigor *av*  26 adsistet *Pm1*  27 possit mentem *av* inpauidam *O*  spiritalis *NPT*  28 offendunt *Mm1NPm1*

nullus culpae arbiter, nullus criminis conscius, nullus potest esse testis erroris. tunc uarias disceptationes pectori dormitantis infundunt, ut primo de statu mentis deiciant reluctantem et aliquorum qui sancti habentur proponatur exemplum, quod illi aliquando deliquerint, sed postea ueniam sint adepti et texerint superiora delicta. nam etsi omnem emendationem nostri inimicus exosus sit, tamen 3 ad tempus, ut sobriae mentis uirum possit elidere, praetendit futuram indulgentiam, ut praesentia peccata persuadeat, et, cum inpulerit aliquem ad erroris adsensum, si uiderit eum iam non amore uirtutis a culpa, sed poenae contemplatione reuocari, inserit uarias disceptationes, ut dicat sibi: 'quis me uidet? tenebrae circumdant me et parietes. quem uereor? non uidet altissimus, non ad eum nostra peccata perueniunt, non dignatur spectare quae turpia sunt'. haec utique usu exemploque cognoscimus; nemo enim potest esse expers temptationis.

47. Itaque ut tempus hoc habile temptamentis, ita etiam tempus est poenae, quod ex lectione diuina possumus edoceri. non enim otiose dominus deus noster, cum posset quocumque momento primitiua Aegyptiorum extinguere, hoc tamen tempus dolori et luctui peccatoris oportunius iudicauit. sic enim scriptum est, quia media nocte primogeniti Aegyptiorum liberi ab exterminatore sint interempti. ideoque sanctus Moyses propheta, ut hoc praeueniret tem- 2 pus ac sine Hebraeorum fraude transiret, agnum ante immolauit, hoc est uesperi, ut manducantes eum et domini pascha celebrantes non occuparentur exterminatoris insidiis, ne inermes et uacuos spiritalis alimenti nocturna spicula tenebrosi hostis opprimerent.

11 Eccli. 23, 18 (25—26)    20 cf. Ex. 12

1 arbiter culpae *av*    2 erroris testis *av*    peccatori *Rm1μ*    dormitanti *NRμ*    3 mentis *om. N*    deiciat *Gm1NP*    7 ad tempus *om. O*    eludere *Rm2*    8 ut] et *Gm1Pm1Rm1*    et *om. O*    11 uidet] *add.* et *GMNOPRav*    13 uidet] *add.* me *O*    eum] deum *A* dominum *R*    nostrum *AR*    nostri *N*    peccata nostra *av*    14 quae] quod *Gm1Mm1*    16 hoc tempus *O*    habile hoc *a*    habile] *add.* est *Ov*    17 quod] quoniam (*per comp.*) *AR* quo *Gm1Mm1Pa*    18 possit *NPRm1*    20 opportunius *v*    21 primogeniti—22 sanctus *om. N*    primogenita aegypti *P*    22 moses *A*    23 transisset *T*    24 uespere *O*    eum *om. O*    pascha domini *av*    26 exprimerent *O*

48. Haec diligenter intende, prudenter intellege, sollicite re-
quire. non perfunctorie ista dicuntur, sed diuina tibi mysteria de-
clarantur. praeueni et tu insidias temptatoris, instaura prius cae-
leste conuiuium. indictum est ieiunium: caue ne neglegas et, si te
fames cotidianum cogit ad prandium aut intemperantia declinat ieiu-
nium, tamen caelesti magis te seruato conuiuio. non epulae para-
2 tae extorqueant, ut caelestis sis uacuus sacramenti. differ aliquan-
tulum, non longe est finis diei. immo plerique sunt huiusmodi dies,
ut statim meridianis horis adueniendum sit in ecclesiam, canendi
hymni, celebranda oblatio. tunc utique paratus adsiste, ut tibi acci-
pias munimentum, ut corpus edas domini Iesu, in quo remissio est
peccatorum, postulatio diuinae reconciliationis et protectionis aeter-
3 nae. suscipe ante dominum Iesum tuae mentis hospitio; ubi corpus
eius, ibi Christus est. cum hospitium tuum aduersarius uiderit occu-
patum caelestis fulgore praesentiae, intelleget locum temptamentis
suis interclusum esse per Christum, fugiet ac recedet et tu mediam
4 noctem sine ulla offensione transibis. admonet etiam sacrificium
uespertinum, ut numquam Christum obliuiscaris. non potes obli-
uisci, cum lectum ascendis, eius domini, cui in occasu diei precem fu-
deris, qui esurientem te sui corporis epulis expleuerit. etenim quod
uesperi cogitaueris, cito cum euigilaueris recensebis. excitabit te
ipse dominus Iesus, admonebit ut surgas et eo tempore arma orationis
adsumas, quo solet incursare temptator.

49. Unde non otiose Paulus apostolus et Silas trusi in carcerem, cum in neruo pedes haberent, media tamen nocte surgebant mentis uestigio, exorabant dominum et laudis sacrificium deferebant; ideo-

17 cf. Ps. 140, 2    24 cf. Act. 16, 25—26    26 cf. Ps. 49, 14

1 at(ad-)tende *AOR* intenta *Nm1T*    2 ista] tibi ista *O*    tibi *om. O*    3 caelestem *R*    4 nė *om. Am1*    5 cottidianum *Om1*    aut] ut *Ga*    declinet *GMm1a*    6 caelestis *Mm1*    te magis *N*    parata *Mm1*    7 caelestibus—sacramentis *a*    uacua *Mm1*    8 finis est *GMav*    fines *Rm1*    eiusmodi *Aav*    9 ecclesia *codd. a*    10 ymni *GMNOP*    ibi *MRm2*    accipias tibi *av*    11 Iesu] *add.* christi *O*    peccatorum est *GMNPav*    14 ibi] ubi *R*    15 caelesti *AR*    intellegit *GMNPRa* intellexerit *T corr.* intelligens *v*    16 recedit *Pm1*    media nocte *Pm2*    17 ammonet *NO*    18 obliuiscaris christum *A*    19 ascendes *GMm1a*    occasum *a*    diei *post* fuderis *tr. a*    20 qui—*p. 183, 13* septimus *dezunt in A* *def. A*    21 ueṡpere *O*    euigilaberis *R*    22 ammonebit *MNOPR*    24 si (-y-*Pm2*) leas *PRm1*    carcere *N*    25 tamen] tunc *G* autem (*del.*) *M*    26 sacrificia *O*

que, ubi non defuit deuotionis officium, adfuit etiam absolutionis
remedium. subito enim media nocte terrae motus factus est grandis,
ita ut mota essent fundamenta carceris; ualuae apertae, omnium
uincula soluta sunt. audis quemadmodum, si ligatus fueris, quibus 2
manibus, quibus operibus ipse te soluas, quemadmodum custodes
timere non possis? surge igitur ad precandum. ea hora est, qua temptator nocere consueuit et nequitia consueuit inruere; ea hora est,
qua solet aduersus temptationes graues remedium uenire caeleste.
excubandum tibi est, ne qua fraude uincaris, prouidendum, ut eo
tempore quo potes uincere nequaquam uincendi tempus amittas.

50. Et quia orationem esse subeundam media nocte diximus,
non minus etiam de huiusmodi hora diei dicendum uidetur; contraria
enim nox diei est — quid enim luci commune cum tenebris? — et ideo
aduersa sibi eadem nocturna est et diurna. sicut enim media nocte
primitiua Aegyptiorum temptator occidit et ex eo cognoscitur, quod
ea maxime hora operetur aduersarius, ita e contrario, quod meridiano tempore uirtus diuinae lucis operetur. unde et Abraham circa 2
meridiem sobrias tendebat excubias et boni aliquos expectabat
euentus, leuans oculos suos ac finitima perlustrans, quod eo tempore
aduenientem gratiam sibi quaereret. illo igitur tempore cum duobus
angelis sanctis diuinus ei hospes aduenit, illo tempore Christum suscepit hospitio, illo tempore illa quae legis et intellegis celebrata mysteria sunt. quando enim magis diuina debuit fidelem uirum inluminare
praesentia quam cum lux diei plenior refulgeret? meritoque etiam 3
sanctus Ioseph receptis fratribus et adcersito iuniore germano, quem
maxime diligebat, meridie instaurat conuiuium. erat enim meridies

13 cf. II Cor. 6, 14  14 cf. Ex. 12, 29  17 cf. Gen. 18, 1—2
25 cf. Gen. 43, 16. 24

*def. A*  1 solutionis *N*  2 factus *om. Gm1Mm1NRm1*  grandis factus est *Mm2*  3 sint *GMa*  4 sint *GMOPav (cf. Act. l. c.)*  6 precandum] *add.* deum *O*  ea hora—7 inruere *om. NT*  7 et nequitia *om. Ma*  nequitia] qua *P*  12 eiusmodi *MNOa*  13 diei nox *Nav*  luce *Gm1*  commune *om. O*  14 et] uel *OPv, om. Gm1Mm1RTa, ras. in N*  diurnae *P*  media nocte *om. N*  16 contrario] *add.* patet *Mm2*  17 operatur *R*  18 aliquid *M*  20 sibi gratiam *N*  sibi *om. P*  tempore igitur *M*  21 sanctis] suis *MNOPa*  hospis *Rm1*  22 illa] ea *O*  et] uel *O*  misteria *MOP*  23 diuina *om. codd. praeter O, u, post* uirum *tr. v*  uirum] *add.* dei *Mm2*  24 cum *in ras. m1R* quo *GMa* quod *NP*  refulgerit *Pm1Rm1* refulserit *Rm2*  25 quam *Pm1*

in sancti Ioseph pectore, quando laetas epulas fratribus splendentis gratiae ministrabat suauissimique cibos alloquii diuidebat, ut, cum illi poenam fratris metuerent adpetiti et uenditi in seruitutem, ille diuino iudicio ipsis diceret esse prouisum, ut in Aegyptum deduceretur qui famem sustinentibus alimoniam non negaret.

51. Habemus ergo in nobis meridiem. meridies est ei cui iustitiae sol refulget et cuius opere bono uel cogitationibus innoxiis et pura mente atque sincera pascitur Christus. disce igitur, quemadmodum tibi ipse facias meridiem: reuela, inquit, ad dominum uiam tuam et spera in eum, et ipse faciet; et educet sicut lumen iustitiam tuam et iudicium tuum sicut meridiem. ubi enim uera est fides, ibi ueri luminis gratia est; ubi innocentiae prolixior custodia uirtutumque longa meditatione processus, ubi splendor bonae conscientiae
2 diu permanens, ibi intellegibilis est meridies. ibi et tu Christo mentis tuae epulas exhibebis et in diuitiis eius etiam ipse pasceris, ita ut non praematurus luminis ueri sequatur occasus nec quidam studiis tuis tenebrosus cito uesper incumbat et opera bona interiectus inpediat. quodsi temptationum nox aduenerit, non inmerito media nocte surgendum et orandum diu et protrahenda psalmis tempora, donec ueniat dies et inlucescat tibi Christus.

52. Uide igitur, ne et per diem tibi media nox fiat, quo princeps mundi tenebrosus et squalidus plenitudinem tibi temptationis offundat. surge igitur et excita tuam mentem. non dormitat qui custodit te, si te non repperiat dormientem, sed surget, si et ipse fuerit tuae animae uigiliis excitatus, et imperabit uento et fiet tranquillitas in

3 cf. Gen. 45, 5—7 6 cf. Mal. 4, 2 9*Ps. 36, 5—6 16 cf. Ps. 36, 3 24 cf. Ps. 120, 3 26 cf. Matth. 8, 26

*def. A* 1 sancto *GMPa* 2 suauissimosque *Nm2* 3 seruitute *P* 4 ipsis *om. N* disceret *Om1* 6 habeamus *a* 7 refulgeret *O* refulgit *Rm1* 8 menta *Rm1* adque *M* 9 ipsi *a* fias *NTa* meridies *NPm1Ta* ad dominum] domino *Na* 10 eo *N* 11 sicut] quasi *O* sicut meridiem iudicium tuum *N* 13 ibi] ubi *O* luminis ueri *O* est ueri luminis gratia *M* 14 ibi *Mm1a* 17 praemiturus *Gm1* permaturus *Gm2* praematuros (-os *m2*) *M*, *add.* et uelox *Ov* luminis praematurus *a* ueri luminis *v* studii istius *NOPR* 18 interitus *Nm2* 20 *pr.* et] sed *NPR* est et *O* 22 mundi princeps *av* 23 offendat *Gm1 Mm1N* infundat *ORv* 24 dormitabit *v* 25 reperiat *OPRv* surgit *GMNPRm1Ta* 26 imperauit *Pm1* fiat *Pm1Rm1*

tuo pectore, quod diuersarum procellarum turbine fluctuabat. surgendum igitur nobis. solet sponsus media nocte uenire; caue ne te dormientem inueniat, caue ne facem tuam non queas somnolentus accendere. surgendum, inquam, et domino confitendum est, ut gra- 2
tias agas, confitenda etiam eius aeterna iudicia, quicquid nobis boni accidit, ut eius iustitiae deputemus ac, siue diuites sumus siue salubriter ualemus, iustitiae domini deferamus, quia iustus est, ut opus suum tueatur ac seruet, ut, quos nudos indotata quadam naturae sorte in hanc proiecit corporis infirmitatem, uigore animi et misericordiae suae dote pauperes uestire dignetur. quod utique omni agendum uirtute manifestum est, ut nec die nec nocte nec ullo tempore a gratiarum actione debeamus uacare.

53. Sequitur uersus septimus: *particeps ego sum omnium timentium te et custodientium mandata tua.* habet et Christus participes atque consortes sui. denique Dauid probat dicens: unxit te deus, deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis. habet participes carnis, quia carnem suscepit. habet prophetiae, quia prophetam, inquit, uobis suscitabit dominus deus uester de fratribus uestris tamquam me. ipsum audietis per omnia quaecumque loquetur uobis. erit autem, omnis anima quae non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. ipse est uerus propheta, qui sine alterius munere futura cognoscit, 2
qui ea quae uentura erant locutus est in prophetis. an non est propheta qui facit alios prophetare? ipse est qui auditur sicut lex, quia et lex ipsius. denique si Moysen, inquit, et prophetas

2 cf. Matth. 25, 6 13 Ps. 118, 63 16 Ps. 44, 8 18*Deut. 18, 18—19 27*Luc. 16, 31

1 pectore tuo *N* 2 nobis] *add.* est *Ma* 3 faciem *Pm1* 5 confitendo *Mm2N* confitendi *Mm1* eius etiam *N* iudicia aeterna *GMav*, *add.* ut *v* boni nobis *M* 6 ut *del. GN*, *om. v* diuites] afflicti *in ras. N* simus *T* 7 ualeamus *NT*, *add.* id *Ov* iustum *O* 8 indotatam *P* 9 in *om. Gm1Mm1* 10 agendo *Gm1* 11 uirtute] agere *Gm1Mm1* uirtute agere *NP* tempore *Oav* nec die *om. N* 13 septimus] VII *OP*, *om. GR* particeps] *pergit A* 15 suos *Ma* 16 probat] prophetabat *O* 22 anima *om. NP* qui *P* 24 cognoscat *Mm1NOPm1Rm1* 25 qui ea] quia *Tm2* 27 ipsius est *MN* est ipsius *av* mosen *A* mysen *M* inquit *om. O*

non audiunt, nec si quis ex mortuis ad illos
abierit credent. ideoque populus Iudaeorum, quia non audi-
uit hunc prophetam, de plebe exterminatus est, ut populus dei esse
3 desineret qui ante dei populus dicebatur. habet consortes baptismi,
quia baptizatus pro nobis est, habet consortes iustitiae, quia ipse
iustitia est et nobis de suo dedit sui habere consortium: habet consor-
tes ueritatis, quia ipse ueritas est et nos tenere uoluit ueritatem: ha-
bet consortes resurrectionis, quia ipse est resurrectio, habet consortes
inmaculatae uitae, quia ipse inmaculatus est, et quicumque in noui-
tate uitae ambulauerit, quicumque iustitiae tramitem tenuerit, parti-
4 ceps Christi est. habet etiam tribulationis suae participes, ideoque,
qui particeps eius esse cupiebat, dicit: nunc gaudeo in passionibus pro uobis et adimpleo ea quae desunt tribulationum Christi in carne mea pro corpore eius, quae est ecclesia. sepulturae quoque eius participes sumus; quisque enim consepultus est cum ipso per baptismum in morte, particeps eius est. ideoque ipse apostolus, adstruens quam nobis gratiam dederit dominus Iesus, ait: participes enim Christi facti sumus.

54. Sed et ille particeps Christi est, qui lugentem maesto solatur affectu, qui in carcere constitutum proprio non defraudat officio, qui ad lectum aegrotantis adsidet, non ut capiendae hereditatis tendat aucupium, sed ut morbi uim sollicito mitiget ministerio, ut sedulo fessum sermone demulceat, qui nudos uestiat, esurientes reficiat. in his enim frequenter est Christus, sicut ipse ait: in carcere eram et non uenistis ad me, nudus eram et non operuistis me; quod enim uni eorum non fecistis,

5 cf. I Cor. 1, 30 7 cf. Ioh. 14, 6 8 cf. Ioh. 11, 25 9 cf. I Petr. 1, 19 cf. Rom. 6, 4 12*Col. 1, 24 16 cf. Col. 2, 12 18*Hebr. 3, 14 25*Matth. 25, 43. 45

2 abieret *Pm1* 4 populus dei *AOav* 5 *pr.* quia] qui *NOPR* 8 resurrexionis *A* 10 tramitem institiae *Aav* 11 ideo *N* 12 quia *NRm1* dixit *AMv* 13 sunt *Am1* 14 passionum *Ov* in *om. N* 15 quae] quod *a* 16 quisquis *Mm2av* quicumque *Rm2* cum ipso est *A* 17 mortem *av* 19 enim] *add.* Iesu *av* 20 consolatur *AGMav* 22 ad *om. GMNPm1av* lecto *Mm2Nav* 23 morbi uim] morbum *A* misterio *O* sedule *Rm1* 25 christus est *N* 26 *utrumque* non *om. a* cooperuistis *AOR* (*Uulg.*) 27 quid *Mm1* non *om. Ta*

n e c m i h i f e c i s t i s. si oderim mendacium, particeps Christi 2
sum, quia ueritas Christus est; si fugiam iniquitatem, particeps Chri-
sti sum, quia Christus iustitia est. beatus qui hoc potest dicere. sicut
enim membrum particeps esse dicimus totius corporis, sic coniunc-
tum omnibus timentibus deum, qui non dicat alteri: 'non es de cor-
pore meo', hoc est non dicat pauperi diues, non ignobili nobilis, non
aegro sanus, non fortis debili, non inperito sapiens dicat: 'non estis
mihi necessarii', particeps corporis Christi est quae est ecclesia. sed 3
qui sciat quod hi, qui uidentur in ecclesia debiles pauperes inpru-
dentes, etiam peccatores, abundantiore indigeant honestate et maiore
praesidio fulciendi sint, qui hoc nouerit, ipse potest dicere: p a r t i-
c e p s e g o s u m o m n i u m t i m e n t i u m t e, qui conpatiatur
magis huiusmodi hominibus quam fastidiat eos, conpatiatur infirmis,
ut sciat quia unum corpus omnes sumus et membris membra conexa,
ut alterum sine altero esse non possit et, cum alterum dolet, conpa-
tiatur alteri. iste ergo recte potest usurpare huius uocis auctoritatem.

55. Uide autem, quam uerecunde propheta dixerit: p a r t i c e p s e g o s u m t i m e n t i u m t e. non dixit 'imitantium', sed 'timentium'; i n i t i u m enim s a p i e n t i a e e s t t i m o r d o m i n i. inter rudes se constituit humilitate, cum ueteranos deuotione superaret. sed tamen et timere uirtutis est, quia scriptum est: t i m e t e d o m i n u m, s a n c t i e i u s.

56. Sed quibus timor iste non sanctus uideatur — quia sunt qui ignaua formidine pertimescunt et hebeti trepidant metu —, addidit: e t c u s t o d i e n t i u m m a n d a t a t u a, ut ostenderet se sancti timoris esse consortem. aut sic: potest quidem timere corde

8 cf. Col. 1, 24    11.17.25 Ps. 118, 63    15 cf. I Cor. 12, 26    19*Eccli. 1, 14 (16) etc.    22*Ps. 33, 10

1 nec *om. Ta*    2 quia—3 sum *om. N*    4 coniunctus *O*    5 dominum *N*    7 imperitis *T*    8 christi corporis *AR*    quae] quod *Tm2a*    sed] *add.* et *Rm2*    9 quis *Pm2*    hii *O* ii *v*    10 abundantiori *ARav* habundatiorem *GPm1* habundantiori *O*    honestatem *GPm1*    12 te] *add.* et custodientium mandata tua *Mm2N*    quia *AR*    compatitur *A*    13 hominis *R*    14 quia] quod *a*    connexa *GMav*    16 alteri] alterum *O*    17 dixit *A*    18 sum ego *GMOPRa*. *add.* omnium *N*    20 quum *Pm1*    21 uirtus *A*    22 dominum] *add.* omnes *Om1 Rμ, cf. tractat. 21, cap. 8*    23 quibus] ne aliquibus *Ov*    sanctis *Rm1*    uidetur *NT*    24 hebiti *Rm1*    26 de corde *Mm1*    deuotus corde *A*

deuotus, sed opere piger, ut sit religiosus affectu, otiosus actu; non
2 tamen potest piger esse qui domini mandata custodit. qui ergo timet,
custodit; ergo eius est custodire qui timeat. sanctus itaque hoc
dicit; ego autem mihi hoc usurpare non possum. quanti enim sunt
qui timeant deum, et non illis conpatior, quaerunt opem, et ferre
nolo, misericordia indigent, sumptu non adiuuo! quisquis autem
haec facit, ipse potest dicere se timentium Christum esse consortem.

57. *Misericordiae tuae, domine, plena est terra; iustificationes tuas doce me.* quomodo plena
est terra misericordiae domini nisi per passionem domini nostri Iesu
Christi, quam futuram praeuidens quasi praemissam propheta con-
celebrat? prophetis enim ea quae uentura sunt praeuidentibus moris
est, ut quasi iam decursa memorentur quae posterioris aetatis sunt.
plena est ergo terra misericordiae domini, quia omnibus data est re-
2 missio peccatorum, super omnes sol oriri iubetur. et hic quidem sol
cotidie super omnes oritur, mysticus autem sol ille iustitiae omnibus
ortus est; omnibus uenit, omnibus passus est et omnibus resurrexit,
ideo autem passus est, ut tolleret peccatum mundi. si quis autem
non credit in Christum, generali beneficio ipse se fraudat, ut, si quis
clausis fenestris radios solis excludat, non ideo sol non ortus est om-
nibus, quia calore eius se ipse fraudauit, sed quod solis est, praero-
gatiuam suam seruat, quod inprudentis est, communis a se gratiam
3 lucis excludit. super omnes pluuia est, et hoc misericordiae diuinae
deputatur, quia pluit super iustos et iniustos. aut certe sic inter-
pretandum, quod misericordiae diuinae plena sit terra, quia domini est terra et plenitudo eius. ipse super maria fundauit eam et super flumina praepa-

8 *Ps. 118, 64 15 cf. Matth. 5, 45 16 cf. Mal. 4, 2 18 cf. Ioh. 1, 29
24 cf. Matth. 5, 45 25 *Ps. 23, 1—2

2 mandata domini *av* 3 timet *Mm2NT* 4 hoc mihi *av* 5 timent *Mm2*
dominum *N* 6 misericordiam *Mm1a* misericordiae *NT* sumptu] *add.* et *a*
autem *om. N* 7 ipse] hic *O* consortem] *add.* VIII *AOPR* seq̄ uersus VIII *N*
8 misericordia tua *GMa* 9 misericordiae (-dia *a*) domini plena est terra *av*
10 misericordia• *G* passiones *a* nostri *om. O* 11 promissam *GMm1PRav*
praemissum *N* concelebratur *N* 12 enim] autem *Na* futura *O*
14 misericordia *GMPRa* est data *Mav* est *om. O* 16 cottidie *NOm1*
iusticiae *post* est *tr. a* 18 peccata *NT* 20 ideo] idem *A* 21 fraudauid *Rm1*
22 est *om. A* 24 deputetur *A* 25 quod] quia *P* diuinae misericordiae *A*
misericordia diuina *GM* 26 terra *om. O*

rauit illam. etenim per ecclesiam in omnes gentes diffusa est
misericordia domini, in omnes gentes diffusa est fides.
58. Fortasse dicas: 'qua ratione non dictum est: misericordiae
domini plenum est caelum, quia sunt etiam spiritales nequitiae in
caelestibus?' sed non illae ad commune ius indulgentiae dei remis-
sionemque pertinent peccatorum, quibus ignis seruatur aeternus, et
illa, quae caelestium uel potestatum uel ministeriorum sunt, licet
auxilio domini fulciantur, tamen non tanta eius indigent misericordia,
quanta ea quae sunt inferiora atque terrena; non enim illa carnis in-
uolucro uestiuntur, in qua est frequentis erroris inlecebra. ideoque 2
in superioribus ait idem propheta, quia deus dedit caelum
caeli domino, terram autem filiis hominum.
unde et caelum purius et defaecatius ab omni labe peccati est longe-
que semotius ab illo de quo scriptum est: sicut uolatilia
caeli. hoc enim caelum uelut medius quidam inter caelum et ter-
ram aerius locus dicitur, in quo sunt etiam spiritales nequitiae in cae-
lestibus. nam in illo non appellatiuo, sed uero caelo, etiamsi diabolum 3
legerimus in conspectu dei angelorum non defuisse concilio, puto
tamen nulla operari temptamenta nequitiae. denique scriptum est,
quia angeli amauerunt filias hominum, eo quod terrenis capti deti-
neantur inlecebris princeps mundi istius ac ministri eius, in quibus
nequitia spiritalis uenenis quibusdam carnis huius inbuta et huma-
nis sit infecta criminibus. ideoque dominus in euangelio suo ait: 4
fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra.
non eadem illic iniquitas uicinum possessionis finitimo rure depellere,

4.16 cf. Eph. 6, 12 11*Ps. 113, 24 (16) 14*Matth. 6, 26 17 cf. Hiob 2, 1 20 cf. Gen. 6, 2 24 Matth. 6, 10

1 in] per *Rm1* 2 misericordia—est *om. Mm1N* 3 est *om. N* misericordia *Ma* 5 illa *AMm2* illa ea *GMm1* communem (-ne *MRa*) eius *AMm1 Ra* communionem *Mm2* indulgentiam *A* dei *om. O* 6 aeternis *NRm1* 7 *pr.* uel *om. A* ministeriorum uel potestatum *A* 8 fulceantur *Pm1Rm1* eius tanta *A* 9 uolucro *codd.* 10 frequentius *M* inlecebra erroris *A* 11 aut *Mm1* deus dedit *om. v* dedit *om. T* 12 autem] *add.* aut *Mm1* dedit *Ov* 13 *pr.* et *om. O* defaecatius *eras. T* 14 remotius *Mm2NTa* 15 melius *Mm1* 16 aereus *Rm2* 17 nam] non *Mm1* 18 dei] *add.* et *O* 19 nullo *Rm1* 20 quia] quod *N* capti detineantur] captiuentur *M* capti uideantur *a* 21 in *om. MNm1* 22 nequitias *M* nequitiae *a* spiritalis] *add.* est *O* uenetis *Mm1* 23 sit] est *v*, *om. GMNOPRa* in euangelio suo dominus *N* 25 eadem] *add.* est *av*

uiduam hereditatis fraudare conpendiis, minores consortii iure detrudere, intra lignum denique et quodcumque argenti atque auri uel aeris metallum uelut effigiem quandam caelestis includere potestatis. haec cum sint maximi plena sacrilegii, in caelis uacant, in terris frequentantur; uerbo enim domini caeli firmati sunt, non terra firmata est.

59. Et ideo iustificationes dei ab ipso domino uult doceri, quia
difficile est in terra magistrum huiusmodi repperire, qui ea doceat
quae ipse non uiderit. ad illum igitur doctorem intimo propheta con-
tendit affectu, qui solus magister est uerus. quomodo enim potest
homo quasi uerum docere quod nesciat, cum ipse sit mendax? merito-
que ait dominus, ut nemo super terram uocet sibi quemquam magi-
2 strum, quia unus est magister omnium. et quomodo posset Dauid
alium doctorem quaerere, cum ipse de deo dixerit: qui docet
hominem scientiam? docet autem deus et mentes inlu-
minat singulorum et claritatem cognitionis infundit, si tu aperias
ostia cordis tui et caelestis gratiae recipias claritatem. quando dubi-
tas, diligenter inquiras; qui enim quaerit inuenit, et
qui pulsat aperitur ei. multa obscuritas in scripturis
3 propheticis. sed si manu quadam mentis tuae scripturarum ianuam
pulses et ea quae sunt occulta diligenter examines, paulatim incipies rationem colligere dictorum et aperietur tibi non ab alio, sed a dei uerbo, de quo legisti in Apocalypsi, quod agnus librum signatum aperuit, quem nullus ante aperire poterat, quia solus dominus Iesus in euangelio suo prophetarum aenigmata et legis mysteria reuelauit, solus scientiae clauem detulit et dedit aperire nobis.

5 Ps. 32, 6  7 cf. Ps. 118, 64  11 cf. Rom. 3, 4  12 cf. Matth. 23, 8  14 Ps. 93, 10  18*Matth. 7, 8  23 cf. Apoc. 5, 1—5

1 detrudare *Pm1*  3 uelit *Pm2*  effigiam (a *ex corr.*) *A*  caelestem *GMav*  concludere *A*  potestate *GM* potestates *NPm1* potestatem *av*  4 maxime *NPRT*  sacrilegiis *Nm2*  caelo *O*  terra *O*  5 enim *om. A*  8 reperire *AGOPm2v*  docet *R*  9 at *A*  10 potest enim *AR*  11 meritoque ait] et cum *Rm2*  12 dominus] *add.* dicat *Rm2*  13 possit *GMm1OPRm1*  dauid posset *A*  15 inluminat singulorum mentes *A*  16 et *om. O*  cognitionis claritatem *A*  17 tui cordis *APN*  caelestes *Mm1*  18 inquires *A*  et] *add.* ei *GMav*  19 aperit *R*  illi aperitur *Nm2*  ei *om. GMNPRav*  est in *Ov*  20 quidem *A* quidam *Rm1*  21 incipies *Nm2Ov* incipis *AGPRa* incipias *MNm1*  23 apocalipsi *MP* apocalypsin *OR*  24 aperuerit *O*  25 prophetaret *Mm1*  26 clauim *GMm1Nav*, *item infra*

60. Dicunt se Iudaei habere clauem scientiae, sed non habent; nam si haberent, ipsi ingrederentur, ipsi agnoscerent penetralia scripturarum. nunc autem *uae uobis, scribae et Pharisaei, qui abstulistis clauem scientiae et ipsi non introistis et introeuntes prohibuistis!* quomodo enim clauem potestis habere scientiae qui scientiae negatis auctorem? et ideo ad ipsum conuersus Dauid ait: *tu me*, inquit, *doce iustificationes tuas*, quia tu es uera iustitia, tu doce quae sapienter dicta sunt, quia tu es sapientia, tu aperi cor meum, qui aperuisti librum, tu aperi illud ostium quod in caelo est, quia ipse es ianua. per te si quis introierit, regnum illud possidebit aeternum, per te si quis intrauerit, non decipietur, quia falli non potest quicumque domicilium fuerit ueritatis ingressus. 2

## IX.

## LITTERA TETH.

1. Incipit littera 'Teth', cuius interpretatio est 'exclusio'. quid est 'exclusio'? numquid sicut domo aliquis excluditur hospitioque deicitur, ita qui excluditur a dei regno bonis suis fraudatur, sicut illae exclusae sunt uirgines, quae secum oleum non tulerunt et, dum uenit sponsus, extinctae sunt faces earum atque emendo oleo inflammandisque facibus occupatae fecerunt moram et ingresso iam sponso introire cupientes leguntur exclusae? non arbitror. nam quomodo diceret bonus et sanctus propheta deiectus atque exclusus a dei regno: *iucunditatem fecisti cum seruo tuo?* nec prophetae 2
meritum huiusmodi intellectum uidetur admittere nec series sub-

3*Luc. 11, 52 7*Ps. 118, 64 8.9 cf. I Cor. 1, 30 10 cf. Ioh. 10, 9 18 cf. Matth. 25, 2—12 24*Ps. 118, 65

2 cognoscerent *NT* 3 uae uobis *om. N* 5 alios introeuntes *O* 6 potuistis *N* negastis *Oav* 7 ipsos *NPRT* ait dauid *ANO* inquid *Mm1Pm1* 8 doces *Rm1* doce uias *M* iustificationum tuarum *Mm2* 9 apperi *GN* 10 qui] quia *Rav* apperuisti *N* apperi *GMN* hostium *MOm1Rm1* 11 est *P* introierit—12 si quis *om. OR* in aeternum *A* 13 ueritatis fuerit *O* 16 Incipit] Nona *av, om. N* theth *Mv* tet *ex* tuet *N* thet *O* teht *P*, *add.* incipit *a* 17 excluditur] exc (*sic*) *s. l. m2G*, *om. a* 18 bonis suis *ARm2* bonis (bonisue *Mm2*) illius *GMav* bonis suae *Rm1* bonisue (u*e *P*) *NOPT* 20 atque] *add.* in *Rm2v* 22 diceret] *add.* si *GMNPRa* si a *Ov* 23 bonis *NOPav* et *om. NOPRm1av* esset propheta *GMNOPRa* propheta esset *v* regno] *add.* I *P* 24 iocunditatem *GMNOPRa*

ditorum. audis dicentem: suauis es, domine, et in iucunditate tua doce me iustificationes tuas; audis dicentem: bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti: et potes dicere quod sit exclusus a regno, qui non est exclusus a lege? quid ergo intellegemus? haeret interpretatio; obscuritatem sensui sui sermonis uidetur offundere.

2. Uocant merita prophetae, uocat eius gratia, uocat subiectorum series, ut altioris intellectus aliquid debeamus eruere. et occurrit in tempore, quod interdum excludamus in bono. scriptum est enim:
2 perfecta caritas timorem excludit foris. et generaliter quidem caritas excludit timorem, ut miles, qui imperatorem diligit, bella pro imperatore suscepta non metuit, ut seruus amans dominum, quamuis per deuia et praerupta mittatur, tamen omnia pericula domini amore contemnit ac, si quis dominum petat, se ipsum offerre non trepidat; ut, qui trans mare positos filios uidere desiderat, non metuit naufragia, liberorum caritate ingreditur maris fluctus, subit incerta nauigii, sed metum discriminis leuant desideria filiorum. quam pulchre etiam de martyribus dicitur, qui uere militant Christo, qui persecutiones ungulas gladios incendia non timentes infestis se regibus obtulerunt! timorem etenim quem poterant habere poenarum excluserunt amore martyrii.

3. Hunc sensum autem esse interpretationis huius etiam de Threnis Hieremiae possumus adprobare. nam et ibi sub hac littera scriptum est: bonus est dominus sustinentibus eum, animae quae quaerit eum; bonum est sustinere et sperare in salutare dei. bonum est uiro cum portauerit iugum graue a iuuen-

1*Ps. 118, 68 3 Ps. 118, 72 10*I Ioh. 4, 18 24*Thren. 3, 25—27

1 iocunditate *MOPRa* 4 potest *NPR* 5 quid] quod *Mm1* intellegimus *Am1MNOa* interpretatio] *add.* et *Ov* 6 obscuri *A* obscuritati *MNPRT* sensui *scripsi* sensus *codd. av* sui *om. O* sermonibus *O* sermo *v* 8 ut] *add.* per *Mm2* 9 in tempore *GMOv* interpretatio *A* in interpretatione *G s. l. m2T corr. a* in temptationem *N* intemperatio *PR* excludamur *GNOv* 10 foras excludit timorem *O* foras *Gm2MNav* 13 dubia *codd. praeter O, a* 14 petit *A* 15 qui] si quis *O* 17 leuanit desiderium *NT* desiderio *Mm1* 18 quam] quod *M* quae *N* pulcre *M* dicuntur *Nm2* 25 quae] qui *AOPR* 27 portauit *A*

tute sua, sedebit singulariter et silebit, quia
tulit iugum graue. haec utique quid aliud adstruunt nisi
bonae exclusionis hanc interpretationem uideri? quis enim sustinet
dominum nisi studio caritatis? quis est qui sperat nisi qui quod
sperat optat et diligit? quod enim speramus, per pati-
entiam expectamus. ergo qui sperat sustinet, qui sustinet 2
inpatientiae utique excludit affectum. quis est qui portat iugum
graue a iuuentute sua nisi qui deliciis renuntiat, luxuriam fugit?
quis est qui singulariter sedet nisi qui saecularibus uoluptatibus
abdicatis molestiarum omnium excludit tumultus? iste ergo timere
nil poterit qui caritatis gratia uim timoris absorbuit.

4. Est et alius qui excludatur in bono, ut ille qui apostolica
auctoritate sublatus e medio plebis est, quia malum opus fecit,
traditus in carnis interitum, ut eius spiritus saluaretur. ex quo
intellegimus, quia in bono excluditur qui iubetur agere paeniten-
tiam, ut humilietur et conpungatur corde; haec enim reconciliationis
solent esse suffragia.

5. Denique etiam in Hieremia scripta sub hac littera id uidentur
significare; sic enim legimus de Hierusalem illa terrena: inmun-
ditia eius ante pedes eius, non fuit memor
nouissimorum suorum et cecidit inualide;
non est qui consoletur eam. uide, domine,
humilitatem eius, quia magnificatus est
inimicus. et quia humiliata est Hierusalem, merito postea ei
dicitur: defecit iniquitas tua, filia Sion. et omni
qui paenitentiam egerit, lacrimis propriis peccata defleuerit, bene
dicitur: defecit iniquitas tua. alibi quoque sub hac 2
littera dicit Hieremias: boni erant uulnerati gladio
quam uulnerati fame; abierunt conpuncti

5 Rom. 8, 25 14 cf. 1 Cor. 5, 5 19*Thren. 1, 9 25.27*Thren. 4, 22
28*Thren. 4, 9

3 hanc *om. O* 4 quis—5 diligit *om. N* *alt.* qui] quid *AR. om. O*
6 sperat] *add.* et *O* 7 inpatientia *GPRa* utique *om. A* 8 a iuuentute sua
*om. A* renuntiat] *add.* et *O* luxoriam *Rm1* 9 sedit *Pm1Rm1* 10 abdicatus
*Mm1Pm1Rm1* nil (nihil *v*) timere *av* 11 nihil *NO* quia *MOv* 13 fecit]
*add.* est *a* 14 traditur *O, add.* est *Av* que *Mm2* 17 remedia *N* 18 in *om.*
*Na, eras. R* hieremiae *MPRTa* 20 *pr.* eius] enim *O* 24 quia] *add.* sic *Ov*
humiliatur *Ga* est *om. GMm1a* ei postea *AOR* 26 lacrimisque *OPRv*

a natiuitate agrorum. conpungimur igitur, quando nostrorum agimus paenitentiam delictorum, conpungimur etiam recordatione dictorum. unde ait propheta Dauid: quae dicitis in cordibus uestris, et in cubilibus uestris
3 conpungimini. qui autem conpungitur, utique delectationem excludit erroris et qui agit paenitentiam, excludit pudorem, sequestrat uerecundiam flagitii confitendi, ut recuperandae spem salutis inueniat. meritoque et ipse Dauid, ubi agnouit errorem: peccaui, inquit, domino. tantus rex, tantus propheta non erubuit peccatum proprium confiteri et ideo dictum est ei: et dominus abstulit peccatum tuum.

6. Sublato igitur peccato ait: *iucunditatem fecisti cum seruo tuo, domine, secundum uerbum tuum.* multa uidentur in hoc saeculo iucunda esse quae non sunt, multa suauia, bona plurima. luxuries uidetur esse iucunda, sed exhausto fit amara patrimonio; dulcis libido cum feruet, sed eadem horrida et execranda cum proditur; suaues epulae cum sumuntur, sed
2 faetidae cum digeruntur. bona multa in hoc saeculo dum uiuimus aestimantur, quia usui nobis sunt, ut pecunia honor aurum argentum possessiones; eadem nihil possunt prodesse defunctis, hic omnia relinquuntur, quin etiam maiore dolore quis moritur, cum se his fraudari copiis ingemescit. non est ergo iucunditas uera nisi illa, quae secundum uerbum est dei, ut quis bonorum meritorum atque uirtutum subsidiis gaudeat se esse munitum.

7. Hac Dauid iucunditate dei uel bonitate laetatur, quia iugum graue a iuuentute portauit et sustinuit atque expectauit

3*Ps. 4, 5    8 II Reg. 12, 13    10*II Reg. 12, 13    12*Ps. 118, 65
26 cf. Thren. 3, 27

1 aegrorum *GMPR*   1.2 conpungimus *PR*   igitur] *add.* etiam *O*   3 dictorum] delictorum *Om1av*   5 qui autem] quia cum *R*   dilectionem *Om1*   6 quia paenitentia (*om.* agit) *A*   7 flagitium confitendo *Mm2*   8 dauid et ipse *NP*   cognouit *v*   9 inquid *Pm1*   domino (*ex*-ne) inquid *M*   non] ne *A*   12 ait] *add.* I *P*   iocunditatem *Mm2NOPRm1a*   14.15 iocunda *MNOPRa*   quae—15 esse *om. N*   15 luxories *Rm1*   16 patrimonia *Mm1*   17 sed *om. O*   18 fetidae *AGMOR*   dum uiuimus *om. O*   19 honus *Gm1Mm1* honos *Gm2*, *om. v*   20 prodesse possunt *O*   21 maiori *GMav*   his se *NRav*   22 ingemiscit *AMm2ORm2av*   iocunditas *GMNOPRa*   23 est uerbum *O*   eius est *a*   dei est *v*   adque *M*   25 iocunditate *GMOPRa*   uel bonitate dei *av*

domini in se gratiam, non praeripuit, qui saepe occidendi regis
Saul tributa sibi copia maluit tamen expectare a domino deferendi
tempus imperii quam occiso rege praeripere. semper deus bonus
est, ideoque et Paulus ait: uide ergo bonitatem et
seueritatem dei; bonitas enim in omnes est, seueritas
in paucos. denique subdidit idem apostolus: in eos quidem 2
qui ceciderunt seueritatem, in te autem boni-
tatem; si enim non cecidissent, utique uterentur et ipsi dei boni-
tate. nam et tibi ideo bonus est, quia permanes; quodsi non per-
manseris in bonitate, et tu excideris. non ergo deus propterea bonus
esse desistet, quia tu lapsus es et indiges seueritate, siquidem et
seueritas dei in bonitate recurrat, unusquisque castigatus pedem
referat a peccatis et ad uirtutum tramitem bonamque conuersationem
recurrat. denique docet de illis qui ceciderunt apostolus, quia si 3
non permanserint in incredulitate inseren-
tur; potens est enim deus iterum inserere
illos, ut, quemadmodum desecta uirgulta, ita et homines uelut
caudicibus quibusdam uirtutis inserti bonorum fructus possint
ferre meritorum. accuses necesse est medicum crudelitatis, quia 4
putrefactas uulnerum fibras ferro putauerit exsecandas, quia noxia
et serpentia ulcera igni adusserit, ne uirus in ulteriora proserperet,
uel quia magister discipulum uerberauerit neglegentem, ut metu
uerberum indueret diligentiam. castigare enim amantis est, non
execrantis, et ideo bonitatis est, non crudelitatis. recte ergo et
dominus ubique est bonus, et cum remittit flagitia et cum peccata
castigat; castigat enim dominus quem diligit.

4.6 Rom. 11, 22 9 cf. Rom. 11, 22 14 Rom. 11, 23 19 sqq.] cf. 8, 26
26*Hebr. 12, 6

1 gratiam in se *A* 2 differendi *OT* 3 semper] *add.* enim *P* 4 *pr.* et *om. N*
5 securitatem *Mm1* 6 apostolus] paulus *AOR* quidem *post* seueritatem *tr. a*
8 bonitate dei *Aav* 9 nam—10 bonitate *om. N* manseris *ORm2* manseritis
*Rm1* 11 desistit *NOv* *alt.* et *GMm1Oav* est *AMm2* est et *NPRT* 12 boni-
tatem *Ov*, *add.* ut *Mm2NTa* currat *N* recurrit *v*, *add.* ut *Ov* 13 conuersi-
onem *GMm1PRa* 14 ceciderint *PR* 16 enim est *Mv* 17 desecta *scripsi*
deserta *codd. av* inserta *ed. Romana* 20 fibras uulnerum *A* execandas *ORa*
exsecandas—22 uerberauerit *om. M* 21 proserperit *NPm1T* 23 uerborum *M*
nduerit *Pm1* enim *om. N* 25 ubi *N* peccata castigat et cum remittit
flagitia *N*

8. Castigatus est etiam Dauid; denique ait: et fui flagellatus tota die. sed uir sapiens, qui intellexit castigationem illam sibi domini profuisse, ait: bonitatem fecisti cum seruo tuo, domine, secundum uerbum tuum, hoc est: etsi illa mihi ad tempus amara uisa est castigatio, mihi secundum carnem, mihi secundum maestitiam corporis, tamen secundum uerbum tuum castigatio illa fructus bonitatis adtulit. illam mihi castigationem intellego profuisse, illa castigatione me a uitiis esse reuocatum, illa castigatione non diu aliquid in me licuisse flagitiis, per illam castigationem domini nihil in me aduer-
2 sario licuisse, nil morti. denique: castigans castigauit me dominus et morti non tradidit me ipse propheta memorauit; castigatur enim qui recipitur, qui autem non recipiuntur non flagellantur; in laboribus enim hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. ideoque supra ait: quam bonus Israel deus rectis corde! ergo bonus omnibus, quia omnes recto uult esse corde. qui autem cor declinauerit, ipse a se gratiam diuinae bonitatis auertit.

9. Sequitur: *iucunditatem et disciplinam et scientiam doce me, quia in mandatis tuis credidi.* iuxta apostolum χρηστὸν 'bonum' intellegimus, quia dixit: uide ergo bonitatem domini; iuxta euangelium χρηστὸν 'suaue' accipimus; dixit enim: tollite iugum meum, quia leue est, et onus meum, quia suaue
2 est; dixit enim: *τὸ φορτίον μου χρηστόν*. unde merito boni-

1 Ps. 72, 14 3 Ps. 118, 65 11 Ps. 117, 18 13 cf. Prou. 3, 12 14*Ps. 72, 5 16*Ps. 72, 1 20*Ps. 118, 66 23*Rom. 11, 22 24*Matth. 11, 29—30

3 domini sibi *Ov* 4 domine *del. Om2* 5 illa mihi] mihi illa *NPR* illa *Mm2*, *om. GMm1a* est uisa *A* mihi castigatio *a* *alt.* mihi *om. O* 6 mihi *om. a* 8 *pr.* castigatione *A* 10 flagitii* *P* licuisse aduersario *A* 11 nihil *ANv* 12 dominus *om. O* 13 castigatus *Mm1* 14 hominum enim *O* 15 hominibus] *add.* inquit *NP* flagellantur *M* 17 *alt.* rectos *P* uult rectos *O* 18 corde (*add.* a recto *Tm2*) declinanerit *Mm2NT* 20 Sequitur *om. N*, *add.* II *AGP*, uersus II *O*, uersus *Rm2* uersus secundus *a* iocunditatem (-te *N*) *GMNOPRa* 21 quia—credidi *om. codd. praeter O*, *cf. cap. 12* in *v*, *om. O* 22.24.26 *Graeca plus minus corrupta in codd.* 22 bonum] *add.* esse *O* qui *N* qua *P* 24 tolle *Pm1R* 26 *τὸ—χρηστόν om. N τὸ] Γ APR T GM*, *om. Ta μου] εμον a*, *add. OTI T*

tatem dei ab ipso quaerit doceri, ne forte quis perfunctorie accipiens bonum deum esse in erroribus perseueret, quod per misericordiam dei sciat inpunitatem suis dari posse peccatis, cum, etsi indulgeat dominus, tamen foeda est conuersatio in criminibus semper haerere. non ergo bonitas ista uulgaris est, sed quae semper disciplinae expectet profectum.

10. Ideoque qui intellegit altam dei esse bonitatem doceri desiderat etiam disciplinam. nam plerique auertuntur ab studio disciplinae, dum eam seueram et tristem arbitrantur; sed perspicacior sensu intellegit, quod disciplina, etsi tristis ad tempus sit, posterioribus fiat iucunda temporibus. sed est disciplina uel correptio seuerior, est etiam moderatior. moderatior est, de qua dicit dominus: corripiam eos in auditu tribulationis eorum. est seuerior quae est in ira et furore correptio. unde refugiens eam 2
correptionem dicit Dauid: domine, ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me, et Hieremias: corripe nos, domine, in iudicio et non in furore. omnis ergo disciplina, etsi ad tempus habeat amaritudinem, habeat perturbationem, postea tamen pacificos fructus generare consueuit.

11. Sed qui petit doceri bonitatem et disciplinam, debet petere etiam scientiam doceri. nisi enim habeat scientiam, molesta est disciplina, molesta correptio. quid sit scientia, doceat te Salomon, qui ait de domino deo nostro: ipse enim mihi dedit eorum quae sunt cognitionem ueram. et alibi hic idem propheta ait: qui docet hominem scientiam. qui autem petit scientiam, credit mandatis dei.

13*Os. 7, 12 15*Ps. 6, 2 17*Hier. 10, 24 24*Sap. 7, 17 26 Ps. 93, 10

2 deum bonum *OR* perseueraret *Om1* per *om. N* 3 posse suis dari *P* dare *M* posse dari *N* 6 expectat *O* 7 esse *om. N* 8 etiam] eius *Mm2N* plerumque *GMm1PRa* a *GMOav* 10 quod—11 temporibus *om. N* etsi *A* si *cet. av, cf. lin. 18* 11 iocunda *GMOPRa* -plina—*p. 198, 6* laudantur homines *desunt in A* *def. A* correctio *O* 12 seuerior] *add.* et *OR* *alt.* moderatior] seuerior *Gm1Mm1* et (*s. l. m2*) non est seuerior seuerior (*sic!*) *R*, *om. O* *alt.* est *om. Oa* 14 *pr.* est] *add.* et *Ov* illam *O* 15 sic dicit *Rm2* 16 et Hieremias *om. GMNPR* 18 habet *ex* habere *N* 20 germinare *O* 21 etiam petere *O* 22 doceri *om. N* 23 solomon *R* 25 eorum quae sunt] cor quo sciam *Gm2Mm2NPT* uestram *Mm1* 27 scientia *P*

12. Aliud est autem in mandatis dei credere, aliud mandatis credere. qui enim mandatis dei credit, cito efficit ut sit in mandatis dei et in ipsis conuersetur. per fidem igitur scientia adsumitur, per scientiam disciplina; quod enim scimus placere posse, in eo nos conuersatio ipsa delectat. denique scriptum est: nostra autem conuersatio in caelis est. praecessit scientia, secuta est conuersatio. de 'mandatis dei credere' diximus; 'in mandatis autem dei' hoc est: in ipsis esse et credere quia uera mandata sunt. nisi autem credideris mandatis dei, eorum utique scientiam quae per mandata dei docemur habere non poteris.

13. Sequitur uersus tertius: *priusquam humiliarer ego deliqui, propter hoc uerbum tuum ego custodiui.* alia traditio habet: *priusquam humiliarer ego nesciui.* unde putant aliqui, quod anima hominis hoc dicat: 'priusquam humiliarer, ut in hoc lutum corporis introirem, tua quae non legeram mandata nesciui'. sed quia Septuaginta uirorum sententias magis sequitur ecclesia et hic sensus est planior et nihil offensionis admittit, quod possit aliquibus scrupulum commouere, ideo ita accipiamus, ut 'humiliarer' sit dictum, eo quod peccato
2 uideatur humiliatus. propter peccatum enim temptationes saepe nascuntur; denique Adam et Eua post culpam utique deiecti sunt. ergo humilitatis nostrae causa peccatum est uel humiliationis; non enim hoc fugio. potest enim de aduersis plerumque intellegi humilitas, ut est: bonum mihi quod humiliasti me, ut discam iustificationes tuas, et: nisi lex tua meditatio mea sit, tunc forsitan perissem in

5 Phil. 3, 20 11*Ps. 118, 67 13*Ps. 118, 67 14 *aliqui*] Origenistae 24*Ps. 118, 71 25*Ps. 118, 92

*def. A* 1 mandatis (*om.* in) — in mandatis *NO* 2 credit mandatis dei *N* effecit *N* in *om. Mm1N* 3 ipso *M* 4 placere] *add.* deo *Oav* nos *om. T* 5 autem *om. O* 8 dei] *add.* credere *v* 9 autem] enim *MNOv* 10 docemus *Mm1* 11 uersus *om. NP* tertius] III *GOPR*, *om. MN* 13 aliqua *GM* editio *Nav* 14 hominis anima *v* 15 ut] ego ut *O* 16 LXX *GPR* 17 *alt.* et *om. a* 18 admittitur *NPT* 19 ita *om. v* accipiamus ita *a* ut *om. v* sit *scripsi* ita sit *Nm2* ita *cet. av* 20 saepe temptationes *NP* 21 eiecti *a* 24 est] *add.* illud *MOv* quia *R* 26 sit] esset *Ov* forte *O* perirem *N*

humilitate mea, et: humiliatus sum ualde. hic ergo 3
ostendit humilitatem ortam esse de culpa. et quia culpa praecessit, ideo humiliatum ostendit, hoc est adtritum temptationibus et aduersis et traditum anxietatibus, quemadmodum et ille, qui traditus est a Paulo in interitum carnis, humiliatus utique est, ut postea posset reconciliationem mereri.

14. Sed quamuis humilitas ista, hoc est uelut quaedam deiectio, perturbationis, non uirtutis sit, generat tamen saepe uirtutem et fit non poena, sed remedium delinquentis. nam si peccatis tuis tribuas quod humiliatus es, quicquid acciderit in te retorques et ex reo incipies esse iustus qui te ipse condemnas; iustus enim accusator est sui in exordio sermonis. nec 2
potes indignum te iudicare humilitate qui propria errata cognoscis, in quibus erubescendo non utique extolleris, sed humiliaris. uides ergo, quia ideo humiliatus es, quia deliquisti et non seruasti eloquia dei. unde serua diligentius, ne pecces, ne iterum, quia deiectus es, tristitia absorbearis et fiat tibi deiectio tua incrementum iniquitatis, quae debet esse correctionis occasio. etenim in temptationibus 3
homo sicut aurum in conflatorio conprobatur. uides propheta quid dicat: priusquam humiliarer, inquit, deliqui. iure ergo temptationibus traditus est, quoniam delinquebat, delinquebat autem, quia dei eloquium non tenebat. uerum inde ordinem emendationis inuenit, unde culpa processerat; coepit esse subiectus eloquio diuino et culpa desiuit.

15. Sequitur uersus quartus: *bonus es, domine, et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.* etiam usus disciplinae saecularis accepit, ut unusquisque iudicem

1*Ps. 141, 7 4 cf. I Cor. 5, 5 11*Prou. 18, 17 16 cf. II Cor. 2, 7 19 cf. Prou. 27, 21 20*Ps. 118, 67 25*Ps. 118, 68

*def. A* 3 humiliatum] *add.* se *v* 5 *pr.* est *om. N* interitu *P* 6 possit *GMm1OPRm1a* 8 uirtutis] uirtus *a* uirtutem tamen saepe generat *av* 10 est *Pm1*, *add.* et *OR* retorqueas *Rm2* et *om. O* 11 incipis *N* incipias *Rm2* ipsum *Mm2NPRm2T* 14 quibus] *add.* non *Ta* uide *Rm1* 18 correctionis esse *Mav* correptionis esse *N* esse correptionis *P* 20 qui dicit *a* inquit] *add.* ego *Nv* 25 uersus *om. MNP* quartus] IIII *GOPR*, *om. MN* 26 iustitias *av* 27 iustus disciplinam saecularem accipit *NT*

suum laudet. unde apostolus sequens diuinarum ordinem scripturarum, cum diceret causam, ita coepit: de omnibus quibus accusor, rex Agrippa, a Iudaeis, aestimo me felicem apud te incipiens rationem reddere, et infra: credis, rex Agrippa, prophetis? scio
2 quia credis. ergo si laudantur homines, in quibus plerumque aliena laudantur, quanto magis unusquisque dei sibi conciliare gratiam debet, ut dicat: bonus es, domine! nam si hoc dicat homini, ut esse admoneatur quod forsitan non sit, et bonitatis etiam ipse praedicatione mitescit terroremque inmitis deponit affectus; quanto magis deo laus sua est deferenda, qui nisi bonus esset, super terram stare quis posset? proprium est autem dei ut
3 bonus sit. denique in euangelio habes, quia arbor bona fructus bonos facit. fructus eius angeli sunt, fructus eius homines sunt, hoc est rationabiles, sancti, si domini praecepta custodiunt, fructus eius sunt hi qui nascuntur in terris, fructus eius sunt uirtutes hominum. merito ergo arbor bona bonos fructus facit. prius igitur radix laudetur, ut fructus possit probari. sed et alibi ait idem dominus Iesus: et pater uester qui bonus est dabit bona data petentibus se.

16. Sed quamuis bonus deus sit, cuius etiam amara plus prosunt — non enim inferuntur ut noceant, sed ut corrigant —, rogatur tamen, ut in bonitate sua doceat nos iustitias suas. considera medicum utilia adponentem medicamenta uulneribus, ea tamen, quae mordeant ulceris uirus, aut certe ferro putrefacta resecantem.
2 cum in eo ipso sit bonus medicus, quia utilitatem operatur aegroti, et faciat quod prodesse nouerit, tamen, quia aeger dolorem aut

2* Act. 26, 2 5 Act. 26, 27 13 Matth. 7, 17 17* Matth. 7, 17 19* Matth. 7, 11 23 cf. Ps. 118, 68

1 scripturarum ordinem *O* 3.5 agryppa *P* 3 Iudaeis] *add.* de his *μ* 4 aput *OPm1* 5 o rex *M* 6 in quibus] *pergit A* 7 gratiam conciliare *Aav* 9 dicatur *Ma* ammoneatur *NO* 10 mitiscit *Mm1* mitescat *Tm2a* intimis (s *del.*) *M* deponat *Tm2a* 12 possit *Gm1Pm1Rm1* autem dei est *Oav* 13 euangeliis *AR* 14 bonos fructus *NP* *pr.* eius] enim *AR*, *add.* dei *R*, *om.* *GMNTa* angeli—eius] euangelii *M* (*in ras. m2, sed del.*) *NPm1T* 15 rationales *NT* 16 ii *v* 17 fructus bonos *N* 18 igitur] ergo *O* 20 data *del.* *O*, *om.* *b* 23 in *om.* *Mm1N* 25 aut] ac *O* 26 ipse *AOR* bonus sit *Oav* 27 faciet *Rm1*

non uult aut non potest sustinere propter infirmitatem affectus sui, rogat ut medicus eum quadam bonitate et suauitate sua curet, non asperitatem adhibeat medicamentorum, non ferro incidat uulnerum fibras aut, si aliter non potest, ut cum moderatione faciat et quadam subtilitate mitiget uim doloris. et ideo in euan- 3
gelii bonitate melius docentur iustificationes dei quam in legis seueritate. opus autem iustitiae iustificatio est. unde scriptum est, quia Pharisaei se iustificare noluerunt non baptizati baptismo Iohannis. in eo enim iustificationem non fecerunt, quia noluerunt agere paenitentiam delictorum, quam propheta in bonitate uult agere, ut ei fiat peccatorum remissio sine atrocitate damnationis cum remissionis gratia.

17. Sequitur uersus quintus: *multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.* quanto magis quis deo seruire desiderat, tanto magis in se excitat aduersarios et tamquam athleta fortis coronam iustitiae reportare desiderans inritat in se plurimos et lacessit, qui inuident nostro profectui. quod etiam in posterioribus euidenter ostendit: cum odiosis 2
non habentibus pacem eram, inquit, pacificus. nihil tamen tranquillitas eius proficiebat, ut eos qui pacem oderant sua tranquillitate conponeret et eorum studia conprimeret; cum loquebar illis, inpugnabant me gratis, hoc est: cum causas inpugnandi non haberent, tamen inpugnandi studium non deponebant. ita ergo multiplicantur siue nequitiae spiri- 3
tales siue homines et multiplicatur eorum iniquitas super iustum. uerbi gratia si filium iustus amittat, quod saeculi usu saepe contingit,

8 cf. Luc. 7, 30   13 Ps. 118, 69   17 cf. II Tim. 4, 8   19*Ps. 119, 6—7   22 Ps. 119, 7

2 curet] *add.* et *a*   5 suptilitate *A* sublimitate *Mm1* sublenitate *Mm2* euangelio *M*   6 quam—7 scriptum est *om. N*   7 sanctificatio *O*   8 farisaei *P* iustificare se *O*   uoluerunt *MNa*   baptismum *Rm1*   9 in eo] ideo *N*   qui *NPm1*   non uoluerunt *M*   10 profeta *R*   13 uersus *om. NPv*   quintus] V *PR*, *om. MNv*   est] sunt *M*   15 meo *om. O*   16 exitat *Pm1*   17 adleta *O*   18 lacessitur *Mm1* lacescit *N* lascessit *Pm1*   19 ostendit] *add.* dicens *Rm2*   odiosis non] hodio *O* odio *av*   20 non *om. GMm1*   inquid *Pm1*   23 illis] *add.* inquit *O*   26 iniquitas eorum *av*   27 amittat iustus *O*   ammittat *Rm1*, *om. P*   usus *Mm1PRm1*   contigit *Mm1*

si amittat patrimonium uel diuersis adficiatur incommodis rerum uel corporis infirmitatibus, tunc dicunt superbi: 'ubi est iustitia eius, ubi misericordia? ecce quia sic multatus est, ecce quia ei
4 innocentia sua nihil prodest!' ideoque ad uitae huius specimen extrahendum tres illi sancto specie amici, obtrectatione autem iniqui, probitatis atque iustitiae eius inuidi, exprobrantes grauia obprobria congerebant et qui uenerant ad consolandum insultare coeperunt.

18. Sed iustus his non mouetur ideoque nec Iob frangebatur. denique in amissionibus filiorum uel patrimonii dicebat: dominus dedit, dominus abstulit; sit nomen domini benedictum. ergo et in aduersis positi dicamus: bonitatem fecisti cum seruo tuo. potest enim dominus in melius mutare quae facta sunt, ut Iob sancti habemus exemplum, et quae amissa sunt reddere potest, qui ei et amissis filiis generaret meliores.
2 numquid deo est difficile meliora donare? potest, etiamsi nihil donet, hoc ipso tamen iusto esse prospectum, si forte futuri inprobi rapti sunt, ne mutaret malitia cor eorum. similiter et de patrimonio: quasi non uideamus plurimos propter opes patrimonii in periculum salutis esse deductos, plurimis ex diuitiarum abundantia causam ortam esse peccandi. qui enim non habet quod donet, adscribi ei culpa non potest quod non donauerit; qui autem habet quod donet et non dat, utique obnoxius incipit esse peccato.

19. Sequitur uersus sextus: *coagulatum est ut lac cor eorum, ego autem legem tuam meditabar.* subtile cor sanctorum, coagulatum est uero cor superborum. ut enim lac natura sui purum, speciosum atque sincerum est, sed

10 Hiob 1, 21 12 Ps. 118, 65 15 cf. Hiob 42, 13 18 cf. Sap. 4, 11 24*Ps. 118, 70

3 sic multatus *v* simulatus *AGMm1NPRTa* si multatus *Mm2* humiliatus *O* 4 prodesset *N* 5 extrahendae *NOPRT* sancto] *add.* Iob *Oav* spe *P* 6 iniqui] inimici *Ov* 7 uenerant] querebant *Mm1* ueniebant *Mm2* 9 hic *O* Iob] ob *AR* 12 ergo] denique *O* 14 commutare *Mm2NT* 15 qui ei *scripsi* qui si *ANPRT* quis *GMm1av* qui *Mm2*, *om. O* generaret *NP* generat *Mm2* generare *cet. av* 16 nil *N* 17 ipsi *O* profectum *a* 19 uidemus *Pm1* 20 ortam esse causam *av* 21 adscribit *Mm1* 22 culpa *om. O* quo donat *Rm1* 23 utique *om. NPT* obnoxius *om. O* esse incipit *av* 24 uersus *om. NPv* VI *OPR*, *om. MNv* coagolatum *MNPm1* sicut *v* 25 meditabor *AGMm1PR* meditatus sum *a* 26 suptile *A* coagolatum *MPm1*

corruptione coacescit, sic mentis et cordis humani natura pura sincera perspicua est, priusquam uitiorum admixtione coacescat. coagulato enim lacte fit quaedam concretio nec suauitatem habens eandem nec gratiam. ita homines, qui ante sedulitate gratia suaui- 2
tate uerborum lactis speciem praeferebant nulla inuidia corruptam, hi si coeperint inuidere, coagulatur in uitium cor eorum et fit de suauitate amicitiae amaritudo maliuolentiae et insuauis quidam horror inuidiae. ergo coagulatum est cor per superbiam, per inuidiam, quae lenitatem naturae fluentem beniuolentiam malitiae concretione uitiarunt. iniquorum ergo cor coagulatur, iustus autem humiliatur legis praecepta meditando, qui habet humilitatis magisterium.

20. Sequitur uersus septimus: ***bonum mihi quod humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.*** hoc secutus apostolus: placeo mihi, ait, in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis. cum enim conplacet in infirmitatibus et non frangitur animo nec cedit iniuriae, discere iustificationes dei et meruit et impleuit. ergo hic humiliasti me, hoc est: diuersis temptationibus et incommodis exercuisti, dicit. quod aperuit et Symmachus scribens: profuit mihi quod adflictus sum, ut discerem iustitias tuas. ergo qui humiliatur non deiciat animum neque frangat, sed magis 2
humiliando proficiat, ut superbum humilitate sua mitiget, insolentes morum seueritate confundat, contumeliosos patientia sua frangat, auaros nonnumquam etiam aequanimitate dispendii a iurgii intentione deducat. sic enim legisti, quia iustificata

13*Ps. 118, 71 15 II Cor. 12, 10 19 Ps. 118, 71 21 Symmachus Ps. 118, 71 27*Luc. 7, 35

1 coacessit *P* mentes *Mm1Pm1* humana *O* 2 coalescat *NTa* 3 coagolato *GMNPm1* 4 itaque *O* gratiae *AR*, *add.* et *Mm2N* 5 proferebant *AG* 6 hi *eras. R* si] cum *O* 7 maleuolentiae *v* 8 error *NT* 9 quia *R* laenitate *A* beniuolentia *GMNOPa* beneuolentia *v* 11 quae *O* 13 Sequitur—septimus] Ideoque subdidit *Ov* uersus *om. NPT* VII *AGPRT*, *om. MN* 15 ait placeo mihi *Nm2OPR* ait *om. Gm1Nm1* 21 dicit *om. v* simmachus *AMNR* symmacus *O* 22 humiliatus *O* discam iustificationes *O* 23 deiciet *Rm1* 24 insolites *Pm1* insolitates *Rm1* insani lites *Rm2* 25 seueritate] *add.* uel suauitate *O* 26 dispendii *om. O*

est sapientia a filiis suis, dum Christus se offert supplicio, dedit iniuriis, non subducit obprobriis nec a confusione sputorum auertit faciem suam; et ideo omnes patientia sua instruxit et liuore sanauit.

21. Sequitur uersus octauus: *bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti.* non quicumque hoc dicit, immo rarus hoc dicit, id est: qui legem dei auro atque argento praeferat, qui potest propter legem dei omnia relinquere. sed nec Christus hunc repperit nisi de his quos ipse docere dignatus
2 est. Petrus hoc dixit et probauit effectu, quia pluris legem quam aurum habuit. ideoque ait: argentum et aurum non habeo. non auarus hoc dicit, qui defosso auro incubat, non dicit pecuniosus, qui cotidiana emolumenta sollicito rimatur affectu, qui cotidie opes aggerat, qui hereditatis tendit aucupia, qui circa aegrotantis lectulum indefessas exercet excubias.

22. Hic aliqui 'legem oris dei' tamquam legem uerbi dei accipiunt, ut si dicas 'legem dexterae dei'. bene ergo et hoc conuenit Petro dicenti: uerba uitae aeternae habes, et non relinquemus te, hoc est: lex tui oris super milia auri et argenti est; et possumus tantum deserere bonum et saeculi huius emolumenta captare? sed et Moyses lex oris dei potest dici, per quem locutus est dominus et dedit legem.

## X.
## LITTERA IOTH.

1. Incipit littera apud Hebraeos decima 'Ioth', quae Latina significatione 'confessio' dicitur uel certe 'desolatio'. nec

2 cf. Esai. 50, 6 4 cf. Esai. 53, 5 5 Ps. 118, 72 11*Act. 3, 6 18*Ioh. 6, 68 19*Ps. 118, 72

1 filii *A* offert se *N* 2 subduxit *Rm2v* 3 sapientia *a* 5 uersus *om. MPv* VIII *AGNOPR, om. Mv* 7 *pr.* haec *Mm1* atque argento] argentoque *N* 8 praefert *a* legem] uerbum *O* omnia] *add.* sua *O* 9 reperit *GOPR* iis *v* 10 et *om. a* affectu *AGNOPRTa* 11 aurum et argentum *Aav* 12 incubat auro *N* 16 *alt.* dei *om. GMNPRa* 18 uete *M* aeterno *GM* non *Am1* nos *cet. av* 19 relinquimus *AOPRTa* secuti sumus *GM, add.* omnia et secuti sumus *Rm2*; *cf. Explan. ps. 39, cap. 16 extr.* oris tui *MNPav* 21 moses *A* 22 dominus locutus est *av* deus *N* *nihil subscriptum in codd.* 25 aput *M* decima *ante* incipit *tr. a* OTH *N* Iod *v* 26 confusio *GR* certe *om. a*

discors ac dissonans uidetur interpretatio, siquidem qui desolati sunt citius confitentur. magis enim secundis rebus animus extolli solet, cum autem urgetur aduersis, tunc diuinum inplorat auxilium. nam et in his quae humana sunt hunc usum esse cognoscimus, ut, cui succedunt prospera, animus elatior sit, cui mundi huius infesta sunt et potentia alicuius aduersa, tunc confugiat, tunc opem quaerat, ut uel rogando superioris mitiget potestatem uel se uiribus armet adiunctis, ne quasi inferior potentioribus uiribus obprimatur.

2. Denique Hieremias sub hac littera sic ait: manus suas extendit qui tribulat in omnia desideria eius; uidit enim gentes introeuntes in sanctificationem suam, quibus mandasti ne introirent in ecclesiam eius. de Hierusalem utique hoc dicit propheta, cuius deplorat aerumnam, cuius praecessit desolatio ac destitutio, ut postea sequeretur confessio; castigat enim dominus omnem filium quem recipit. recepturus igitur Hierusalem ante captiuitatis flagellauit aerumnis. nimium 2
enim insoluerat et inflato se corde iactauerat, ut caput tenere non posset dominum Iesum, id est humilitatem gratiam iustit am sapientiam, hoc est uerae fidei magisterium non teneret. et ideo dominus castigauit eam, qui moderator omnium nouit quemadmodum unumquemque castiget. ut enim medicus grauiora uulnera asperioribus medicamentis curare consueuit, leuiora leuioribus, ita et deus noster grauiora peccata maiore seueritate castigat, sed ipsa castigatio ad salutem proficit; dixit enim dominus: percutiam, et ego sanabo.

3. Denique de Hierusalem spem coepit Hieremias propheta promittere; nam in posterioribus sub hac littera ait: dabit

10*Thren. 1, 10 16*Hebr. 12, 6 19 cf. Col. 2, 19 26 Deut. 32, 39 29*Thren. 3, 30. 29

1 intemptacio *N* delati *N* 2 cito *O* 3 urguetur *MRm1* 4 in *om. N* iis *Gv* suum *N* 5 succendunt *M* sit] *add.* et *M* 6 et] ex *a* aduersatur *NPT* 7 ferat *GMm1* ut *AORav, om. cet.* superiores *Mm1* 8 potentioris *O* 11 tribulatur *Ov* 14 dicit hoc *O* 19 soluerat *AGPR* insoleuerat *Mm2av* corde se *O* teneri *N* 20 possit *Pm1Rm1* 21 est *om. GMm1PR* 23 castiget unumquemque *NP* 28 de *om. MN* spem] specie *O* hieremiae prophetae *Pm1*

percutienti maxillam suam et satiabitur
in obprobriis. dabit in sepultura os suum,
si tamen est spes patientiae. in euangelio dominus
Iesus docens uirtutem atque insigne patientiae ait: qui te per-
cusserit in maxillam praebe ei et alteram;
uult enim discipulos suos et iniuriarum esse patientes nec referire
2 facile, nedum ferire; patientia enim humilitatis indicium est. et
ideo, quoniam desolata erat ac destituta Hierusalem: dabit,
inquit, percutienti maxillam suam, ut non se sub-
ducat iniuriae nec declinet caedis dolorem, sed percutienti ma-
xillam offerat. utrumque intellegi potest, siue ei qui percutere in-
cipiat siue ei qui iam percusserit, ut illud euangelicum compleatur:
qui te percusserit in maxillam praebe ei
3 et alteram. et prophetice hoc positum est, ut doceret Hieru-
salem, hoc est plebis Iudaicae ecclesiam non aliter esse saluandam
nisi per euangelii disciplinam, ut, cum coeperit euangelii praecepta
seruare et operibus implere mandatum domini Iesu, tunc iugum
captiuitatis de suae animae ceruice deponat, cum se subdiderit
iugo Christi.

4. Et satiabitur, inquit, in obprobriis. non
dixit: 'subibit obprobrium'; facile est enim unam aut alteram
contumeliam sustinere. addidit: satiabitur in obpro-
briis, quo facilius domini moueat misericordiam obprobriorum
conplurium deformitate miserabilis. quod utique ex libro Regno-
2 rum potes intellegere. quippe cum conuiciaretur Semei filius Gera
sancto Dauid, uirum sanguinarium appellans, et malediceret ei,
quando fugiebat filium suum Abessalon parricidalia ad tempus

4.13*Luc. 6, 29 8.20.22*Thren. 3, 30

1 sanabitur *Mm1* 2 sepulturae *Mm2NPm2Ta*, *add.* fissuram *GM* fossura *NPRT* fossuram *a*, *cf. p. 206, 1* 3 pacienti *O* in] et in *ex* ait in *Nm2* dominus] *add.* ait *N* 4 insignem *MRm1* 5 maxilla *Rm2* 6 et *om. O* iniuria *N* iniuriae *T* 7 nec dum *OR* ferire] *add.* potens iniuriam faceret, indicium humilitatis non exhiberet (-ent *a*) *Tm2a* est indicium *T* 8 destituta] *add.* erat *O* 9 inquid *M* percutienti inquit *N* 12 ut—13 percusserit *om. N* ut *om. M* illut *Pm1* euangelium *M* cumpleatur *Rm1* 14 profetice *R* 15 seruandam *GMOav* 18 subderit *Rm1* 21 subiuit *Pm1* enim est *O* 22 sustinere] *add.* sed (*ex* si *m2*) *M*, *v* 23 dominus *Mv* 24 quam plurium *O* miserabiles *Rm1* ex] de *O* 25 potest *GMm1Pm1R* iera *NT* 26 uerum *Mm1* sanguinum *O* sanguinarum *Rm1* 27 absalon *NOPRm2a*

bella declinans, tacebat rex et summum patientiae insigne prae-
stabat. etenim cum temptationis suae tempus intellegeret, ut ei
parricidale proelium moueretur, magis humilem se uolebat uideri,
quo domini mitigaret offensam, quam exasperandum eius arbi-
trabatur in sua temptatione iudicium, si forte suas iniurias ultum
iret. unde et ad populi ducem Abisai uindicare cupientem ait: 3
quid mihi et tibi est, fili Saruiae? ideo male-
dicit mihi, quoniam dominus dixit illi ut
maledicat. ecce filius meus, qui exiuit de
uentre meo, quaerit animam meam. si autem
modo extraneus maledicit mihi, dimitte il-
lum, ut maledicat, quoniam dominus dixit
illi, ut uideat humilitatem meam et retri-
buat mihi dominus bona pro maledicto hoc.
quod et prophetico dixit spiritu et probauit euentu; cum enim 4
repleta fuerit humilitas, peccatum soluitur. denique et in
Esaiae libro habes, quia dicit dominus: sacerdotes, loqui-
mini in cor Hierusalem, consolamini eam,
quia repleta est humiliatio eius; solutum
est peccatum eius, quia accepit de manu do-
mini duplicia peccata sua. aduertis igitur quia, ubi 5
desolatio, ibi humilitas; desolationem enim sequitur humilitas
iusto ordine, humilitatem patientia, patientiam probatio, consolatio
probationem. quod habes et in apostolo scriptum, quia tri-
bulatio patientiam operatur, patientia autem
probationem, probatio autem spem; spes
autem non confundit, quia caritas dei diffusa
est in cordibus nostris per spiritum sanc-
tum, qui utique nostrorum est consolator affectuum.

7*II Reg. 16, 10—12 17*Esai. 40, 2 24*Rom. 5, 3—5

4 mittigaret *A* arbitraretur *O* 5 in] ut *R* (*del.*), *om. A* suae *AR* (*del.*) temptationis *A* temptatione *del. R* iudicio *A* 6 ad *om. a* duci *a* abessam *NPv* abisai *ex* abesam *Rm1* cupienti *a* 7 dicit male *N* 11 dimittite *GMNPa* 12 ut *om. P* 13 retribuet *GMm1NPm1Rav* 15 profetico *AR* dixit] *add.* illi *M*, *sed del.* 16 soluetur *Pm2Rm2* 17 isaiae *GMNOv* dixit *av* dominus] *add.* ad *O* 18 in] ad *μ* eam *om. O* 20 illius *O* 21 sua peccata *N* 22 enim *om. O* 23 probationem consolatio *NPav* 29 est *post* qui *tr. O* consolator est *MNav* consolatur *A*

5. Quod autem ait: d a b i t i n s e p u l t u r a o s s u u m, ostendit quandam supra modum patientiae taciturnitatem, ut tamquam sepeliat os proprium, ne loquatur, et uelut quodam aggere uirtutum obstruat, ne uocem doloris emittat, tantum pondus adserens patientiae quam spes foueat, ut uocem ipsam uelut busto quodam ac tumulo sepeliat ac concludat, quam nulla extorquere, nulla nec excitare possit iniuria. huius quoque litterae interpretationem ut potuimus explicauimus; ueniamus ad psalmum.

6. Itaque primus uersiculus est: *m a n u s t u a e f e c e r u n t m e e t p a r a u e r u n t m e ; d a m i h i i n t e l l e c t u m, u t d i s c a m m a n d a t a t u a.* magno commendationis usus exordio est, ut opus dei esse se diceret, quo facilius circa operis sui gratiam fauor inclinaretur auctoris. grandis enim praerogatiua est etiam in rebus humanis, ut aliquis operibus et beneficiis faueat suis nec meritum spectet alienum, sed in suae gratiae munus inten-
2 dat, ne uideatur abrogare quod ipse donauit. itaque etsi de luto corporis nostri substantia sit, carne induamur et corpus ossibus intexatur et neruis, tamen quod simus pretiosissimum opus dei nemo dubitauerit. nam et fabricam ipsam humani corporis si quis considerare uelit, nihil poterit in terra pretiosius iudicare. est enim homo statu celsus, uultu decorus, caesarie gratus, non in aluum ceterarum more curuatus animantium, sed ipso naturae iure sublimis, qui in caelum libero spectet obtutu nulla captiuae seruitute ceruicis adpressus in terram, sed tamquam propriae conscius libertatis et locuples sui testis auctoris.

7. Uerumtamen in ceteris animantibus membrorum forma laudetur, in quibus praeter gratiam corporis nihil est aliud quod requiratur. homo in eo est pulchrior quod non uidetur, non in cor-

1*Thren. 3, 29    9*Ps. 118, 73

1 sepulturam *a*   2 sub *APm1R*   modo *Rm2*   sapientiae *A*   3 sepeliat os] sepultus *ARm2* sepelitus *Pm1Rm1*   4 agere *R*   6 concludat *scripsi* includat *codd. av*   7 nulla nec] nulla ne *Pm1* nullaue *Pm2v* nulla** *R* nulla *a*   posset *O*   10 *pr.* me *om. N*   parauerunt] plasmauerunt *MNP*   11 exordio usus *Nav*   12 sui *om. N*   13 enim] etiam *GMNPRa*   14 etiam *om. a*   15 expectet *Pm2*   16 nec *Mm1*   arrogare *O*   17 sit] *add.* et *v*   carnem *P*   18 texatur *N*   quodsi sumus *M*   dei *om. N*   19 dubitauerat *Mm1*   21 statura *Mm2*   aluum] auium (au *in ras.*) *T*   22 ceterorum *MOPm2av* ceterarumque *Tm2*   animalium *a*   ipse *T*   23 optutu *N*   24 oppressus *ANPa* depressus *Ov*   terra *G*   27 laudatur *Rm2*   aliud quod] aliquid *N*

pore quod uidetur, in se habens aeternitatis gratiam et praesentium uenustatem — quae enim uidentur temporalia sunt, nam quae non uidentur aeterna —, in hoc terrestri hospitio indutus habitatione caelesti, cui simul conpetit et in terris uideri et deo iungi. magnum sane munus, si se ipse 2
cognoscat, et quaedam forma iustitiae, mundo magis quam sibi nasci. unde et Salomon ait: grande homo et pretiosum uir misericors, uirum autem fidelem opus est inuenire. et uere magnus est qui et diuini operis interpres est et imitator dei. homo est enim qui potuit dicere: imitatores mei estote, sicut et ego Christi. terram excolit, mari tamquam possessione utitur, caeli ornamenta gratus miratur adsertor. euanuerat rerum natura, nisi qui ea uteretur diuina prouidentia esset adiectus.

8. Denique postquam fecit deus caelum et terram et maria, posteaquam omnia reptilia uolatilia animantia, postea hominem fecit quem animantibus uiuentibus anteferret, de quo non inmerito caelestis sententia resultauit: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. cetera 2
dixit et facta sunt, mandauit et creata sunt: ut homo fiat, specialis quidam dei accedit hortatus, ut tamquam laborantis dei in huius munere creaturae significaretur operatio. deus quidem expers laboris est; sed tamen scripturae uerba quid aliud nisi studiosam tui operationem eius ostendunt? ergo si deus maiore quodam studio te creauit, cur ipse tui studium derelinquas? si deus in te laborauit qui laborare non nouit, cur ipse fugitans sis laboris?

2 II Cor. 4, 18 7*Prou. 20, 6 10 I Cor. 11, 1 18 Gen. 1, 26 20*Ps. 148, 5

3 aeterna] *add.* sunt *a* in hoc in *a* 5 coniungi *a* 6 magis quam] magisque *AR* 7 *pr.* et *om. a* pretiosum] *add.* opus *AGOPm2Rμ* 9 *alt.* es *O* *alt.* et *om. a* 12 grandis *a* 13 ea *om. T* 15 *alt.* et *om. GO* mare *R* 18 caelestis *O*, caelesti *cet. av* 21 accendit *Mm1* ut] et ut *O* 22 laborans *NT* significetur *Ma* significatur *NPm1* 23 scripta *A* 24 aliut *Pm1* ostenduntur *Pm1* 25 te *om. A* studio *Mm1* derelinquis *GMO* relinques *NT* derelinques *PR* relinquis *a* 27 laboratis *Mm1*

9. *Manus tuae*, inquit, *fecerunt me et parauerunt me*. clamat ad deum propheta: opus tuum, domine, ne deseras, non derelinquas. te auctorem conuenio, te teneo conditorem, praesidia aliena non quaero. in adiumentum accingere qui accinctus es ut creares. dic ipse, Dauid, quid senseris, cur dixeris: *manus tuae fecerunt me*. sed dixisti inferius: *domine, retribues propter me; domine, misericordia tua in saeculum, opera manuum tua-*
2 *rum non omittas*. hoc est dicere: bestias non fecerunt manus tuae, sed dixisti: *producant aquae reptilia animarum uiuentium*, et produxit terra secundum genus quadrupedia et reptilia et bestias terrae. me autem, inquit, fecisti, me tuis manibus figurasti, hoc est: non figurasti bestias manibus tuis, non reptilia, non uolatilia; *me autem fecerunt manus tuae et parauerunt me*.

10. Non mediocre opus est quod paratum est, cum sapientia unumquodque disponitur et paratur. denique Sapientia dicit: *cum pararet caelos, cum illo eram*. quod de hominibus idem dicit propheta: *uox domini praeparantis ceruos*. quae uox domini est nisi: *faciamus hominem?* qui sunt isti cerui nisi inimici serpentibus, qui super aspides ambulant
2 et uenena non sentiunt? non uile igitur, non corporale arbitror quod parauit deus. nosce te ipsum, homo; tuae animae dicitur in Canticis: *nisi cognoueris te formosam in mulieribus*. cognosce te, anima, quia non de terra, non de luto es, quia insufflauit te deus et fecit in animam uiuentem. opus es magnificum, dei generatione inspiratum. *adtende tibi*, ut lex

1*Ps. 118, 73 6 Ps. 118, 73 7 *Ps. 137, 8 10*Gen. 1, 20 14*Ps. 118, 73 18*Prou. 8, 27 19 Ps. 28, 9 20 Gen. 1, 26 21 cf. Ps. 90, 13 24*Cant. 1, 8 (7) 26 cf. Gen. 2, 7 27*Deut. 4, 9

1 inquid *M*, *om*. *O* 2 me *om*. *a* deum] dominum *GMP* 3 ne] non *M* 5 qui] quia *Pm2* 7 *pr*. dominus *Nm2* retribuet *N* 11 genus] *add*. suum *Mm2NO* 12 inquid *Rm1* 13 bestiam *T* manibus tuis bestias *O* 17 unumquidque *P* 19 idem *om*. *N* dicit idem *PRav* 20 domini] *add*. dei *av* 24 Canticis] *add*. canticorum *NPav* te cognoueris *N* 26 qui *M* in te *a* fecit] *add*. te *Av* 27 inspiratione generatum *O*

dicit; hoc est 'tibi', id est animae tuae. saecularia te et mundana
non teneant, terrestria non morentur. ad illum tota intentione
festina, ex cuius inspiratione consistis. grande, inquit, homo 3
et pretiosum uir misericors, uirum autem
fidelem opus est inuenire. disce, homo, ubi grandis
atque pretiosus sis. uilem te terra demonstrat, sed gloriosum uirtus
facit, fides rarum, imago pretiosum. an quicquam tam pretiosum
quam imago est dei, quae tibi primo fidem debet infundere, ut in
corde tuo refulgeat quaedam auctoris effigies, ne, qui mentem tuam
interrogat, non agnoscat auctorem? an quicquam tam pretiosum 4
quam humilitas, ut naturam corporis et animae perspiciens altero
te subicias, altero recognoscas? prona in uitium carnis inlecebra
misericordiam suadet, quia quod alteri contuleris tibi soluis; quicquid a te procedit in te recurrit et quicquid feceris tibi soluis et
quicquid profueris tibi proficit.

11. Uiuacis animae uigor, sensus rationis et intellectus capax
atque iudicii, ut digna domus tanto habitatore uideatur, non amittat
suae praerogatiuam naturae, ne hominis nomen amittat. scriptura
enim eum hominem dicit, qui est ad imaginem et similitudinem
dei, peccantem autem non hominem, sed aut serpentem aut equum
adhinnientem feminis aut uulpiculam aut iumentum uocare consueuit. nolite fieri sicut equus et mulus, quibus 2
non est intellectus; in freno et camo maxillas

3 *Prou. 20, 6 19 cf. Gen. 1, 26. I Cor. 11, 7 20 cf. Hier. 5, 8
22 *Ps. 31, 9

2 *pr.* non] ne *ANav* mouentur *M* 3 inquid *M* homo inquit *N* 4 pretiosum] *add.* opus *AOμ* autem *om. codd. praeter O,a* 6 atque] et *Na* ubi et *O* ubi *v, om. T* te *om. OPm1* 7 quicquid *M* 8 primo (—um *Ta*) tibi *MTav* primum *NP* ut] et *GMm1NP* 10 auctorem] actorem *O*, *add.* patrem *N* 11 humilitas, ut naturam corporis animaeque perspiciens alteri te subicias, alterum regere (*add.* te *Om2*) cognoscas *Ov* ut] et *P* natura *R* et *om. ANPRa* animaeque *a* perspiciens] subiciens *A* 12 te] *add.* perspiciens altero *AGMNPRTa*, *del. N* 13 misericordia *MNa* suadit *Rm1* 14 feceris *Pm2* fueris *cet. a* feceris tibi soluis et quicquid *om. Ov* 14 profueris *v* feceris *A* fueris *cet. a* 17 amittet *GPRTa* amittit *O* 18 ne] ut *GMNOPRTa* admittat *GMNPm1RT* 21 authinnientem *GM* hinnientem *cet. a* feminam *GMm1* in feminas *Mm2* uulpeculam *AMm2NOPm2Rm2av* 22 et] aut *v* 23 camo (chamo *a*) et freno *av* chamo *Mm2NOT*

eorum constringe qui ad te non adpropinquant, et: dicite huic uulpi de Herode ait, generatio uiperarum uocatur ab Iohanne plebs hominum. magnum ergo opus dei es, homo, magnum est quod dedit tibi deus. uide ne quod deus tribuit amittas magnum illud munus, quod es ad imaginem dei, et hoc in te puniatur magis. deus enim non punit similitudinem suam, sed eum punit, qui ad similitudinem dei factus
3 hoc quod accepit seruare non potuit. punitur ergo illud quod ad similitudinem dei esse desistit, hoc est peccatum tuum. nam suam deus non damnat imaginem nec in illud incendium mittit aeternum, sed magis uindicat imaginem suam de eo qui imagini illi fecit iniuriam, ut per malitiam quod eras esse desineres et fieres mulus ex homine. uindicatur ergo imago, non condemnatur, uindicatur quasi expulsa, non condemnatur quasi rea. postquam enim
4 peccasti, aliud esse coepisti, illud quod eras esse desisti. quomodo igitur punitur in te quod in te non inuenitur? nam si inueniatur in te imago dei et similitudo, non supplicio incipis dignus esse, sed praemio. ita imago illa, qua ad imaginem et similitudinem dei factus es, non condemnatur, sed coronatur. condemnaris autem in eo quod ipse mutatus es, ut fieres ex homine serpens mulus equus uulpicula. his nos enim nominibus iam scriptura condemnauit, quia exuti caelestis imaginis ornamento etiam nomen hominis amittimus, qui gratiam hominis non tenemus.

12. In aliquibus tamen codicibus inuenimus: manus tuae fecerunt me et plasmauerunt me. nec istud alienum, quia et Iob dixit: manus tuae plasmauerunt me et fecerunt me. unde et hic dicitur, ut meminerit deus quia puluis sumus et uberioris gratiae munus infundat nec infirmum

2 *Luc. 13, 32 *Matth. 3, 7. *Luc. 3, 7 10 cf. Matth. 18, 8
24 Ps. 118, 73 26 *Hiob 10, 8 28 cf. Gen. 2, 7

1 qui non appropinquant tibi *a* 2 ait] *add.* sed dicitur *a* 3 uocatur *om.GPRTa* a *NORav* 5 tribuit] tibi tribuit *O* 6 puniatur] punitur *a* 7 similitudinem] imaginem *O* 8 *alt.* quod] qui *GMm1PR* 9 desistet *Nm2P* 10 in illud] illam in *NTa* 12 malitiam] *add.* homo *MNOv* et] *add.* ne *PRTa* 15 coepisti] *add.* et *a* 17 incipias *M* 18 qua] qui *Mm1Pm1Rm1* quae *Rm2* facta *Rm2* 21 uulpecula *AMm2OPm2Rm2av* nos *post* enim *tr. Na, post* iam *tr. v* 26 fecerunt me et plasmauerunt me *O* 27 et fecerunt me *om.M* me *om.Na* ei dicitur *GM* edicitur *NPRm1av* conceditur *O* 28 et] ut *Ov*

opus deserat. gubernator fluctuante nauigio plus laboris inpendit quam cum secundo remigio labitur fluctu et uentorum flatus supparo superante praecurrit.

13. Manus tuae, inquit, plasmauerunt me. 'manus' dicit pluraliter, non 'manum'. at uero alibi ait: ego manu mea solidaui caelum, et: manus mea fecit haec. in hominis constitutione uidetur non abundasse quod toto mundo ut fieret abundauit. caelum manus una firmauit, ut scriptum est, et utraque dei manus hominem figurauit, ut legimus. caelum non ad similitudinem, homo ad similitudinem; angeli enim ad ministerium, homo ad imaginem.

14. Esto ut et angeli ad imaginem; scriptura tamen de homine
locuta est quod sit ad imaginem. habemus enim aliquid quod an-
geli fortasse non habeant; ubi enim abundauit pecca-
tum, superabundauit gratia. nobis est natus Christus
ex uirgine; legimus enim: puer natus est nobis, filius
datus est nobis. nobis carnem suscepit, immo potius nos 2
in illa carne suscepit, quod filium hominis in dei sede constituit.
non lego angelos in dei sede nisi stantes, nisi ministerium deferentes,
non lego angelos, sed homines consepultos Christo et in Christo
resuscitatos. denique ait apostolus, quia conuiuificauit
nos in Christo—cuius gratia estis salui facti—
et simul suscitauit simulque fecit sedere
in caelestibus in Christo Iesu. filius ergo hominis 3
ad dexteram dei, non angelus, non archangelus nec Cherubim et
Seraphim. illa laudant, filius hominis sedet. filius hominis ange-

4 Ps. 118, 73 5 *Esai. 45, 12 6 *Esai. 66, 2 14 *Rom. 5, 20 16 *Esai. 9, 6 19 cf. Dan. 7, 10. Hebr. 1, 14. Apoc. 8, 2 20 cf. Rom. 6, 4—5 21 *Eph. 2, 5—6 24 cf. Matth. 26, 64

2 remigium *AORv* et] aut *v* flatus *v* flatu *codd.* flatum *a*, *add.* suo *APRav* se *N* 3 suparo *a*, *om. codd. v* superante] prosperante *O*, *add.* labore *Av* 4 inquid *Pm1* me *om. A* 5 manum] manu *AGOPRa* 7 abundare *NTa* toti *v* 8 una firmauit manus *av* 9 utramque *GMm1* utrumque *Mm2* 10 enim *om. Ov* 12 ut *om. NT* et ut *O* locuta est de homine *AOR* 13 fortasse angeli *av* 14 habent *Mm2Rm2* 15 natus est *N* 16 et filius *AMOv* 18 quod] quos tamen per *O* quando *a* 19 non—deferentes *om N* 22 saluificati *NT* salutificati *a* 23 sedere fecit *NOav* 25 ad] a *Pm1Rm1* cherubin *MOPa* 26 seraphin (-fin *P*) *MOPa* illi *Mm2NPTa*

lorum ore laudatur, quod angelos malos uicerit, de nequitiis spiritalibus quae sunt in caelestibus triumphauerit, quod fecerit similes angelorum homines, in quibus ante erant contagia mortuorum.

15. Uerbo, inquit, domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. homo quoque spiritu domini perfectionem uitae consummationemque uirtutis accepit. inspirauit in eum deus spiritum uitae et factus est homo in animam uiuentem. uita ergo nostra coepit ex inspiratione diuina, sed uita haec secessione animae corporisque dissoluitur, inspiratio autem diuina
2 non soluitur. et ideo intellege aliud esse quod figuratum est, aliud quod factum est uel paratum, meritoque dupliciter habes scriptum de homine. primum enim scriptum est: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram et: dominabuntur, inquit, uel principatum habebunt et: fecit deus hominem ad imaginem dei. secundo autem loco ita scriptum est, quia accepit deus
3 puluerem de terra et plasmauit hominem. ubi puluis, ibi plasmatio, ubi autem non puluis, ibi non terra, non materia, sed incorporeum, sed admirabile; ibi non materia, sed inmateriale. quod enim secundum imaginem est, non est in corpore nec in materia, sed in anima rationabili. ibi operatur, ibi ostenditur homo ad similitudinem et imaginem dei, ubi iustitiae, ubi sapientiae, ubi omnis forma uirtutis adsumitur.

16. Si intellegas imaginem, uidebis ad imaginem; homo enim non est imago dei, sed ad similitudinem factus est. alius est imago dei inuisibilis, primogenitus uniuersae creaturae, per quem facta sunt omnia. ille non ad imaginem, sed imago; tu non imago, sed ad imaginem. habes ergo in tua substantia aliquid de imagine et similitudine
2 dei, quod sit diuinae simile imaginis. propterea imago ad eum,

1 cf. I Petr. 3, 22. Eph. 6, 12 2 cf. Ps. 8, 6 4 Ps. 32, 6 7 *Gen. 2, 7 13 Gen. 1, 26 15 Ps. 48, 15 *Ps. 48, 15 16 *Gen. 1, 27 18 *Gen. 2, 7 27 *Col. 1, 15. 16

1 malos *om.* *N* 2 triumphauit *A* 4 inquid *Pm1* 6 domini] sancto *N* dei *O* 7 dominus *a* 9 co*ecit *A* 11 intellegite *AOPm2R* 17 ita *om.* *AR* 21 imaginem] *add.* dei *Mv* 22 materię *Mm1NR* operatus *Pm1R* *alt.* ibi *eras.* *P* 26 *alt.* est *om.* *Na* 27 uniuersae] omnis *N* 31 similis *P* imagini *Oa*

qui est ad imaginem, uenit et quaerit imago eum, qui est ad simili-
tudinem sui, ut iterum signet, ut iterum conformet, quia amisisti
quod accepisti. insufflauerat enim tibi deus, ut inspirationis suae
dono haberes gratiam, quam tibi tua culpa sustulerat. factus eras
in animam uiuentem; audi quid dicat: non in carnem, sed in
animam uiuentem. sed quia peccator signaculum tenere non potuit 3
et in crimine positus non habebat quae dei sunt, sed quae hominum,
propterea uenit dominus noster Iesus Christus, ut legisti in euangelio,
et a mortuis surgens cum clausos discipulos repperisset, claustris
ingressus est manentibus et dixit: pax uobis; sicut misit
me pater, et ego mitto uos. cum hoc dixisset,
insufflauit eis et dixit: accipite spiritum
sanctum.

17. Uidesne ergo quae manus fecerint hominem aut quem homi-
nem fecerint? illum utique, quem secundum Christum induimus,
expoliantes ueterem hominem cum actibus
eius, et induimus nouum qui renouatur in
agnitionem secundum imaginem eius qui
creauit eum, ubi non est seruus et liber,
sed omnia et in omnibus Christus. Christum ergo 2
induimus, sicut et alibi dictum est: Christum induistis.
accepimus spiritum sanctum, qui non solum nostra peccata dimittit,
sed etiam nos facit sacerdotes suos aliis peccata dimittere. ideo ait
propheta: tu finxisti me et posuisti super me
manum tuam. finxit per lutum, posuit per gratiam spiritalem,
licet plerique hunc psalmum ex persona dictum saluatoris accipiant.
audi quia manus domini etiam spiritus dicitur. clamat Iob: spiri-
tus diuinus qui fecit me. istae sunt ergo manus quae 3
hominem parauerunt, Christus et spiritus. ergo dominus Iesus et

4 cf. Gen. 2, 7 7 cf. Matth. 16, 23 10 *Ioh. 20, 21—22 16 *Col. 3, 9—11
21 Gal. 3, 27 24 *Ps. 138, 5 27 *Hiob 33, 4

2 *alt.* ut *om. O* confirmet *Ov* amisit *AR* amiseras (—at *Om1*) *Ov*
4 dono haberes] donaret *M* tua *om PR* 5 audi—6 uiuentem *om. N* 9 resur-
gens *Nav* reperisset *OPm1v* 10 sicut] *add.* ergo *GMNOPRTa* 11 et
cum *O* cumque *av* 12 et dixit eis *Nav* 14 uides *M* uidisne *Nm1* 17 eius]
suis *Ma* induamus *AR* in] ad *Na* 20 et *om. O* 21 induimur *Mm1*
scriptum *A* 22 accipimus *ANPR* peccata nostra *O* dimittet *Mm1N*
*Pm1Rm1a* 24 profeta *R* 26 plerumque *P*

corporis auctor est nostri, qui primum fecit hominem ad imaginem et postea de luto finxit et uoluit seruare quod fecerat, saluare quod plasmauerat, ut totum hominem saluum faceret, sicut ipse dixit in euangelio: mihi irascimini, quia totum hominem
4 saluum feci in sabbato? quod specialiter ecclesia docet,
quia non solum anima, sed etiam caro nostra seruatur, anima per cognitionem dei, caro per resurrectionem; quorum alterum docuit diuini auctoritate sermonis, alterum propriae resurrectionis exemplo.

18. Sic est ergo homo geminae substantiae; alia est enim facti substantia, alia figurati; ista de dei spiritu, illa de limo. propterea ait Iob: resuscitabit corium meum, quia quod de limo est resuscitatur — terra enim in terram redit —, quod autem factum est, ut principatum haberet super ceteras animantes, id praestantius esse intellegis; luti enim etiam bestiis nobiscum commune consortium est. et ideo homini specialis praerogatiua donata est, id est anima qua ceteris animantibus imperat; sed
2 ut possit imperare, debet deo esse subiectus. docetur igitur seruire,
ut ad regnum peruenire mereatur; qui enim seruit Christo, placet deo. qui seruit Christo placet utique ueritati et debet nescire mendacium, qui seruit iustitiae debet repellere iniquitatem, qui seruit inmaculato debet tenere castimoniae disciplinam, qui seruit luci debet odisse tenebras peccatorum. ergo, quia corpus infirmum est, uisitationem domini postulemus, unde propheta ait: quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quia uisitas eum?

4 *Ioh. 7, 23 11 *Hiob 19, 26 12 cf. Gen. 3, 19 23 *Ps. 8, 5

1 actor *O* 2 seruare] saluare *NT* 3 saluum — 4 hominem *om.N* 5 sanum *O* in *om.P* ecclesiam *O* 6 seruetur *Av* saluatur *Mm2NTa* 7 resurrexcionem *M* 8 diuinę *GMm1Pm1Ra* diuina *O* resurrexti(-ci-*M*)-onis *AM* 9 sic *scripsi* hic *codd. av* ergo est *N* in facti *Rm1* 11 resuscitauit *MORm1* 12 lymo *R* 13 ceteros *M* cetera animantia *Ta* 14 enim *om.Oa* cum bestiis nobis *Rm2* nobis (*om.* cum) *O* 15 cummune *R* homini *scripsi* animae *codd. av* 16 id est] idem *GMOPRv* ideo *NTa* anima *scripsi* tamen *codd. av* qua *scripsi* quia *AGMPRav* non (*s.l.m2*) ut *N* qui *O* sed *om.GMOv* 17 doceatur *O* ergo *N* 18 placuit *v* 19 et *om.M* 20 *alt.* seruit] *add.* sobrietati *Mm2* 21 inmaculatam *Mm2N* luce *Mm2* 22 est infirmum *M* est *om.NO* 24 filiis *M* 25 quoniam *NTa*

19. Et nunc in reliqua uersiculi portione ait: da mihi
intellectum, ut discam mandata tua. spiritalem
igitur se esse cognoscens propheta petit gratiam spiritus sancti.
etenim intellectum dari a domino et inter munera gratiarum primo
constitui loco in apostolica lectione didicisti, quia unicuique
datur manifestatio spiritus ad utilitatem,
et in propheta primo loco sapientiae et intellectus spiritalis gratia
postulatur. petitur ergo ut dei donum. deinde uide ordinem: da
mihi, inquit, intellectum, ut discam mandata
tua. intellectus praemittitur, ut scientia sequatur; nam nisi 2
quis intellexerit, doctus esse non poterit. doctrinam igitur intel-
lectus facit, non memoria; nihil enim prodest multa legisse, nisi
intellegas ipse quae legeris. et in apostolo post manifestationem
spiritus sermonem scientiae legisti postea substitutum, ut scias
intellectum memoriae praeferendum et illum posse habere scien-
tiam, cui ante intellectus adfulserit.

20. Simul humilitatem considera. si propheta intellectum dari
sibi postulat, quis tam arrogans, qui profiteatur in sua potestate
esse intellegentiam? intellectum petit, ut ipse se nouerit et naturae
suae possit scire rationem. at illi, qui de rerum natura disputant,
caeli scrutantur plagas; qui se ipsos scire non possunt, putant
intellegentiam sine dei dono posse concedi. unde et nos humilitatem 2
debemus adsumere, ne extollamur, si forte unam aliquam de scri-
pturis parabolam cognouerimus aut, quia interdum secundum litte-
ram plana legimus, si forte secundum litteram aliquid intellexerimus,
doctrinae nobis adsumamus scientiam. propheta ille, qui accepit 3
spiritum sanctum, postquam unctus in regnum est, unctus est in
prophetam, centesimum et octauum decimum psalmum scribens

1.8 *Ps. 118, 73  4 cf. II Tim. 2, 7  5 I Cor. 12, 7  7 cf. Esai. 11, 2
13 cf. I Cor. 12, 8  27 cf. I Reg. 16, 12—13

1 portione uersiculi *O*  2 ut] et *APRm1*  3 cognoscit *a*  petit *Ov*
per *AGNPRTa*, *om. M*  gratia *GPm1*  5 constituit *O*  8 ut *om. av*
*def. A* denique *a*  9 inquit *om. Na*  ut discam—*p. 217, 26* exemplum *desunt in A*
13 ipsa *Mm2Pm1*  15 proferendum *Mm1*  17 humilitatem] intellectum *a*
20 ille *Rm1*  25 plana—litteram *om. R*  plane *O*  27 est in regnum
*NOPav*  *alt.* est] *add.* et *Mm2*  28 CXVIII (*supra utrumque o script.* mum *m2*) *P*
et *om. Na*  iam psalmum *O*

intellectum sibi dari poscit, ut mandata dei intellegat, et scit, nisi a domino acceperit gratiam, intellegere eius se mandata non posse. in euangelio quoque lego, quia proponebat parabolas dominus Iesus et apostoli non intellegebant; denique explanationem propositae parabolae postulabant.

21. Ipse dominus Iesus cum diceret, ut legisti in libro euangelii secundum Matthaeum scriptum: beati pauperes spiritu, subiecit in posterioribus: omnis qui audierit uerba mea haec et fecerit ea, similis erit homini sapienti. non ergo qui audit tantummodo similis erit, sed qui facit quae audierit. ergo neque factum sine auditu neque auditio sine facto potest esse sapientis, sed qui audit et facit. audiamus igitur ut intellegamus, faciamus ut intellexisse nos quod audiuimus conprobemus.

22. Sequitur uersus secundus: *qui timent te uidebunt me et laetabuntur, quia in uerba tua supersperaui.* fortasse aliquibus uideatur hoc esse contrarium, quia iustus dicit: qui timent te uidebunt me et laetabuntur; multis enim iustus grauis est cum uidetur. denique in euangelio plerique dominum Iesum uidere non poterant, sicut Geraseni rogabant eum, ut abiret de regionibus eorum, et alii ei transitum denegabant, quando tamen per eos transire nolebat.
2 unde puto quod, sicut illic Iudaicae forma impietatis exprimitur, ita hic ecclesiae gratia reueletur. prophetat enim totum orbem replendum esse timore diuino et ideo quasi timentes deum sanctorum dicit cognitione laetari; qui enim uidet iustum et gaudet, etiam ipse uult esse iustus. pulchrum est enim ut in aliis delectetur, quod

4 cf. Matth. 13, 36 7 Matth. 5, 3 8 *Matth. 7, 24 15.18 Ps. 118, 74 21 cf. Luc. 8, 37 cf. Luc. 9, 52—53

*def. A* 1 dari sibi *OR* 5 postulabat *O* postolabant *Rm1* 6 legistis *O* 7 quod secundum matheum scriptum est *O* matheum *PR* 8 audit *Na* mea uerba *Mv* 9 mea *om. a* homini] uiro *NOPav* 11 factum] fructum *Gm1Pm1R* auditu] auditione *ORv* 12 sapientes *Mm1N, del. N* sapienti similis *a* 13 *pr.* ut *om. codd. praeter O, a* audiamus *N* 15 uersus *om. NP* secundus] II *GNOPR* 16 quia] quoniam *PR* 17 speraui *NPRTa* hoc *om. P* 21 genesareni *GM* genesarem *O* generaseni *R in ras. m2* gerasseni *T* 22 ei *om. N* 24 ita *om. GMm1N, add.* et *P* hic] in *G* propheta *R* 25 replendo *Mm1* 27 pulcrum *Rm1* ut] quod *GMPm1R*

uult ipse in se seruare, si possit. est enim insitum bonis, ut castum 3
pudicus, prudentem sapiens affectu pio diligat, misericors liberalem, et uirtutes suas in aliis amet. plerisque enim iusti aspectus admonitio correctionis est, perfectioribus uero laetitia est. quam pulchrum igitur, ut uidearis et prosis! bonum ergo uir iustus.

23. Propterea denique apostolus Paulus ascendit Hierosolymam, ut iustos uideret, et cum Petro mansit diebus quindecim, ut ex eius aliquid cohabitatione proficeret. propterea ipse Paulus et Barnabas, cum Hierosolymam ingrederentur, magnifice excipiebantur ab
ecclesia, ab apostolis et maioribus natu. cum autem abire uellent, 2
ne discederent rogabantur et, ut postea de Paulo legimus, cum lacrimis deducebatur. nam si est tanta uis in naturalibus, ut animal uisum prosit ictericis, ita ut mortui quoque cornu eius animantis prodesse dicatur, si fuerit demonstratum his qui huiusmodi inciderint passionem, dubitare possumus, quod iusti sanet
aspectus? ergo animal uile inrationabile tantam uirtutem habet, 3
ut sanare hominem possit momento exiguo quo uidetur: homo iustus, si tamen cum fide ab eo aspiciatur qui utilitatem ab eo percipere desiderat, nihil confert? non uel ipsi oculorum radii uirtutem quandam uidentur infundere his qui fideliter eum uidere desiderant?

24. Sed quemadmodum iustus laetificat cor innocentium, cum uidetur, ita inprobi iustorum cognitione torquentur, quia uel tacitis sanctorum moribus arguuntur. torquet castitas incontinentiam, auaritiam liberalitas, impietatem fides. de hoc quoque parile
uilis animantis sumamus exemplum. nam sicut prodesse diximus 2
mutum animal cum uidetur, ita obesse percipimus lupum, si aliquem

6 cf. Gal. 1, 18 8 cf. Act. 15, 4 11 cf. Act. 20, 37—38 13 cf. Plin. Nat. hist. 30, 11

*def. A* 1 ipse *om. Mv* si] qui *O* possit] sumpsit *OR* sumpserit *v* 2 pudicum *Gm1μ* 3 suas *om. R* iustis *N* ammonitio *NO* 4 laeticie *Mm1* 5 igitur] ergo *Nav*, *om. O* ut] si *PRm2Ta* bonum] *add.* est *OPm2* 6 paulus apostolus *Nav* 6.9 hierosolimam *NPR* 7 XV *GNPR* 12 deducebantur *Mv* tanta *om. R* 14 iis *v* 15 non possumus *O* 16 ergo] *add.* si *N* uile animal *NPav* 17 possit hominem *av* quod *NT* quid *a* 18 conspiciatur *NTa* 19 conferat *Rm1*, *add.* an *OPm2v*, *ras. in R* non] num *Tm2a* 20 iis *v* 23 ita] *add.* et *Na* 24 incontinentem *GMNOPa* 25 parili *O* 26 nam] *pergit A* 27 percepimus *R*

uidendo praeuenerit; uocem enim feruntur amittere quos prius lupus uiderit. basiliscus quoque, hoc est noxius serpens, si quodcumque uiderit prior animal, fertur occidere, et allegatur statim necari qui potuerit a serpente huiusmodi praeuideri. ipse quoque
3 serpens mori dicitur, si fuerit hominis praeuentus aspectu. ergo si tanta uirtus uel in oculis serpentis uel in oculis est hominis, ut, si alterum alter prior uiderit, possit occidere, non est uirtus in oculis iusti qui repletus uirtutis est gratia, cum praesertim tantum operetur fides, ut et illa quae fimbriam domini tetigit sanaretur et ille cui intendit dominus Iesus statim ex eius oculis gratiam sanitatis hauriret?

25. Sed qui uidet iustum debet scire quod uideat. non illum uidet in corpore, non in uestimento, non in patrimonio, non in uultu, sed intus uidet. non, inquam, illum uidet nisi eius uiderit mentem, nisi eius sermonem intenderit, nisi sensus illius potuerit conprehendere, sapientiam de tractatu eius adsumere. tunc igitur laeta-
2 bitur, cum ista perspexerit, cum ista cognouerit. ita ergo et nos, sicubi audimus iustum, festinemus uidere, sicut illa mulier quae audiuit in domo Pharisaei discumbere dominum Iesum et ingressa est et eius pedes perfudit unguento. illius imitatores simus; namque ecclesiam in illa muliere figuratam esse quis dubitet? sicubi ergo iustus sedeat, sicubi accumbat, festinemus uidere eum. pretiosum
3 est uidere uirum iustum, ut uideas secundum imaginem dei. quod foris est nihil prodest, quod intus est sanat. sane et in eo qui foris est illum qui intus est frequenter aspicimus, ut, si uiderimus pauperem, illum ad cuius similitudinem factus est honoremus in

1 cf. Uerg. Ecl. 9, 53 sq. Plin. Nat. hist. 8, 34  2 cf. Plin. Nat. hist. 8, 21. Solin. 27  9 cf. Matth. 9, 20—22  10 cf. Luc. 9. 38. 43  18 cf. Luc. 7, 37—38

1 uidendum *GMNPR* (du *in ras.m2*) *a*  prior *Mm2N*  2 si *om.O*  3 prior uiderit *Nav*  alligatur *Am1GNR* alligatus *Am2Pm1*  4 necare *O*  6 *pr.* uel *om.O*  7 alter alterum *ANàv*  8 uiri iusti *O*  repletur *Mm2*  est] et *O*, *om.M*  9 *alt.* et] ut *AR*  11 auriret *Nm1Pm1*  12 set *Rm1*  quod] quid *ORav*  13 uidet] uidit *MPm1Rm1*  non patrimonio (*om.* in) *A*  14 inaquam *Am1*  16 eius] *add.* potuerit *a*  17 prospexerit *AR*  18 audiuimus *ORv*  iustum *om.O*  uedere *Mm1*  19 farisaei *AR*  et ingressa est *om.O*  20 unguendo *Rm1*  imitatores illius *O*  namque] quia *a*  21 ecclesiae *Mm2NPTa*  figuram *GNPTa*  sic ergo ubi *P*  22 festinamus *N*  23 uirum *om.P*  uideas] *add.* eum *Oav*  25 pauperem] in paupere *a*

paupere, de quo ait: dedistis mihi manducare, quia quod uni eorum dedistis mihi dedistis. qui enim 4 coronat imaginem imperatoris, utique illum honorat cuius imaginem coronauit, et qui statuam contempserit imperatoris, imperatori utique cuius statuam consputauerit fecisse uidetur iniuriam. gentiles lignum adorant, quia dei imaginem putant; sed inuisibilis dei imago non in eo est quod uidetur, sed in eo utique quod non uidetur.

26. Uides ergo quia inter multas Christi imagines ambulamus. caueamus, ne coronam imagini detrahere uideamur, quam unicuique Christus inposuit. caueamus, ne aliquid detrahamus his quibus debemus adiungere. sed, quod peius est, non solum non honestamus pauperes, sed etiam dehonestamus destruimus persequimur, et ignoramus, quod has in imaginem dei congregamus iniurias, cum factos ad dei imaginem putamus esse laedendos; qui enim inridet pauperem exacerbat eum qui fecit illum. sed aderit ille, qui dicat: esuriui et non dedistis 2 mihi manducare, sitiui et non dedistis mihi bibere, aeger eram et non uisitastis me. et quanto ista leuiora sunt, quam si dicat: ‘iniurias mihi fecistis, nudastis me, uerberastis me‘! quem si quis interrogauerit: ‘quando tibi iniurias fecimus, quando spoliauimus, quando etiam uerberauimus?‘, dicet: quamdiu uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis. propterea caueamus diligentius, ne cui uel minimo contumeliam inrogemus, ne ipsi domino in illis minimis contumeliosi fuisse uideamur.

1 *Matth. 25, 35. 40  7 cf. II Cor. 4, 18  14 *Prou. 17, 5  16 *Matth. 25, 42—43  22 *Matth. 25, 45

1 pauperem *APm1R*  dedisti *R*  3 cuius *Mm2NOav* et eius *AGMm1PR*  4 coronat *Rm2*  contemserit *A*  imperatoris *om. AG*  imperatori *om. PR*  6 *pr.* dei] domini *AR*  imaginem dei *N*  7 *pr.* uidemus *P*  quod utique *NPT*  non *om. N*  10 iis *v*  13 quod has] quas *NTa*  has] per has *O* ad *Pm1*  in imaginem *Pm2Rm2* imaginum *A* imagini *GMNT* imagines *O* imaginem *Pm1Rm1* dei imagini *av*  congeramus *v*  14 imaginem dei *NOav*  15 exacerbat] irridet *Nm2*, *om. Nm1*  16 dicit *Mm1* dicet *O*  17 manducare—mihi *om. N*  19 quanta *O*  quam] quamuis *Rm1*  20 nudastis—23 mihi fecistis *om. N*  22 dicit *OP*  quamdiu] quando *Mm2PTa*  24 minimo *MOv* minimam *cet. a*  contumelias *O*  25 contumeliosis *Rm1*

27. Qua ratione autem dixerit: qui timent te uidebunt me et laetabuntur, ipse exposuit dicens: quia in uerba tua supersperaui. hoc est dicere: intus me uiderunt, intus me tetigerunt, intus me aspexerunt, ubi spem adsumpsi de tuis uerbis, ubi tua uerba percepi. beati ergo et qui uident iustum et laetantur, quia sperant in dei uerba. quam multi autem sunt qui oderunt iustos, quia perscrutantur dei uerba qui iusti sunt, et cum aliquos doctos audiunt impii eos propter doctrinam uitare consuerunt!

28. Sequitur uersus tertius: *agnoui, domine, quo-*
*niam iustitia iudicia tua, et in ueritate tua*
*humiliasti me.* qui potest intellegere quae sunt diuinae pro-
uidentiae, utitur eo sermone quo usus propheta est sanctus Dauid,
quia omnia iudicio dei fiunt, ut aegrum corpus aliquis habeat, ut
salubre, ut diues, ut pauper sit, ut moriatur iuuenis uel senex.
si quis intendat scripturis diuinis, intellegit haec fieri iudicio dei;
2 nihil enim est praeter dei scientiam. exemplum quaerimus? non
est absconditum, siquidem Iob numquam amisisset proprias
facultates, nisi esset traditus aduersariae potestati. dedit enim do-
minus potestatem diabolo in facultates eius, ut temptaretur, qualem
amisso patrimonio haberet affectum; dedit in filios, dedit in corpus
eius, ut probaretur, quod non dolore liberorum defunctorum aut
cruciatu corporis a constantia mentis anima defetisceret. dominus
quidem nouerat fortem, sed in illo docere atque examinare nos uoluit,
3 utrum imitatores eius esse possemus. denique et Abraham tem-
ptauit, quando filium senis unicum sibi petiuit immolari. sciebat

1 Ps. 118, 74 2 Ps. 118, 74 10 *Ps. 118, 75 19 cf. Hiob 1, 12. 2, 6 25 cf. Gen. 22, 2

5 uerba tua *AR* et *om. Oav* 6 iustum *om. Mm1 Pm1* quia] qui *NT* 7 quia] qui *Ov* 8 dictos *Mm1R* impii eos] impios *AR* 10 uersus *om. NP* tertius] III *NOP* cognoui *O* quia *O* 11 iusta *GMOav* in *om. AR* uerita *P* 12 me] *add.* III *M* 13 est propheta *Nav* sanctus *om. M* 14 aut salubre *a* 19 facultates—20 in *om. N* 20 diabolo potestatem *Mav* 22 quod non] num *GMNav* non *P* defunctorum dolore liberorum *av* liberum *GMm1* defunctorum *om. M* 23 a] aut *Am1GMNOPR* anima] uel animae *GM* animae *NPR* animaeque *OTa* animique *v* defecisceret *MNPm2R* deficeret *O* deficisceret *Pm1* defecisset *Ta* descisceret *v*, *add.* et *O* nisi fortis existeret *a* 25 possimus *ANO* 26 senis] eius *M* petit *GMNPRm2a* petitur *Rm1* petiit *Ov*

utique mentem Abrahae, sed sciens temptat dominus, sicut legisti in euangelio, quia, cum interrogasset dominus Iesus discipulos, quot panes haberent, et illi respondissent quia quinque tantum haberent panes, ipse ait: quid faciemus, inquit, inter tantos homines? hoc autem dicebat temptans eos; sciebat enim quid facturus esset. qui ergo iustus est, examine iustitiae suae credit, quia dei iusta iudicia sunt, uel secundum Graecum, quia iudicia dei sunt ipsa iustitia.

29. Sed hoc ut agnosceret, fecit praemissa precatio, quoniam intellectum dari sibi poposcit, ut mandata dei disceret. accepta est ergo intellectus et cognitionis gratia, agnouit iusta dei esse iudicia. agnoscere autem perfecti est. denique aliud est credere, aliud agnoscere: fides timentis, agnitio sapientis. qui enim timet, rationem non quaerit, sapiens autem et agnitionem eorum inuestigat quaecumque percipere desiderat. credidi, inquit, propter quod locutus sum; cognouit autem intellegens quod locutus est.

30. In quo ergo iusta iudicia dei sunt? quia per labores et tribulationes et adflictiones ad caeleste praemium peruenitur. sicut enim certantibus athletis corona defertur iusto iudicio hominum, ita legitime certantibus christianis diuino iudicio palma decernitur. uincenti, inquit, dabo sedere mecum in sede mea. uita ergo nostra examinatur igne sicut splendor argenti, ut uirtus certaminibus adprobetur. transiuimus, inquit, per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium. per haec igitur uera iudicia tua esse cognoui. humiliatus enim sum, 2
ut haec uiderem, quia hi, qui exaltati sunt corde, oculos ad ueri-

4 *Ioh. 6, 9. 6 7 cf. Ps. 118, 75 8 cf. *Ps. 118, 75 9 cf. Ps. 118, 73 15 Ps. 115, 1 (10) 18 cf. Act. 14, 21 21 cf. II Tim. 2, 5 22 *Apoc. 3, 21 23 cf. Ps. 65, 10 24 *Ps. 65, 12 27 cf. Ps. 130, 1

2 Iesus *om.O* quod *Mm1P* 3 ille *Rm1* 4 ipse *om.AR* inquid *GMm2Pm1Rm1,om.ANv* 6 quid] quod *NPm1* esset facturus *O* 7 examini *Am2* . iusta *om.AGMm1PR* iudicia iusta *O* 8 dei iudicia *Oav* 10 sibi dari *Oav* 11 est *om.O* esse dei *NOav* 12 cognoscere *O* 13 timentis] *add.* est *Ob* agnitio] *add.* est *GMaμ* 14 cognitionem *AR* 15 inquid *Pm1 Rm1,om.N* 19 adflictionis *Mm1* caelestem *Mm1* 22. 24 inquid *Pm1* 23 examinetur *N* ut *om.N* 26 enim *om.O* sum enim *N* 27 ii *v*

tatem aperire non possunt; cum autem humiliamur, peccata nostra cognoscimus et ipsa humilitate delicta nostra purgamus. humiliatus sum, inquit, et saluum me fecit. in ueritate ergo humiliatus qui humiliatus est ad salutem, nec uane pertulit passionem, qui salutem ueritatis secutus est.

31. Distat igitur inter cognoscere et timere, ut eo reuertamur. denique euangelii lectio docere nos debet; ait enim dominus ad eos, qui credebant ei ex Iudaeis: si manseritis in uerbo meo, cognoscetis ueritatem et ueritas liberabit uos. si manseritis, inquit, cognoscetis. uides quia non a principio potuit cognoscere quicumque timens
2 deum uerbum eius audiuit. non solum autem non idem est timor et cognitio, uerum etiam non idem est fides et cognitio, siquidem etiam apostolus docuit diuersa esse munera gratiarum. alii enim, inquit, datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu. si ergo alii fides datur, alii cognitio, uides, ubi fides, non statim cognitio, ubi autem cognitio, et fides est et prudentia nec ab eo diligentiam possumus separare.

32. Habuit ergo cognitionem sanctus Dauid utpote propheta perfectus, quandoquidem ita perfecte cognouit, ut humiliaretur in ipsa ueritate. siue ergo in aduersis positus agnouit probationis gratia ea quae laboriosa et aduersa sunt sustinenda, iustum autem dei esse iudicium et ideo bene certantes numquam deseri uel relinqui et coronam his post labores posse deferri; siue in secundis et prosperis positus cognouit etiam diuitias rerum diuersosque successus temptationis causa solere suppetere, ut is qui his utitur rerum

2 *Ps. 114, 6 8 *Ioh. 8, 31—32 14 *I Cor. 12, 8—9

3 inquid *Rm1* 4 *pr.* humiliatur *Mm2Nm2O*, *add.* est *av* qui] quia *NRT* protulit *AMR* 9 meo *om.N* 10 inquid *Pm1* 11 deum timens *Av* 12 audit *O* 15 per spiritum datur *Nav* 16 eundum *R* 17 eōdem] uno *O* 18 uides] *add.* quia *Ov* 19 possumus diligentiam *NPav* 20 seperare *Rm1* 21 profeta *AR* 23 si *Mm2N* 24 gratiam *AMm1NOav* sustinendo *O* 25 esse dei *av* 26 laborem *NTa* 27 positis *Mm2NR* regum *Rv* diuersos *Am1* diuersusque *P* 28 temptationes *GMPm1* causas *GMNRm2Ta* solere] dolore *N* ut is *om.N* is] his *GMm1OP*

prosperitate temptetur. in eo igitur laudandus propheta Dauid, quia, cum ista agnosceret, humiliabatur, ut humilitate sua uel prosperorum excluderet temptamenta uel aduersorum subiret constanti aequanimitate tolerantiam.

33. Non ergo magnopere laudabilis esset propheta, si laudaret iudicia dei usus affluentia secundorum. quid enim magnum facimus, si, quando in secundis sumus, laudamus deum, quando in diuitiis sumus, quando nullis uexamur iniuriis? illud est magnificum, si subiectus contumeliis iudicium dei laudes, si uexatus aegritudine iudicia dei praedices, si te inopia non reuocet, quominus laudes iustitiam dei. ergo semper laudanda sunt iudicia dei, sicut scriptum 3 est: exultauerunt filiae Iudae propter iudicia tua. quae sunt filiae Iudae nisi animae religiosae, animae ecclesiae quae Iesum Christum dominum confitentur, quae uidentes rationem iudiciorum tuorum semper exultant? qui enim non ex aliquo secundorum prouentu, sed ex cognitione rationis induit laetitiam, non nisi in exultatione perpetua constitutus est.

34. Sequitur uersus quartus: *fiat nunc misericordia tua, ut exhortetur me secundum uerbum tuum seruo tuo.* aliqui habent in hoc loco: *consoletur me.* sed etiam in apostolo legimus exhortationem pro consolatione dictam et consolationem pro exhortatione. magna est ergo misericordia dei, quae non solum remissionem tribuit peccatorum, sed etiam certantibus adhibet exhortationis calcaria, ne suscepti certaminis passiones inbelli formidine derelinquant. non ergo misericordiam, quasi is qui uictus cedat, aut ut ueniam peccator implorat, sed ut dei miseratione succinctus maiora uiribus tanto munere fultus

12 *Ps. 47, 12 18 *Ps. 118, 76 20 Ps. 118, 76 21 cf. II Cor. 1, 4, 6

1 temptetur] laetetur *MT* propheta dauid laudandus *NPav* 2 cognosceret *M* 3 constanti *OPv* constantiam *cet. a* 4 aequanimitatem *AMN* tolerantiae *Ta* 6 quod *Om1* fecimus *N* 9 subiectis *Rm1*, *add.* iniuriis *Mm2NPaμ* 13 tua] *add.* domine *MO* 15 ex *om. Rm1* secondorum *Rm1* secundo *NTa* 17 non *om. Pm1* non nisi *om. NT* 18 uersus *om. NP* quartus] quartus ·||||· (*sic*) *G* IIII *NOPR* 19 exortetur *NPR* (*saepius sine* h) 20 sed] sic *O* 21 pro—22 exortatione (*sic*) *om. Am1* 23 tribuit remissionem *O* 25 ergo] enim *O* 26 his *GMm1* uinctus *GMm1Pm1* *pr.* ut *om. AOPRT* ueniae *Oav* precator *AOTav* imploret *Am2* 27 fluctus *N*

expediat. egregiam et singularem prophetae spectato uirtutem.
2 alius enim humiliatus aerumnis posceret, ut circa eum temptamenta desinerent et sedare aduersa dominus dignaretur, ne tribulationum procella in eum saeuiret; iste autem tamquam athleta fortis et patiens, qui exerceri et ungi animam suam tribulationibus nosset, non tristia dimouere, non inpugnantia declinare desiderat, non illud omne desinere quod fatigationem et laborem adferret exposcit, sed maioris in tempore laboris sui aduersus temptationum procellas dari sibi uerbum consolationis exposcit, ut possit forti quae ingruunt mente tolerare, ne aliqua maestitiae perturbatione lassetur. in eo igitur obsecrat misericordiam dei, ne auxilio destitutus expediendi coeptam militiam derelinquat.

35. Denique adhortationis diuinae esse misericordiam euidens testimonium docet. Moysi enim dicit deus: miserebor cui misertus ero et misericordiam praestabo cui misericordiam praestitero. igitur non est uolentis neque currentis, sed miserentis dei. forte dicas: 'ergo non debemus uelle, currere? atqui neglegentes deus deserere consueuit'. non ergo hoc dicit, sed quid dicat
2 consideremus. non uolentis neque currentis hominis perseuerantia est; non est in hominis potestate, sed miserentis dei est, ut possis complere quae coeperis. denique iterum Moysi dicit: quia in hoc ipsum te suscitaui, ut ostendam in te uirtutem meam. colligitur ergo adhortationem diuinae misericordiae deputandam. unde sequitur: ergo cui uult mise-

14 *Ex. 33, 19. Rom. 9, 15—16 22 *Ex. 9, 16. Rom. 9, 17 25 *Rom. 9, 18

1 excipiat *Pm2* expectato *Mm1Ra* expectat *Mm2NP* expetat *T* 2 aliis *Rm1* 3 dominus aduersa *av* 4 ista *Pm1Rm1* 5 ungi *v* ungui *Gm1Mm1* cingi *cet. a; cf. tractat. 12, 28 med.* 6 tristiciam *Oa* tristitia *Pm1Rm1* pugnantia *NT* impugnantiam *O* declinare] decedere *A* desinere *ex* designare *R* 7 omne (-ē *N*) illud *NPav* et] ei *O*, *om. a* labores *NT* laboris *OPRa* adfert *GMm2* 8 maior *GM* magis *Ov* maiores *a* 9 ingruunt *O* ingerunt *APR* ingeruntur *cet. av* 10 nec *MN* 11 expediendi *om. O* 13 adhortationem *Ov* misericordiae *Mm1NOv* misericordia *Pm1* 14 mosi *Am1* 17 currentes *Mm1* miserantis *b* 18 dei] *add.* est *Aav* uel uelle *Rav* uel currere *Ov* atque *PR* 19 dicit] dixit *AOR* 21 non est] *add.* enim *Ov* miserantis *MPm1ab* 22 iterum *om. N* mosi *Am1* 24 igitur *a*

*retur et quem uult obdurat.* hunc miseratus hortatur,
illum non reuocat exsecratus. et uere misericordia est dei nostrarum
militia passionum, per quam nobis peccata minuuntur. denique 3
Lazarus pauper, quia in hac uita tolerauit mala complurima, in
gremio Abrahae requiem consolationis inuenit, ille autem diues,
qui consolationem habuit in saeculo, post curricula uitae huius
fructum quietis amisit; quem si miseratus esset deus, castigasset
potius in hoc saeculo, ut postea non flagellaretur. denique Iob,
licet grauiter flagellatus et quidem flagellis plurimis inopiae,
amissionis filiorum, doloribus corporis, obprobriis amicorum, con-
solatione tamen fruitur aeterna.

36. Ergo quanto maiores tribulationes fuerint, tanto uberior
consolatio reseruatur. et tamen, ne cadas atque succumbas, quanto
maiores temptationes uideris, tanto magis roga uerbum dei, ut ad-
hortationem tibi adferat, sicut rogauit et Paulus, qui ait: *bene-
dictus deus et pater domini nostri Iesu
Christi, pater misericordiarum et deus omnis
consolationis, qui nos exhortatur in omni
angustia, ut possimus et ipsi consolari eos
qui sunt in omni tribulatione per exhorta-
tionem qua et ipsi aduocamur a deo. quoniam
sicut abundant passiones Christi in nobis, ita
per Christum abundat etiam consolatio
nostra.* tanta ui apostolicae petitionis rogat, ut consolationem 2
accipiat a domino in omni tribulatione, quo non solum ipse induat
tolerantiam, uerum etiam alios consoletur, ut et ipsi possint pro-
priae mentis angustias sustinere. si igitur ipse in omni tribulatione
idoneus fueris adprobatus, tunc demum dignus eris qui consola-

4 cf. Luc. 16, 22   15*II Cor. 1, 3—5

1 obdurauit *N*   miseratur *A* miserator *Rm1*   hortator *Rm1*   2 exe-cratur *AO* exsecretus *Rm1*   misericordiae *N*   est *om. Am1*   5 consolationes *Mm1*   7 deus esset *O*   9 flagellatur *A*   inopia *MRm2*   10 amissione *MORm2*   11 tantum *Om2, add.* nunc *O*   14 temptationis *Rm1*   roga] *add.* ut *O*   ut *om. OPRm1*   ut hortationem *Rm2*   15 et *om. O*   17 totius uel omnis (u. o. *s.l. G*) *GM*   18 hortatur nos *O*   21 qua] quia *Pm1Rm1*   aduocantur *Mm1*   24 uis *a*   26 et *s.l. A*   27 ergo *O*   28 fueris idoneus *NPa*   qui] ut *O*

tionem accipias in omni tribulatione. et tamen non omnis passio digna consolatione est, sed quae passio per Christum est, haec consolationem Christi meretur.

37. Pulchre autem addidit: secundum uerbum tuum seruo tuo. ipse enim dominus pro suo nomine proeliantibus auxilium pollicetur dicens: cum ergo tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur uobis in illa die quid loquamini; non enim uos estis qui loquimini, sed pater meus qui loquitur in uobis. ergo, ne inpares simus certamini, diuinum semper oremus auxilium, ut nobis tribuat adhortationem; si enim habeamus eum qui nos exhortetur, non facile cedimus.

38. Plerique autem habent: qui consoletur nos, nec abhorret a uero. instigantis enim aliquem blanda quaedam est exhortatio, quae certantem studio laudis accendat et uelut quadam consolatione demulceat, ne laborum asperitate reuocetur.

39. Sequitur uersus quintus: *ueniant mihi miserationes tuae et uiuam, quoniam lex tua meditatio mea est.* cui lex dei meditatio est, huic praesto sunt misericordiae, ut uiuat in aeternum. quomodo enim beatus quis potest esse sine miseratione diuina? beatus autem qui in lege domini die ac nocte meditatur. sed qui meditatur in lege eruditur in lege et quem lex erudierit dominus
2 erudiuit, qui locutus est legem. ideoque scriptum est: beatus quem tu erudieris, domine, et de lege tua docueris eum. discamus ergo et nos in lege meditari, non auocemur saecularibus inlecebris, non occupemur inpedimentis, sed

4. 13 *Ps. 118, 76  6 *Matth. 10, 19—20  17 *Ps. 118, 77  21 cf. Ps. 1, 1—2  24 *Ps. 93, 12

1 non] *add.* in *Rm1*  omni passione *A*  2 digna *Ov* ex diuina *GM* diuina *cet.* *a*  consolatio *APTa*  pro christo *Na*  3 Christi] domini *O*  4 uerbum] eloquium *O*  5 seruo tuo *om.* *N*  8 dabitur] *add.* enim *GMNOav*  die] hora *Oav*  10 loquetur *Mm1*  12 habemus *Mm2*  hortetur *A*  13 consolatur *N*  15 uelud *M*  17 uersus *om.* *NP*  quintus] V *GNOP*  misericordiae *O*
*def. A* 18 quia *a*  20 ut uiuat—ut sobrius *p. 229, 18 desunt in A*  22 domini lege *GMPav*  sed qui] siquis *M*  23 erudierit] erudiet *PR*  24 erudiuit] erudit *a*  26 non] et non *O*  aduocemus *R*

semper ad legem simus adtenti. scriptum est enim: os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. hoc in ueteri testamento; audi dicentem et in nouo: prope est uerbum in ore tuo et in corde tuo. et maxime hanc meditationem sacerdotibus necessariam ostendit 3 ad Titum scribens, quia debet episcopus amplecti eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere. quod utique sollicitae atque intentae meditationis est, non perfunctoriae lectionis. et ad Timotheum scribens ait: adtende lectioni, exhortationi, doctrinae. lectio enim frequens nec intermissione aliqua destituta doctrinae munus operatur.

40. Quod autem poscit ut uiuat, frequenter ostendimus huius corporis uitam uerae uitae gratiam non habere, sed illam ueram uitam fore, cuius bona unusquisque sanctorum credit se uidere in terra uiuentium. quod credimus nos uisuros, non praesens utique, sed futurum est.

41. Sequitur uersus sextus: *confundantur superbi, quoniam iniuste iniquitatem gesserunt in me; ego autem exercebor in praeceptis tuis.* superius ait idem propheta: si reddidi retribuentibus mihi mala. numquid ille maledicit his qui in se iniqua gesserunt? non utique; uidebat enim caritatem etiam inimicissimis deferendam, cum uenisset euangelii praedicator. unde arbitror quia quasi medicus uelit eos ipsos sanare qui laeserint, ut iniquitatis suae contemplatione conuenti de propriis flagitiis erubescant, in quo

1 Ps. 36, 30 4 Rom. 10, 8 6 Tit. 1, 9 11*I Tim. 4, 13 16 cf. Ps. 26, 13 19*Ps. 118, 78 22 Ps. 7, 5

*def. A* 1 legem] *add.* dei *MOv* intenti *OPm3* 3 ceterum audi *O* 6 episcopus *om. T* 10 est] *add.* non leuiter tenuit *R* timotheo *Pm1* 11 attendite *v* lectionem *N* et exhortationi *O* 14 frequenter ut uiuat ostendit *O* 15 uitae] uitam *Rm1* 16 sanctorum *om. M* 17 in praesenti *ex* praesentis *Nm2* 19 uersus *om. NP* sextus] VI *GOP*, *om. N* 21 mandatis *N* 22 ait] autem *OR* idem] dauid *NT* idem ait *O* reddiderim *N* 23 ille] hic *av* mala dicit *N* is *Om1* iis *v* iniqua] mala *O* 24 inimicis suis *O* 26 ipsos *om. O* laeserunt *M* ut *Mm2Oav* et *cet.* 27 qua *M*

non solum propheticam incipiunt probare patientiam, uerum
2 etiam emendare insolentiam suam. pudor enim plerumque correctio
est nostra et, dum incipit nos pudere commissi, ne diutius pudeat,
deserere quae erubescenda sunt admonemur. non ergo maledicit
propheta, sed quasi bonus medicus uult illos cognoscere quid fecerint,
ut, cum in suam conscientiam receperint quanta suorum sit con-
luuies delictorum, incipiant erubescere, erubescentes autem possint
3 prioribus renuntiare peccatis. considera mihi nunc aliquos forni-
cantes, inequitantes uiduis ac pupillis, aliena rapientes et in his
non solum non erubescere, sed etiam gloriari solere, tamquam uel
pulchritudinis uel potentiae suae titulos deferentes, de quibus bene
dixit apostolus quod eorum gloria in confusione ipso-
rum, eo detestabiliores ipsis criminibus suis, quod, cum tanta com-
4 mittant, non confundantur. uerum eorum si quis postea ueniat
in ecclesiam, credat in dominum Iesum, audiat euangelium, con-
pungatur corde, tunc demum incipiet quam atrocia et grauia deli-
querit agnoscere et in his quae agnouerit erubescere.

42. Quid sit autem exerceri in praeceptis domini nostri, quia dixit: ego autem exercebor in praeceptis tuis, in lege didicisti, hoc est: si bos aduersarii ceciderit uel iumentum, ut non deserendum existimes, sed potius eleuandum. quod autem ait: iniuste iniquitatem gesserunt, in quem hoc dicatur considera nisi in eum, qui forte iuste iniquitatem gerat, id est: si laesus per legem se cupiat uindicare iuxta praecepta Moysi, iuste uidetur facere iniquitatem, sed non secundum euangelii praecepta. et ideo ait: non ueni uocare iustos, sed

12 Phil. 3, 19 19.22*Ps. 118, 78 20 cf. Ex. 23, 5 26 Matth. 9, 13

*def. A* 1 incipiant *M* 2 suam insolentiam *Nav* corrector *av* est correctio *NT* 3 nostri *OPRav* pudore *Pm1* commissum *Mm1* 4 ammonemur *NO* 5 cognoscere] *add.* et scire *Ov* 6 cum] *add.* se *v* 8 peccatis renuntiare *a* considera mihi] consideramus *GMP* consideremus *Na* 9 iniquitates *Mm2N* inique *O* inquietantes *Pm2R* iniquitate *Tm1* puellis *Mv*, *add.* inferentes *Mm2* 10 *alt.* non *om.R* uel] et *Mm1* 11 pulchritudini *Nm2Tm2* titulo *PR*, *om.T* 12 confessione *Om1* ipsorum] *add.* sit *OPm2R* 13 cum] com *Pm1* 14 confunduntur *NPTa* 16 quam] tamquam *O* delinquerit *Mm1* quae deliquerit *O* 17 iis *v* 18 nostri *codd. Mediol. v* nisi *GMNPRT* quomodo existimem nisi *Ta*, *om.O* 20 est *om.ORm1* uel iumentum ceciderit *R* 22 autem *om.O* 23 considere *Rm1* iuste *om.P* 24 cupiat se *O* cupit *P* incipiat *v* moysis *NR(v)*

p e c c a t o r e s, quia Iudaei ad uindicandum se auctoritate legis utuntur.

43. Habes hoc et in apostolo: s o b r i i e s t o t e e t i u s t e. non solum sobrios nos, sed etiam iuste sobrios esse debere docuit euidenter. potest aliquis et sobrius esse et non iuste sobrius, ut sobrius sit a uino et non sit sobrius aequitate atque iustitia — est enim crapula iniquitatis —, potest et aliquis ebrietati et luxuriae semper indulgens, dum aliena tamen diripere conatur, eo occupatus studio sobrius esse a uino et non sobrius a rapinis; nec iste iuste sobrius. ideo apostolus admonet, 2
ut sit in nobis iusta sobrietas. denique addidit: e t n o l i t e p e c c a r e. qui enim peccat, etsi sobrius sit, non potest tamen tamquam iuste sobrius praedicari. n o l i t e, inquit, s e d u c i — hoc est: ne alieni erroris ebrietas uos faciat temulentos —; c o r r u m p u n t b o n o s m o r e s c o n l o q u i a m a l a, eo quod ore et labiis infidelium tamquam ebrietas quaedam moribus audientis infunditur. meritoque addidit: s o b r i i e s t o t e i u s t e e t n o l i t e 3
p e c c a r e. ignorantiam enim dei quidam habent, ut sobrius ille sit, qui non habet ignorantiam dei nec titubat ebrietate perfidiae; iuste autem sobrius, in quo operum gratia cum fidei sobrietate resplendet.

44. Sequitur uersus septimus: *c o n u e r t a n t u r a d m e q u i t i m e n t t e e t q u i s c i u n t t e s t i m o n i a t u a.* alius habet maxime iuxta Graecum: c o n u e r t a n t u r m i h i. si 'ad me' legimus, conuertantur qui timent deum, de commissis propriis erubescant uel certe luant supplicia delictorum, conuertantur autem ad dei seruulum propheticamque doctrinam, ut dediscant pudenda committere et tanti emendatione doctoris exuant mores

3*I Cor. 15, 34 11 I Cor. 15, 34 13.14*I Cor. 15, 33 17*I Cor. 15, 34 22*Ps. 118, 79 24 Ps. 118, 79

*def. A* 3 hoc *om. O* iuste sobrii *O* *alt.* et *del. Mm2* et iuste *om. O* 5 potest] *add.* autem *Ov* ut] et *Mm1* 6 et *om. OPR* adque *Rm1* 7 enim] *add.* et *b* aliquis] *add.* et *GMOP* ebrietate *Pm1Rm1* 8 luxoriae *GMRm1* 9 occupatur *GMm1PR* 10 rapina *NTa* iste] *add.* est *M* ergo *O* ammonet *NOP* 14 errores *Rm1* 15 mores bonos *O* 18 quidam dei *OR* ille] *pergit A* 19 nec] nunc *AGMm1PR* 22 uersus] ·V· *N*, *om. P* septimus] VII *GNOP* 25 de] ne *MNPRa*, *om. T* cummissis *Rm1* 27 prophetaeque *MNTa* prophetamque *Pm1* 28 exuunt *Rm1*

suos delictorumque labe detersa uirtutum induant disciplinam.
2 si autem ita legimus: conuertantur mihi, hoc est: quoniam exercebor in praeceptis tuis, [ut] mihi conuertantur, mihi iam non peccanti, iam non erranti. conuertantur, inquit, qui timentes te propriis renuntiauere peccatis, ut consortio iustorum propheta ad uberius prouehatur et ipse de ea gratia, quae in ipso est, plurimum conferat audientibus. conuertantur igitur iam non peccante me iusti ad iustum. de testimoniis autem puto iam non opus esse repetere, cum ante iam dictum sit.

45. Sequitur uersus octauus: *fiat cor meum inmaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar.* quanto excelsior est propheta uel munere prophetiae uel regni gratia, tanto magis sequitur humilitatem et docet quid nos debeamus imitari, eo quod propheta tantus inmaculatum cor fieri sibi deposcit. supra postulauit: cor mundum crea in me, deus. non dixit 'fac', sed 'crea', ut de integro cor eius
2 instauret et mundet. maior quidam in hoc sermone ambitus est; grande enim cor est a domino creatum, quod recipiat uerbum de caelestibus uirtutibus ac potestatibus, grande cor, quod recipiat ipsum dominum dicentem: inhabitabo in illis et deambulabo in ipsis. ut haec igitur recipiat, creatorem sibi cordis sui non angelum fieri, sed ipsum dominum deprecatur, qui caelum creauit et terram.

46. Et bene ait 'inmaculatum', quia cor hominis ueluti indecentium cogitationum conluuione maculatur. si cogitatio ipsa polluit, quanto etiam facta ipsa contaminant! noli extraordinariis

2 Ps. 118, 79 9 cf. tractat. 4, 26. 5, 27. 8, 31 10 Ps. 118, 80 15 Ps. 50, 12 20*II Cor. 6, 16

3 exercebar *N* mandatis *O* ut *del. M, om. OPav* *pr.* mihi *om. Na* conuertantur mihi *om. P, add.* autem *AOv* 6 ad] et *A* proueatur *MPm1* plurimum] primum *NT, add.* uel primum *a* 8 iam non puto *M* 9 antea *R* iam *om. O* distinctum *M* 10 sequitur *om. N* uersus] V *N, om. P* octauus] VIII *NP, add.* VIII *G* VII (*sic*) *R* 12 quinto *Rm1* excellentior *N* 13 sequi *R* et docet] edocet *R, add.* et *Rm2* quid] quod *N* 14 tantum *MNv* 15 sibi fieri *AGO* 17 instauraret *Pm1* quidem *v* 18 uerbum—19 recipiat *om. Am1* 19 grande *om. N* 20 habitabo *O* 22 deprecetur *Mm2* 24 hominis] *add.* quadam *v* uelut *v, add.* quadam *O* 26 contaminantur *N*

cogitationibus [aduersa naturae] contaminare penetralia, ne id in-
quinamento graui polluas quod putas habere te mundum. manus
lauas, quasi possis crimen eluere, cum mentem tuam inmundis
cogitationibus inquinatam lauare non possis. et Pilatus manus lauit,
sed cor suum lauare non potuit; mansit scelere pollutus, quamuis
manus suas aquae infusione lauisset. audi, quia et cogitatio in- 2
quinat: non quod intrat in os coinquinat homi-
nem, sed quod exit de ore. de corde enim
exeunt cogitationes malae, homicidia, adul-
teria, fornicationes, furta, falsa testimonia,
blasphemiae. haec sunt quae coinquinant
hominem. si ergo intus coinquinaris, munda prius quod
intus est. si quod intus est mundaueris, et exteriora mundasti, 3
ut si aqua turbidum fluat frustra lacum putes esse mundandum,
si fons profluat caenulentus; receptacula enim tersisse nihil pro-
derit, cum in fonte sit uitium. ipse tibi ante purgandus es, ut fluat
omne quod purum est. cor tuum cogitationum tuarum est sca-
turrigo. in illo fonte uel turbida aqua inpuritatis euomitur uel
sincera pietatis unda prorumpit.

47. Didicisti cor esse mundandum; disce quemadmodum
mundes. mundat hunc fontem iustificatio legitima, hoc est con-
fessio peccatorum. denique publicanus ille, qui peccata propria
fatebatur, iustificatus magis de templo quam Pharisaeus exiuit,
quia ieiunia sua et munera Pharisaeus atque innocentiam prae-
ferebat. munda ergo aquam tuam, illam aquam de qua dictum est:
aqua alta consilium in corde uiri. bonam tibi 2

4 cf. Matth. 27, 24  7*Matth. 15, 11. 19—20  12 Matth. 23, 26  22 cf. Luc. 18, 11—14  26*Prou. 20, 5

1 aduersa naturae *ut glossema uocis* extraordinariis *deleui*  3 crimina *av*  euellere *Mm2NT* diluere *O*  inmundis] uel nudis *GMNOPRTa*  4 lauari *GMPm1R*  6 lauasset *GMm1*  et quia *GMNPRT*  7 intrat] *add.* inquid *Mm2*  8 exiit *Mm1*  11 sunt *om. P*  sunt quae *om. AR*  12 prius munda *NPav*  13 mundaberis *MRm1*  14 turbida influat *MNTa*  putes (putas *a*) lacum *av*  putas *NOm1T*  esse *om. O*  15 fluat *O*  caenolentus *a*  receptacula] *add.* eius *s.l. M*  enim *om. Oa, del. P*  16 es] est *MNOa*  17 scaturigo *AGMav*, *om. N*  18 illo] *add.* enim *N*  *alt.* uel *om. N*  19 sincerae *NTa*  22 plublicanus *R*  peccata] *add.* sua *R*  23. 24 fariseus *P*  24 adque *Pm1*  26 consilium *om. O*

aquam natura dedit, nisi eam caeno tuo polluas; ipsa te diluit, si pura, si simplex, si etiam naturalis sit, si nihil habeat sordidum atque terrenum. quid mali est, si ea polluat aqua quae mundare debeat! sed non est aqua tua quae te polluit, ista aqua aliena est. denique dictum est tibi: ab aqua aliena abstine te. aliena aqua mentitur et fallit et contrarium naturae profluit. ideo ait: filii alieni mentiti sunt mihi; nam si alieni
3 non fuissent, utique non fefellissent. nemo ergo glorietur castum se habere cor, quemadmodum Salomon dixit, sed qui gloriatur in domino glorietur, qui sanctis suis cor mundum creare dignatus est et inmaculatum facere iustificationibus suis. quae sint iustificationes, audisti dicentem: dic iniquitates tuas, ut iustificeris. ergo qui iniquitates dicit iustificatur, qui autem iustificatur non confunditur, quia pudorem peccatorum matura confessione praeuenit.

## XI.
## LITTERA CAPH.

1. Incipit littera undecima 'Caph', quae Latina interpretatione significat 'curuati sunt'. sonus interpretationis ipse nos docet quid sit curuari; qui enim inclinatur in terram, curuari uidetur. unde ait propheta sub hac littera: paulo minus consummauerunt me in terra. curuatur autem qui agit paenitentiam, eo quod ceruicem suam curuat, dum humiliatur ad dominum, et interiorem magis ceruicem, id est ceruicem mentis et cordis. nam de hac ceruice dictum est: nec si flectas ut circulum collum tuum; qui enim cor suum non flectit, frustra ceruicem suam flexerit.

5*Prou. 9, 18  7 Ps. 17, 46  8 cf. Prou. 20, 9  9 cf. II Cor. 10, 17  10 cf. Ps. 50, 12. 118, 80  12*Esai. 43, 26  21 Ps. 118, 87  25*Esai. 58, 5

1 deluit *ANPm2Rm1*  3 polluat *post* debeat *tr. NPav*  4 debebat *ANOPm2R*  sed *om. P*  5 aliena aqua *Nav*  6 naturae] *add.* tuae *O*  8 ergo] enim *a*  13 iniquitates] *add.* suas *Mm2NOav*  *alt.* quia *Rm2*  14 quia] qui ad *PR*  15 confusione *Am2GOPR*  peremit *GMNT* peruenit *P*  *nihil subscript. in codd.*  18 Incipit—undecima *om. N* Undecima littera Caph incipit *a*  undecima littera *v*  19 ipso *Pm1*  20 terra *APR*  22 terram *Mm1*  ait *GMm1Om1Rm1*  23 curuet *Ov*  25 sic *APm2Ra*

2. Docet etiam Hieremias propheta humilitatem hac interpretatione signari; ait enim sub hac littera in Threnis: quia non repellet in aeternum dominus, quia cum humiliauerit miserebitur secundum multitudinem misericordiae suae, quia non humiliauit toto corde suo neque reppulit filios hominum. bonum ergo curuari, ut humiliemur domino et dominus misereatur. denique et in superioribus sub hac littera idem 2 Hieremias propheta ostendens gemitus et humilitatem plebis ait: omnis populus eius ingemescentes, quaerentes panem, dederunt desideria sua in escam, ut reficiant animam. uide, domine, et aspice, quia facta est sine honore. ergo qui animae suae quaerit refectionem, humilitate curuetur, quo possit citius ad domini peruenire misericordiam.

3. Ideoque, tamquam curuatus multo amplius anima ac mente quam corpore, exorsus est Dauid dicens: *defecit in salutare tuum anima mea, et in uerbum tuum spero.* non usitatus sermo nos capiat, ut tamquam corporeae fatigationis defectionem huiusmodi iudicemus. neque enim hoc solum dixit: defecit anima mea, sed: defecit in salutare tuum. itaque ut de usu capiamus exemplum, si uerbi gratia 2 dicamus: 'defecit ille in illam', uidetur exprimi hoc uerbo, quod totus in mulieris desiderium cupiditate transierit. et quicquid est quod uehementer expetimus, nisi eius maturiorem habeamus effectum, id nos uidetur longa quadam intentione lassare. amor 3 inpatiens die noctuque meretricias fores pulsans, si diutius potiendi desideria differantur, ipsa deficit expectatione, dum sperat; in quo

2*Thren. 3, 31—33 10 *Thren. 1, 11 17*Ps. 118, 81 21 Ps. 118, 81

1 etiam et *N* 3 repellit *AOP* reppellet *M* reppellit *R* 4 humiliabitur *codd. praeter O* 5 non *om. N* 6 repulit *NOav* 7 bonum] *add.* est *s.l. R* 8 item *AMm1R* 10 omnes populi *M* ingemiscentes *ANORm2av* 12 et *eras. M* 14 qua *O* 15 peruenire ad domini *AR* 16 hac *A* 17 exhorsus *R* dicens] *add.* I *GPR* salutari tuo *NPa* 18 supersperaui *N* speraui *Tav* 19 corporeas *MNTa* fatigationes *NPm1Ta* 23 deficit *M* 26 id] in *codd. praeter O,a; del. M fort. recte* longua *Pm1* intensione *b* lassari *Pm2* 27 nocteque *v* 28 defecit *Pm1Rm1*

utique non finis amoris, sed incrementum est. et quicquid est de-
siderabile, si non contingat desideranti, deficit in illud et quasi ipsam
4 deponit animam qui desiderat. si tamen spes propior adsurgat, dat
uires spes proxima, si autem absentia sit dilecti, eo ipso quod ab-
sentem desiderat qui concupiuit animae suae patitur defectionem.
itaque quanto longius est illud quod desideratur, tanto magis de-
ficit qui desiderat. id est ergo deficere, in id unumquemque
5 totis studiis migrare quod diligat. illud cogitat, illi adhaeret, illud
personat quod receperit diligendum, in id quadam animae de-
fectione transfunditur, ut si mater filii expectet praesentiam, quem-
admodum expectabat Tobiae uxor filium peregrinantem deficiens
a desiderio et in angustiis constituta et tamquam resoluta uiribus.
quid enim aliud nisi defectum quendam eius uerba significant? sed
quo magis lassatur affectus, eo amplius amor crescit et, quo diutius
abest qui desideratur, eo expectantis desideria maiore quadam ui
amoris ignescunt. caro deficit, sed cupiditas alitur et augetur.

4. Hinc ergo colligere possumus quid sit: d e f e c i t  i n  s a l u-
t a r e  t u u m  a n i m a  m e a. etenim spiritui adhaerens anima
deficit ab eo quod est anima et fit unus spiritus, quoniam q u i
a d h a e r e t  d o m i n o  u n u s  s p i r i t u s  e s t. itaque sanctus
et timens dominum nescit aliud desiderare nisi salutare dei, quod
2 est Christus Iesus. illum concupiscit, illum desiderat, in illum totis
intendit uiribus, illum gremio mentis fouet, illi se aperit et effundit
et hoc solum ueretur, ne illum possit amittere. itaque quanto
maiore desiderio exercitata fuerit anima cupiens adhaerere salutari
suo, tanto magis deficit. ergo ista defectio inminutionem quidem
3 fragilitatis, sed adsumptionem uirtutis operatur. denique ipse alibi

11 cf. Tob. 10, 4 (3) sqq. 17 Ps. 118, 81 19 I Cor. 6, 17 21 cf. Luc. 3, 6 23 *gremio fouet* = Uerg. Aen. 1, 718

1 fines *Pm1* 2 defecit *NPm1Rm1* 3 propterea *N* propria *O* proprior *Pm1R* 4 absens:t *A* dilectio *AR* quo *Aa* 5 qui *NPm2v* quem *O* quae *cet. a* 6 longior *O* istud *Av* id *in ras. R* 7 ergo *om. AR* unumquemque in id *v* 9 reciperit *Pm1Rm1* 11 deficiet *AR* 14 amor] maior *M* 15 eo] *add.* amplius *O* expectantes *Mm1* quodam *AGPm1Rm1* 17 deficit *O* 19 deficit *MNOPm2av* defecit *cet.* 21 dominum] deum *av* 22 in *om. O* 23 uiribus] *add.* in *Mm1* illi] ille *PR* effudit *Pm1R* 25 salutare *Gm1Rm1* saluatori *N Pa* 26 suo *om. Gm1* defecit *Pm1* defectio] *add.* non *Gm2 Mm2Pm2, cf. lin. 16 et p. 236, 17* inmunitionem *Rm1* quidem] quandam *Pm2* 27 ipse *om. O*

dicens: sitiuit in te anima mea subiecit infra: ad-
haesit post te anima mea, me suscepit
dextera tua. qui enim sitit, cupit semper adhaerere fonti
nec aliud nisi aquam sibi expetere et contingere uidetur, ut ipso
pascatur affectu. suscipiens ergo dextera ⟨tua⟩ animam meam et
de sua uirtute mihi inpertiens facit eam esse quod non erat, ut dicat:
uiuo autem iam non ego, uiuit autem in me
Christus. disce autem etiam exemplo defectionem istam 4
nimiae esse cupiditatis: concupiscit, inquit, et deficit
anima mea in atria domini. ante concupiscens, inquit,
et quasi totam se effundens in concupiscentiam longo fine sus-
pensa defectione dissoluitur. denique quomodo deficiat anima in
salutare dei, Hieremias docet: et factum est, inquit, in
corde meo ut ignis ardens flammans in ossibus
meis, et dissolutus sum undique et ferre
non possum. hoc igitur inflammatus desiderio ait Dauid:
defecit in salutare tuum anima mea, et in
uerbum tuum speraui.

5. Recte 'speraui' dixit 'in uerbum'; ante enim spes
praecedit et ideo sequitur defectio. sperauit autem in uerbum
quod praedicatum est esse uenturum, quod potest intellegi de deo
uerbo. aut certe in uerbum sperauit qui uerbo caelesti credidit, quo
domini nostri Iesu Christi adnuntiatur aduentus uel quo eius gloria
declaratur. ergo propheta considerans quae legerat et cernens quod, 2
cum adesset corpori uelut quibusdam ligatus huius uinculis uitae,
aberat a salutare dei, concupiscebat desiderabat deficiebat et toto

1 Ps. 62, 2 *Ps. 62, 9 7*Gal. 2, 20 9 Ps. 83, 3 13*Hier. 20, 9 17.19*Ps. 118, 81

1 sitiui *R* 2 anima mea post te *NPav* me] *add.* autem *a* 3 tua] mea *Gm1* 4 sibi nisi aquam *av* 5 tua *addidi* ergo me dei dextera animae meae inhians et *sic a* 6 de suo uirtutem (*om.* mihi) *GMv* 7 *pr.* autem *om. Rm1* 8 etiam] *add.* hoc *Mm2NTa* ex *Mm1* 9 nimiae] animae *N* inquid *Pm1* enim *a* et *om. N* defecit *Nm1Om2P* 10 ante] atria *M* inquid *Rm1* 11 tota *A* tota in *R* infundens *NT* fune *v* 12 anima] *add.* mea *N* 13 inquid *Pm1* 16 possim *a* desiderio inflammatus *AR* 19 uerbum] *add.* tuum *O* 20 uerbum] *add.* per *R* 21 potes *R* dei *Nm2Oa* 22 credit *A* 23 adnontiatur *Rm1* 25 uelutí *O* uinculis huius *GNPav* 26 salutari *OPm2a*

dissoluebatur affectu, ut totus illius fieret quod desiderabat, sicut etiam ipse in posterioribus dicit: effundo in conspectu eius orationem meam, tribulationem meam ante ipsum pronuntio in deficiendo ex me spiritum meum. deficit enim eius spiritus, immo ab eo deficit spiritus suus qui se ipsum negat, ut adhaereat Christo. unde semitae eius cognoscuntur a domino, quia non sunt carnis, sed Christi semitae.

6. Etenim requirentium deum uia Christus est. et nos igitur illud concupiscamus aeternum, illud salutare dei; non concupiscamus pecuniam quam auarissimi concupiscunt, non concupiscamus alienae uxoris decorem, non ambitionis exagitemur desiderio, non saeculari intendamus gloriae, non fallacis circumscriptionis studiis occupemur, non proximum circumuenire iniquitate cupiamus, non postremo partes uulpium simus in terrenae uoluptatis interiora demersi tamquam exules aeternorum et de illa supernae spei prae-
2 sumptione deiecti. adtollatur igitur anima nostra deficiens suis uiribus, ut adhaereat salutari dei qui est Christus dominus Iesus, quod interpretatione dicitur 'domini salus'. ipse est enim salus, ueritas, uirtus atque sapientia. qui igitur deficit sibi, ut uirtuti adhaereat, amittit quod suum est, accipit quod aeternum est.

7. Sequitur uersus secundus: *defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: quando consolaberis me?* supra πρακτικόν, hic θεωρητικόν. ibi in salutare defecit anima, eo quod concupiscit eum cuius passione

2*Ps. 141, 3—4 7 cf. Ps. 141, 4 15 cf. Ps. 62, 11 19 cf. Act. 4, 12. Ioh. 14, 6. I Cor. 1, 24 22 Ps. 118, 82 24 cf. Ps. 118, 81

1 fieret illius *O* 2 ipse *om.O* in posterioribus ipse *av* 5 *pr.* deficit *scripsi* defecit *codd. av* spiritus eius *GM* *alt.* defecit *GOPRa* 7 semitas *Am1* sum *M* 8 semita *GMNT* 9 sequentium *GMm1OPR* 10 concupiscamus illud *a* *alt.* illud *om. a* 11 pecunias *Pm1* 12 exagitur *Rm1* 13 fallacibus *O* 16 superna *T* 17 ad(at-)tollat *AGMORav* igitur] *add.* se *Oav* uiribus suis *Oav* 18 salutare *Am2GMPm1* quia *R*, *add.* ipse *AR* 19 enim est *N* salus] *add.* uera *a* 20 adque *Rm1* defecit *Pm1Rm2* 21 *alt.* est] *add.* De littera XI *AGMR* 22 uersus *om.MNPv* secundus] II *OPR*, *om. GMNv* 23 uerbum *av* 24 supra] *add.* est *Ov* hic *om.O* thericon *A* teoricon *O* theoricon *cet.* πρακτικὴν—θεωρητικὴν *a* 25 deficit *AOm1v*

seruata est, hic in uerbum dei prophetae oculi defecerunt. et uideamus ne, quemadmodum illic adhaerens Christo animo deficit in unum spiritum et fit unus spiritus, ita et deficiant oculi, ut fiat una mens. oculi enim mentis isti sunt, oculi scilicet interioris hominis, non hi oculi qui ministerio funguntur obtutus. est 2
enim oculus et mens carnis, sed ille caecus est oculus, qui non uidet quae diuina sunt, qui frustra mente carnis inflatus est. est et alius, sensus Christi, quo ecclesia uidet Christum, sicut ipse dicit ad sponsam: corde nos cepisti uno ab oculis tuis. merito uno oculo Christus uidetur, quia non uidetur oculo carnali aut quia duos oculos habens ecclesia, moralem et mysticum, fidei oculo plus uidet Christum; mysticus enim oculus acutior est, moralis dulcior.

8. Et fortasse isti oculi sunt quibus Paulus uidebat aeterna, ubi coepit corporalia non uidere. denique qui Christum non uidebat, priusquam oculos amitteret, uidit eum, posteaquam uisum amisit oculorum. uidit enim qui dixit: quis es, domine? — uidebat utique Christum quem etiam dominum fatebatur — et infra: domine, inquit, quid me uis facere? non ergo uidebat eum cuius expectabat imperium? quibus igitur oculis uidere Paulus plus coepit nisi his, quos nobis ipse monstrauit dicens: orabo spiritu, orabo et mente? denique ut scias quia uidit 2
orando, factum est, inquit, reuertenti mihi in Hierusalem, cum orarem in templo, pauorem habui, uidi illum dicentem mihi: festina et exi citius de Hierusalem; non enim recipiunt testimonium tuum de me. isti ergo oculi in uerbum dei deficiunt et dicunt: quando consolaberis

7 cf. Col. 2, 18 9*Cant. 4, 9 17 Act. 9, 5 18 Act. 9, 6 21 I Cor. 14, 15 23*Act. 22, 17—18 28 Ps. 118, 82

1 domini *av* et *om. O* 2 defecit *PRa* 3 *alt.* et] *add.* hic *Pm2* 4 una *MOav, om. cet.* 6 *pr.* oculos *Pm1* 7 alius] *add.* oculus *Ov* 8 dixit *O* 9 nos] non *O* ab uno *N* oculorum tuorum *a* 10 carnis *O* 14 aeterna—15 uidebat *om. APR* 16 eum *om. O* 17 enim] eum *GNOPRa* quid est *AGMNPRm1a* 20 paulus uidere *O* 21 suscepit *AGm1Mm1NPRm1* iis *v* 23 reuertente *NPm1Ta* me *NTa, om. AR* 25 dicente *Pm1* 26 recipient *v, cf. Sabatier ad hunc locum*

me? istis oculis prophetae dicebantur 'uidentes', quia per reuelationem ea, quae erant abscondita, mente cernebant.

9. Quid est oculos deficere? de corporalibus dicamus, ut
intellegamus de spiritalibus. nonne, quando aliquem desideramus
et speramus adfore, eo dirigimus oculos, unde speramus esse uen-
turum? itaque intenti diu cotidiana expectatione deficimus. sic
Anna circumspiciens in uiam sollicitis aduentum filii explorabat
excubiis. sic Dauid propheta currentem de proelio positis in turre
exploratoribus interrogare de salute filii pater sedulus gestiebat.
2 sic tenerae uxor aetatis de specula litorali indefessa expectatione
uiri praestolatur aduentum, ut, quamcumque nauem uiderit, illic
putet coniugem nauigare metuatque, ne uidendi gratiam dilecti
alius anteuertat nec ipsa possit prima dicere: 'uideo te, marite',
sicut Anna dicebat ad filium: uideo te, fili, amodo
libenter moriar, mortis uidelicet dolorem exoptati con-
3 spectus suauitate non sentiens. ergo ut illa, quae aduenienti uiro
se optat offerre, ablegatis omnibus domesticis occupationibus
semitas uiantis aut pedum uestigia legit, sic propheta curis exutus
saecularibus interiorum oculorum in uerbum dei peruigil custos
usque ad defectionem sui intendebat obtutus, corpus suum re-
digens seruituti et animam suam ad humilitatis patientiam araneae
4 modo tabescentis erudiens. desiderabat enim sicut ceruus fontes
aquarum et sitiebat in dominum deum suum, cupiens eius uidere
praesentiam et apparere ante faciem dei nimioque desiderio et
uehementi cupiditate deficiens tunc se habiliorem his quae de domino
5 poposcerit inpetrandis prophetica gratia praesumebat. et nos igitur
intendamus cor nostrum, ut possimus intellegere series scripturarum,

1 cf. I Reg. 9, 9 7 cf. Tob. 10, 7 8 cf. II Reg. 18, 24 sqq. 10 cf. Ouid. Her. 2, 121 sqq. 14*Tob. 11, 15 (17) 18 *uestigia legit*] cf. Ouid. Met. 3, 17 20 cf. I Cor. 9, 27 21 cf. Ps. 38, 12 22 cf. Ps. 41, 2

3 quod *Om1* 5 eum esse *O* 6 intenti *scripsi* contenti *codd. av* defecimus *Pm2R* 7 fili *P* explorat *N* 8 currentes *Mm2N* currente *a* proelio] *add.* altero post alterum qui nunciaret *a* positus *N* turrem *O* 9 exploratores *N* fili *Pm1* 10 spelunca *N* littorali *Nav* 11 uiri] mariti *Mm2*, *om. GMm1NOPRTa* nauim *GMNav* 12 gratia *Na* 13 aliud *Pm2* ante aduertat *codd. a* 15 libentius *v* 16 non *om. N* 17 abligatis *O* 20 optutus *N* 21 humilitates *Mm1* areneae *Am1* haraneae *Pm1Rm1* 23 uidere eius *M* 25 iis *v* 26 poposcerat *A* posceret *GMNa* poscerit *Pm1* 27 seriem *O*

et uerbum nobis uenire a domino postulemus atque intellectum dari. si quis de longinquo uerbum dei obtutu mentis aspexerit nondum planum atque distinctum, is uelut quibusdam oculis interioribus uerbi nauigium adpropinquare animae suae cernit. quo autem expressius uidere coeperit, eo magis quasi ad portum ueritatis festinat accedere, ut sit proximus inuehendae.

10. Defecerunt ergo oculi prophetae in uerbum dei dicentes: quando consolaberis me? si oculi isti significati sunt, quibus cernimus et uidemus, dicere debuerunt: 'quando consolaberis nos?', hoc est non singulariter, sed pluraliter. sed quia oculus mentis et oculus carnis unus oculus fiunt et tunc homo consolatione fulcitur, cum caro et mens diuersa non cupiunt, sed unum desiderant, unum requirunt, ideo intenti ad eum, qui ait: ego et pater unum sumus, isti quoque oculi unum esse se confitentur, quia uno atque eodem desiderio officioque funguntur.

11. Deficiebat ergo in uerbum propheta. nos autem otiosos nos putamus, si uerbo tantummodo studere uideamur, et pluris aestimamus eos, qui operantur, quam eos, qui studium cognoscendae diuinitatis exercent. dicunt enim plerique: 'ecce homo et opera eius', quasi qui uerbo studeat non operetur, cum magis opus istud quam cetera sint. si enim opus iustitia est, si opus temperantia, si opus fortitudo, utique opus est etiam sapientia; istae enim quattuor principales uirtutes habentur. nam si operatur Christus secundum quod iustitia 2
est, utique operatur secundum quod uerbum est et operabatur, cum esset in principio apud patrem. denique per ipsum omnia facta sunt, et scias operatorem omnium esse et opus nostrum esse Christum Iesum. etenim secundum quod uerbum est, uerbum

8 Ps. 118, 82   13 Ioh. 10, 30   26 cf. Ioh. 1, 2   *Ioh. 1, 3

2 longinco *Pm1*   optutu *N*   3 his *O*   uelud *MPm1*   5 coepit *N*   festinet *Na*   6 ut] et *AGPTa*   fit *AGPm2a*   inueniendae *Pm2*   7 ergo *post* prophetae *tr. M*   dicentis *GMPTa*   8 sunt] s *GMm1*   9 discere *Pm1*   debuit *A*   14 se esse *AOv*   15 unum *PRm1*   adque *Pm1*   16 occisos *O*   17 uerbum *GMm1Om1Pm1R*   plures *NOPm1Ra*   19 ueritatis *NTa*   20 quasi] *add.* uero *Ov*   uerbum *NPm1*   maius *Mm2Ov*   22 est opus *M*   23 quatuor *GMOPv*   24 si] etsi *N*   26 aput *Pm1*   27 *pr.* et] ut *NOPm2Rm2av*   28 quod *om. M*

3 inquirentibus, grande opus uerbum est. unde cum Martha festinaret
circa ministerium, Maria autem uerbum domini audiret, ea quae
audiebat ei quae ministrabat meruit anteferri. dicenti enim Marthae:
*domine, non est tibi curae quod soror mea
reliquit me solam ministrare? dic ergo illi
ut me adiuuet,* respondens dixit dominus: *Martha,
Martha, Maria bonam partem elegit, quae non
auferetur illi.* ita uerbum cognoscere maius opus esse quam
ministrare diuinae auctoritate sententiae definitur.

12. Sed fortasse dicat aliquis dictum esse ab apostolo, quia
*non in sermone regnum est dei sed in uir-
tute.* scriptum non nego, sed in quo sermone, cognosce: nempe
quem inflatus effuderit, qui audientibus sermo prodesse non possit,
qui sine ostensione sit spiritus atque uirtutis, hunc sermonem Paulus
non dignatur cognoscere; uult enim magis uirtutem sermonis
2 agnoscere. denique nolebat talem suum apostolus esse sermonem,
qui in infirmitate ueniebat, ut alios faceret fortiores, in timore et
tremore, ut timentes nihil metuerent nisi dominum Iesum, trementes
pacem eius tranquillitatemque seruarent. audi ergo, qualem
apostolus sermonem habebat: *et sermo,* inquit, *meus et
praedicatio mea non in persuasione sapien-
tiae uerborum, sed in ostensione spiritus et
uirtutis,* quia fides non forensi sermone sapientiae, sed dei uir-
tute firmatur. ergo in sermone sanctorum uirtus est, in sermone
3 autem forensi isto ac philosophico uanitas mundi. uirtutem autem
esse in sermone sanctorum etiam iste propheta te doceat, qui ait:
*dominus dabit uerbum euangelizantibus uir-
tute multa,* hoc est ut multa possint uirtute euangelium prae-

4 Luc. 10, 40 6*Luc. 10, 41—42 11*I Cor. 4, 20 17 cf. I Cor. 2, 3 20*I Cor. 2, 4 27 Ps. 67, 12

1 est uerbum *O* 3 dicendi *Mm1* 4 cura *Mm1* 5 reliquerit *AGMR* 7 bonum *N* partem—8 maius *om.N* 11 est regnum *MO* esse *P* 13 effla-tus *Ta* 14 fit *AGPRTa* 16 esse apostolus *av* sermonem esse *GM* 17 alios saluos faceret et *a* 18 metuerunt *Mm1* Iesum *om.P* trementes] timentes *O* 19 seruare *O* 20 inquid *Pm1* 22 et *om. codd. praeter O, cf. lin. 14 et Explan. ps. 47, cap. 24* 23 uirtutes *Mm1* non] *add.* in *av* forensis *AGMPm1R* sapientiae] *add.* sed in ostensione spiritus *Tm2a* 25 forensis *Mm1* philosofico *PR* 26 ista *Pm1* 27 uirtutem multam *P*

dicare. probatum est ergo, quod in euangelii praedicatione sit uirtus; praedicatio autem euangelii sermo sanctorum est. ita dubium non residet, quia in sancto sermone sit uirtus.

13. Sequitur uersus tertius: *quoniam factus sum sicut uter in gelicidio; iustificationes tuas non sum oblitus.* uox ista uox iusti est qui mortificauerit suum corpus. recte enim uter dicitur iustus, qui expoliatus, non nudus inueniatur; uter namque de exuuiis fit animantis mortui.
igitur et nos peccato moriamur, ut uiuamus deo. repleti spiritus 2
iucunditate et suauitate laetitiae erimus exuuiae spiritales, carentes
infirmitate corporea et integro mentis sinu infusam nobis diuinorum
mysteriorum gratiam reseruantes. de his utribus dicitur, quia uinum
nouum in utres nouos mittunt qui uolunt utrumque seruare, et
corpus et gratiam. non effluat igitur tuus hic uter, non rimosus 3
sit, non terreno inueterascat situ, ne uinum nouum ueteres utres
rumpat, scindantur utres, fundatur gratia. non iterum sole ini-
quitatis et nimia ui caloris arescant, sed feruentium uiscerum cupi-
ditates diuersae niuali quodam frigore temperentur. frigescat aestus 4
libidinis et quodam continentiae gelu ieiuniorumque restrictus matu-
tina oratione perfletur, quando sicut ros ita super terram nostram
dei uerba descendunt, sicut imber super gramen et sicut nix super
faenum. nescit utrem bonum ista nix laedere, nix quae diuini splen-
dore fulget eloquii. nix haec refrigerat, non adurit, fecundat sata,
non internecat. nix haec praeceptio continentiae est, quae calorem
facit frigere corporeum et omnem naturae interioris restinguit
ardorem. et forte ideo cum Iesus resurrectionis suae demonstraret 5

4* Ps. 118, 83 9 cf. Rom. 6, 2 cf. Ps. 15 (16), 11 12.15 cf. Matth. 9, 17 20 cf. Ps. 132, 3 21 cf. Esai. 55, 10

2 praedicatio—3 uirtus *om.N* 3 quia] quin *Oav* sermone sancto *Oav* 4 uersus] ·V· *N*, *om.P* tertius] III *GR* IIII (*sic*) *NP* 5 tamquam *av* 7 corpus suum *AOR* 8 enim *O* de *OPm2Rm2av*, *om. cet.* 9 igitur] *add.* sic *O* deo] *add.* atque *a* 10 iocunditate *MNOPRa* 11 diuinorum] *add.* nobis *Rm2* 12 ministeriorum *T* dicit *AGMOa* 13 utrum (*om.* que) *A* 14 hic tuus *O* 15 inueterescat *Ma* ueterescat *N* ne] nec *a* 16 rumpat] *add.* quo *av* utre *APR* 17 cupiditatis *N* 19 gelu *om.N* restinctus *av* 21 ymber *AMPR* gramen] omnem *A* 22 faenum *a* foehum *AGPRv* fenum *cet.* fulget splendore *O* 23 fulgit *Pm1Rm1* 24 perceptio *OPRT* 25 corporeum frigere *av* restringuit *Rm1* 26 Iesus *om.v*

gloriam, uestimenta eius erant candida sicut nix, ut non solum ipse alienus aestimaretur contagione peccati, uerum etiam quicumque resuscitatur congelatis coniugii cupiditatibus resurgere frigidus uideretur; in resurrectione enim neque nubunt neque uxores ducunt, sed erunt sicut angeli in caelo. boni ergo utres frigidi, hoc est in gelicidio constricti pruinis, non libidinis calore resoluti.

14. Utrem autem corpus hoc dici licet ex pluribus locis, tamen
etiam inde intellege, quod Adam et Eua, ubi imaginem deposuere
caelestis quam ante portabant, imaginem terreni hominis induentes
tunicas dicti sunt uestiti esse pellicias; corporales enim eos de spiri-
talibus fecerat culpa commissa. nec illud absurdum ad intellegen-
dum, quod ita se dicat factum Dauid sicut utrem in gelicidio, eo quod
in asperitate licet positus glaciali mortificauerit tamen corpus suum,
ne sentiret hiemis illius asperitatem quam saluator dicit grauem
2 futuram esse fugientibus. sicut enim glaciem non sentit uter,
quia pellis est mortui, ita mortuus peccato propheta frigus
peccati sentire non poterat, uel certe quod non frangatur
necessitatibus nec resistat caro menti, sed mollior ductu
animae se inflectat imperiis et in hoc mundi gelicidio non
arescat, uel quia corpus adflictionis sumus et mortem domini
3 Iesu semper in nostro corpore circumferre debemus. hic est
uter qui castigat corpus suum, non ut ille incrassatus et obesus po-
pulus, qui sedit manducare et bibere, et surrexe-
runt ludere. hic est uter qui inebriat non uino, sed spiritu, in
quo non botryo amaritudinis, non draconum furor, non furor aspi-
dum, sed poculum inebrians quam praeclarum.
in hoc ergo gloriatur Dauid, quia factus est sicut uter in gelicidio,
operationem peccati non sentiens.

1 cf. Matth. 17, 2 4* Matth. 22, 30 11 cf. Gen. 3, 21 15 cf. Matth. 24, 20 23 cf. I Cor. 9, 27 24* Ex. 32, 6 26 cf. Deut. 32, 32—33 27* Ps. 22, 5 28 cf. Ps. 118, 83

2 cogitatione *ARa* a contagione *Oav* etiam] *add.* ne *a* 6 angeli] *add.* dei *aμ* 8 lucet *Mm2* 9 deposuerunt *O* 10 caelestem *Mm2* 11 pelliceas *Pav* 12 ad *om. MNT* 17 est] *add.* animalis *v* 19 caro— 20 inflectat *om. N* molliori *MTa* 20 mundo *MO* 24 surrexit *MO* 25 uter] autem *PR* 26 botrio *AGMPRa* potio *Nm2* botrus *O* amaritudines *Pm1* 27 praeclarum] *add.* est *Ov* 28 sicut uter factus est *O* 29 sciens *N*

15. Et bene peccatum gelicidio conparatur. sicut enim gelicidium
ad nullum usum utile est, ad nullam operationem, sic culpa nulli pro-
dest usui, nulli operationi, et ideo sicut gelicidium declinanda est, ne
noceat et adurat. bonum ergo mihi fieri sicut utrem in gelicidio, ut
possim non obliuisci iustificationes domini, ut earum liquore per-
fusus refrigeret omnis feruor internae cupiditatis. non ergo uacuum, 2
sed plenum hunc utrem esse oportet, plenum spiritus, plenum iusti-
ficationum, ut peccata mea ipse confitear, ut luxuriam carnis meae
conprimam; moriendum est enim mundo, ut uiuamus deo. si autem
uiuamus carni, mors utique est carnis prudentia; uiuere non possu-
mus deo, quia inimica deo carnalis ista sapientia et uita est
saecularis.

16. Sequitur uersus quartus: *quot sunt dies serui tui?
quando facies mihi de persequentibus me iudi-
cium?* potest sic accipi: quot sunt dies serui tui?,
quasi dicat: 'quanti sunt dies humani, quantum tempus, quan-
tum spatium? cur inuidetur tam breui uitae, ne tranquillo cursu
istius saeculi perfruamur? cur in breui spatio tam multi persequen-
tium nos laquei tenduntur? adsit iam iudicium in quo poena est per-
fidorum, in quo persecutoribus digna impietatis suae pretia reddun-
tur'. uel sic: 'quo usque insultare poterunt, quo usque inequitare, 2
qui nos diuersis modis quaerunt adfligere?' non serus erit terminus;
etenim quasi propheta celeritatem transcurrendae istius uitae non
annorum, sed dierum aestimatione subducit dicens: quot sunt
dies serui tui? et bene 'dies' dixit, ut non solum moras an-
nuas prophetica uisione transcurreret, uerum etiam splendidum
sibi uitae huius curriculum uirtutum lumine declararet. meritoque 3
securus ait: quando facies mihi de persequenti-
bus me iudicium? mihi, inquit, iudicium de persequentibus

9 cf. Rom. 8, 12. 6 13. 28 *Ps. 118, 84 15. 24 Ps. 118, 84

2 nulli culpa *O* 4 mihi] *add.* est *Ta* 5 ut] et *a* licore *Pm1* 6 interrenae (in *del.*) *N* 8 luxoriam *Rm1* 11 est *post* inimica *tr. av, om. A* saecularis est *O* 13 uersus *om. NP* quartus] IIII *GOPR, om. Na* quod *ANm1* 15 quod *Mm1* 17 qur *A* quur *P* cursum *Mm1* 18 quur *P* persecuntur *NT* 19 nobis *Mm2* laquei] aliqui *APR* iam *om. A* etiam iam *O* 21 inquietare *Am2GMNm2Oav* 22 erit *om. N* 23 propheta quasi *Na* transeundae *O* 24 aestimationem *N* quod *AM* 25 solus *Am1* 29 *alt.* iudicium *om. NT*

facies, non de me persequentibus iudicium dabis, quoniam non resurgunt impii in iudicio. sed mihi, inquit, da iudicium, ut, cum remuneraris innocentiam, fidem prouehis, misericordiam coronas, impii persecutores meritorum praemiis prophetico ore promissis iudicentur.

17. Non absurdum etiam illud, ut, quia breues dies et pauci sunt istius uitae, non diutius gratiam suam dominus circa prophetam suum differat, sed ipsi iudicium de persequentibus faciat. nam hic quoque iudicium est de persecutoribus, siquidem qui non credit in Christo iam iudicatus est. iudicium autem hoc est, quod dedit seruulis suis dominus Iesus dicens: habebitis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem uirtutem inimici. et uerum iudicium, in quo torquetur inimicus, sicut ipse confessus est dicens: quid uenisti ante tempus torquere nos?

18. Hoc ergo deposcit uirtutum stabilitate fundatus propheta, ut subiciatur sibi non homo, sed ille qui locum sibi in homine uindicauit. unde et apostolus ipsum magis in hominis peccato putauit esse damnandum, ipsum subiciendum, de quo ait: conterat deus satanan sub pedibus uestris cito. ex hoc ergo persecutore iudicium sibi fieri gestit, ut fidei propheticae uestigiis aduersarius conteratur et comminuat eum sub pedibus suis propheta sicut puluerem et in hac corporis sui militia constitutus, quamuis breues dies uitae sint, triumphum tamen de aduersario adipiscatur, quo reformati hominis in ueterem gratiam, quem ante delictorum uinculis tenebat adstrictum et feruentis libidinis lassabat

1*Ps. 1, 5 9 cf. Ioh. 3, 18 11*Luc. 10, 19 15*Matth. 8, 29
20*Rom. 16, 20 23 cf. Ps. 17, 43 25 cf. Hiob 14, 5

2 iudicio] iudicium *O* 3 remuneraueris *Tm2a* remuneras *v* prouehas *Ta* 4 corones *Ta* prophetico ore promissis *scripsi* propheticorum praemiis (poenis *NT*) *codd.* propheticorum *av* 6 dies *post* uitae *s.l.N* 8 nam] non *O* 9 persequentibus *O* 10 credunt—iudicati sunt *NPTa* 11 habetis *Rm1* 12 calcare *NT* supra *MNa* 13 scorphiones *R* supra *O* 18 in homine sibi *O* hominem *P* uendicauit *MNm2a* 21 satanam *Nv* sathanan *O* 23 comminuet *APm1Rm1* sibi sub *N* 24 hoc *AGMm1Pm1* 25 dies uitae breues *Nav* 26 quo] qui *GMNP* homines *Pm1*

aestu, libertatem ingemescat, potestatem sentiat. subiectus est 3
igitur aduersarius secundum domini sententiam. etenim dominus Iesus ueniens in hunc mundum per uirginis partum subiecit animae nostrae omnes contrarias potestates, ut fide tua, uerbo tuo, conuersatione tua et operibus conterantur. si ergo non conteris aduersarium, tua culpa est, qui permissa non uteris potestate. in nobis est
igitur, ut aut subiciatur aduersarius aut resultet. si enim actus noster 4
displiceat, incipit aduersarius superbire, si autem bonis inhaereamus operibus, exerceamus studia castitatis iustitiae continentiae, calcamus serpentem et scorpionem. calcamus enim illum pedibus castitatis, conterimus scorpionem, ne possit excutere, calcamus uestigiis continentiae, uerecundiae iustitiaeque gressibus. possumus ergo et in hac breui uita triumphum de aduersariis habere perpetuum.

19. Sequitur uersus quintus: *narrauerunt mihi iniusti exercitationes, sed non sicut lex tua, domine.* bene optat iudicium sibi fieri de persequentibus, qui non solum opera iusti inpedire, uerum etiam fidem superflua narratione conati sunt. etenim quasi fabulae cuiusdam naenias narratas sibi dicit ἀδολεσχίας, hoc est superfluas loquacitates. narratores enim superflui sicut hirundines disputationis suauitatem natiuae loquacitatis continuatione corrumpunt, ut Aristotelis sententia est.

20. Superflua igitur loquitur haereticus qui non loquitur ueritatem, non loquitur secundum legem. qui autem fundatus in lege est, nouit a ueris falsa discernere, spiritalis eruditione doctrinae haeretica ab euangelicis dogmata separare. ideoque, ne multi decipiantur, iubetur a domino tacere peccator; peccatori enim dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? conti-

9 cf. Luc. 10, 19    14*Ps. 118, 85    21 Aristotelis sententia
26 Ps. 49, 16

1 ingemiscat *ANm2Oav*    igitur est *O*    5 conteratur *AGMm1P*    6 quia *M*    8 subire *O*    9 operibus] *add.* ut *GMNPRa*    10 serpentes *AR*    illum] cum (*sic*) *O*    11 conterimus] *add.* et *Mm2Nav*    exurgere *Mm2NPT*    continentiae uestigiis *Nav*    13 in *om. GMm1PR*    14 uersus *om. NP*    quintus] V *GOP*, *om. N*    iniuste *O*    17 impedire *post* fidem *tr. O*    conati sunt superflua narratione *O*    narratione] *add.* subuertere *v*    19 adoleschias *codd.*    enim] autem *M*    20 yrundines *O*    suauitate *A*    natiuae *Am2* natiuitatem *Am1PR*, *om. GMNOa*    21 aristotilis *ARm1*    23 est in lege *O*    25 ideo *a*    26 enim] autem *O*

cescat igitur perfidia quae tramitem ueritatis non nouit, quae dei
2 praecepta non seruat. cur enim per os suum adsumunt peccatores
euangelium ueritatis, in quorum ore ueritas non est? omnia autem
praecepta dei ueritas, Christus autem ueritas. non est ergo Christus
in disputationibus perfidorum, qui dicit perfido: os tuum
abundauit nequitia et lingua tua concinnauit dolum; lingua enim, quae uult adstruere mendacium, dolum
3 utique nectit adsertis. sed huiusmodi fur est et cum fure concurrens. multi enim fures sunt, qui uerbum dei non ad utilitatem suam
furantur et rapiunt, sed ad fraudem, et patrimonium quoddam caelestium scripturarum in sua furta detorquent, adulterina sibi con-
4 pendia colligentes dolo magis quam ueritate quaesita. sed hi sunt
qui miscent aquam uino tamquam caupones pessimi, adulterantes sermonem dei et insincerum proferentes, quicquid perfido et tamquam ebrio ore deprompserint, et ideo aliena loquuntur a lege. unde bene eos propheta refugit atque reprehendit, sciens quid praescripto legis acceperit.

21. Recte ergo ait sequenti uersiculo: *omnia praecepta tua ueritas; iniuste persecuti sunt me, adiuua me.* quasi bonus miles bella non refugit nec conflictus quamuis grauium proeliorum bellator pauescit adsuetus, sed fidelis et prouidus adspirare sibi diuinitus orat auxilia et piae deuotionis fidelia sibi
adiumenta deposcit. ideoque non petit, ut persecutiones quiescant,
2 sed in persecutionibus postulat se iuuari. sciebat enim, quod omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu persecutiones patiuntur. mauult ergo persecutiones pati, ut pie uiuere possit in Christo. et bene non unam persecutionem, sed multas persecutiones dixit nec expressit uocabula persequentium,

2 cf. Ps. 49, 16 3 cf. Ps. 5, 10 cf. Ps. 118, 86 4 cf. Ioh. 14, 6 5*Ps. 49, 19 8 cf. Ps. 49, 18 9 cf. Hier. 23, 30 13 cf. Esai. 1, 22 cf. II Cor. 2, 17 18*Ps. 118, 86 24*II Tim. 3, 12

1 ueritatis] *add.* tenere *Oav* 2 quur *P* 4 ergo est *Oav* ergo *om. NP* 6 nequitiam *A* 9 non *om. R* 10 quodam *O* 14 sermonem dei] uerbum domini *O* 15 depromserint *O* loquntur *GM* locuntur *OR* 16 eos bene *Nav* refutat (ta *in ras.*) *Ta* perscripto *O* 18 uersiculo] *add.* VIto *R* VI *AGMNP* 19 iniusti *Mm1O* 21 pauescat *Mm1a* 22 adspirari *M* exorat *O* 24 se postulat *av* adiuuari *Mv* 25 persecutiones—27 Christo *om. N* 26 patiantur *MOP* persecutiones ergo *P* 27 in Christo possit *av*

quia multi persecutores non solum quos uidemus, sed etiam quos
non uidemus. persequuntur nequitiae spiritales, persequitur haere-
ticus Iudaeus gentilis. omnes ergo sub persecutoribus qui uolunt pie
uiuere, quia, ubi multi persecutores, nullum a persecutionibus uacat
tempus pie uiuere gestienti. et fortasse, cum persecutiones non pa- 3
timur, tamquam condemnati habemur, quia nequaquam pie uiuere
uelimus in Christo. nam utique, cum sit definita sententia, quod
omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu
persecutiones patiuntur, uidetur is qui persecutionem
non patitur abdicatus, quod non sit piae intentionis in Christo; de-
uotionem etenim fidei proelia persequuntur; si desint certamina,
uereor ne deesse uideatur qui certare desierit. omnia, inquit, 4
praecepta tua ueritas. quae praecepta nisi illa: si me
persecuti sunt, et uos persequentur? haec prae-
cepta Dauid, anterior licet incarnationis sacramento, iam tamen au-
diebat in spiritu et quasi Christi discipulus non subtrahebat se passio-
nibus, sed certaminibus offerebat. sciebat hoc sibi ad gloriam fruc- 5
tuosum, hoc ad custodiam salutis tutum, ut frequentibus exercitiis
iusti pietas confirmaretur; cito enim fides inexercitata languescit
et crebris otiosa temptatur incommodis. remissas excubias callidus
insidiator inrumpit, adsuetum autem bello uirum externa fraus in-
struit et ad gloriosae prouehit palmam uictoriae. pax ergo fideli cor-
ruptelae materia est.

22. Quam pulchre nobis persecutionis processere tempora! intentus sicut medicus erat intimae ad deum mentis affectus. illi adhaerebat nec ullas cogitationes obstrepentes sibi precantis animus sentiebat. totis uisceribus fundebatur oratio et quidam miscebatur

2 cf. Eph. 6, 12 8*II Tim. 3, 12 12*Ps. 118, 86 13 Ioh. 15, 20
24 *persecutionis*] Iustinae anno 386

2 persecuntur *NORa* 3 omnis *Rm1* persecutoribus] *add.* sunt *Mm2* 4 persecutionibus *b* persecutoribus *codd. aμ* 5 persecutionibus *Rm1* 7 uolumus *a* definitum (*om.* sententia) *O* 8 pie uiuere uolunt *M* 9 *pr.* persecutionem *O* his *P* *alt.* persecutiones *NPRav* 11 persecuntur *NOPR* desunt *O* 12 desidierit *M* desiderat *Om1* desideret *Om2av* 14 persecuntur *O* 17 sciebat] *add.* enim *O* hoc] *add.* solum *Mm2NPa* 19 commendaretur *O* 22 ad *Rs.l.m1, om. cet. a* palma *MNOPa* fidei *MNav* 24 precessere *M* tempora praecessere *O* 25 erat sicut mendicus (*sic Mm2NO*) *v* 26 sibi *om. NT* praedicantis *GNPR* animus praedicantis *O*

sermo cum domino. cotidiana meditatio habebat iam contemptum
2 periculi et usum calcandae mortis receperat. quod amisimus exer-
citium, temptant otia quos bella non fregerant. periculosa igitur et
pacis otia; in pace plures persecutiones esse coeperunt. nullus erat
tempore persecutionis adulator qui callida mentem adulatione tem-
ptaret. non uacabat animo corporis delectatione dissolui et huius-
3 modi quae secundis rebus excitari solent admittere passiones. ideo
apostoli cum caederentur includerentur, exultabant, quod illis iniuriis
aeternae gratiae meritum lucrabantur, qui digni fuerant pro Christi
nomine iniurias sustinere. non illis erat cura de patrimonio, studium
de potestatibus et honoribus, non de praelatione, quae etiam iustos
exagitare consueuit, sed ille se praeferri putabat, qui esset pluribus
uerberibus flagellatus.

23. Merito ergo Dauid occasiones expetit triumphandi et cer-
tandi copiam pro deuotionis eruditione non metuit, qui nouerat per-
secutiones iniquorum proficere ad incrementa uirtutis. non enim
dixit: 'quia persecutiones patior, adiuua me', sed: iniuste, in-
2 quit, persecuti sunt me, adiuua me. potest enim
quis et persecutiones pati, sed non iniuste, quia est etiam iusta per-
secutio, si oderimus obscenos, si infesti simus iniustis, si iniquos
uelimus opprimere, ne pluribus noceant, si auarum fraudis suae con-
pendiis exuamus, si execremur insolentiam superborum. qui autem
pro fide, pro iustitia, pro castitate persecutionem patitur, bene is
dicit: iniuste persecuti sunt me, adiuua me.

24. Sequitur uersus septimus: *paulo minus consummauerunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.* non superfluo diuinum quaesiuit auxilium, qui sciebat sibi aduersus fortes esse certamen pluraque sibi proelia praeparata dimicaturo nunc aduersus nequitias spiritales quae sunt in

17.24*Ps. 118, 86 25 Ps. 118, 87 29 cf. Eph. 6, 12

1 cottidiana *G* 2 calcandae *om.N* perceperat *O* 4 persecutiones plures *M* 5 adolator *P* callidam *NO* mente *MPm1T* adolationem *GMP* adolatione *Rm1* 8 quod] quos *Am1Rm1* quia *Am2* 9 gloriae *Nav* quia *Rm2* 12 exagitari *MPm1* 15 pro deuotione uirtutis *O* nouerit *GMNOPa* 17 sed—18 *alt.* me *om. codd. praeter O* 19 et *om.O* 20 sumus *MNOPa* 23 prouide *N* his *O* 25 uersus *om.P* septimus] VII *NOPR, om.AGM* 28 aduersum *O*

caelestibus, nunc aduersus calorem sanguinis et innumeras corporis
huius inlecebras, quarum nexu uario et diuturna conluctatione lassa-
tus pudendo corruisset certamine, nisi fidei se radice tenuisset. disca- 2
mus cauere quem gerimus. hic nobis hostis domesticus, hic inimicus
grauis nostri ipsius corporis. inflammatur uino, ardet libidine, decore
mulieris occursantis accenditur, spe alitur, desperatione uritur, in-
lecebris exuritur, non euaporat effectu, timore turbatur, metu fran-
gitur, luxuria mollitur, lasciuia dissoluitur, labore adficitur, solli-
citudine fatigatur, passione conteritur. miraris, si inter tot aduer- 3
sarias passionum uices se etiam iustus tenere uix possit, cum inpares
simus etiam singularum certamini passionum? quem uel sola libido
non uindicet, quem non subiuget auaritia, quem formido non quatiat,
quem luxuria non eneruet, quem lasciuia non emolliat, quem non
supblantet ebrietas?

25. Quasi conscius igitur carnalis infirmitatis et explorator per-
secutionis hostilis dicit: paulo minus consummaue-
runt me in terra. in hac utique terra, in qua Adam primus
corruit et pudenda prolapsione deiectus totius gressum futurae poste-
ritatis inflexit; in hac terra, in qua Cain munera fraterna dolens suis
esse praelata ruina est stratus inuidiae; denique uox fraterni san-
guinis clamauit a terra. in hac terra Noe sanctus, quem totius orbis 2
diluuia in tantis procellis et fluctibus peruigilem probauerunt, ubi
tamen otioso curas laxauit corpore, somnum ebrietatis offendit, con-
tumeliam paternae pietatis incurrit, docens periculosa otia securae
esse uirtuti. in hac terra Loth reuerendi parentis imitator, quem non 3
luxuriantis Sodomitanae plebis decolorauit inpuritas, non flamma

16 Ps. 118, 87 17 cf. Gen. 3, 6 19 cf. Gen. 4, 8.10 21 cf. Gen. 9, 21–23 25 cf. Gen. 19, 33–35

2 eius *O* diuturno *Mm1* 3 corruisse *Pm1* 4 que *M* 5 grauis] *add.* est *av* ipsius] *add.* usus *v* corporis usus *O* inflammatus *Pm1* 7 non *om. N* affectu *NPm1a* 8.13 luxoria *Rm1* 10 uicisse *Pm1R* iustos *Mm1* 11 sumus *M* certaminis *AGNOPR* passionum *om. v* 12 iudicet *MNOPm1Ta* 17 me *om. Pm1R* 19 inflixit *a* 20 status *O* 23 tamen *om. O* corpore] *add.* ibi *a* ebrietatis—*p. 255, 17* in habitatione sua *desunt in A* offendit] *add.* quando mediastino filio delyrante *s. l. m2 Ta* 24 esse ocia, secura esse pericula uirtutis *O* secura *GMNPRa* 25 Lot *v* 26 luxoriantis *Rm1* decolarauit *P* flammae *Pm1*

*def. A*

Sodomae ardentis inuoluit, ueniabilis quidem ignorantiae, pudendae tamen commixtionis non euasit incestum; uritur ille flammis mulierum quem sulphurea flamma non ussit.

26. In hac terra etiam Dauid propemodum consummatum esse se dixit, siquidem paene motos pedes suos et gressus suos paulo minus sensit effusos, quia diuitias saeculares et successus corporalium prosperorum loco beatitudinis aestimauit peccatoribus abundare. propter quod etiam flagellatus est, sed flagella iusto remedia salutis
2 sunt; c a s t i g a t enim d o m i n u s q u e m r e c i p i t. unde
etiam Dauid conuersus ad domini caritatem atque in eius eruditus praeceptis, non ignorans, eo quod caducis caduca fortuito quodam deferantur euentu et quia non diuitiarum abundantia, sed uirtutum gratia uitae probabilis merita pensantur, dilexit magis quam dereliquit mandata dei, quibus solis potuit ingruentes nequitias spiritales et insurgentes huius corporis adpetitus in hac tam fragilis naturae infirmitate superare. magna igitur uirtus, quae sub tantis persecutionibus constituta et paene obpressa tamen suum non est oblita praesidium nec mandata dei dereliquit.

27. Ideoque, quia solum sibi deum profuisse cognouit, preces ad dominum dirigens ait uersu sequenti: *s e c u n d u m m i s e r i c o r d i a m t u a m u i u i f i c a m e, e t c u s t o d i a m t e s t i m o n i a o r i s t u i.* quam uiuificationem sui postulet, supra diximus, quia non id precatus est quod habebat, sed quod desiderabat, id est ut uiueret in aeternum, intellegens uitae beatitudinem in hoc fluctuanti et infido nobis corpore esse non posse, cuius inbecillitas
2 propositum animae derelinquat. opus est ergo dei misericordia, ut
continua et perpetua sit in hoc corpore uiuificatio, ut cotidie iustus deo uiuat peccatoque moriatur. si enim culpa moriatur in nobis,

5 cf. Ps. 72, 2 8 cf. Ps. 72, 14 9*Hebr. 12, 6 20 Ps. 118, 88 22 cf. p. 46, 6. 68, 14. 97, 8. 107, 24. 130, 3

*def. A* 2 iste *v* 3 sulfurea *O* sulphorea *Rm1* usit *Om1P* 4 dauit *Mm1* se esse *v* 5 pedes suos motos *O* 6 saecularis *Mm1* 7 locum *M* 9 dominus] *add.* omnem filium *v* 11 eo *om.Ov* 14 reliquit *Na* 15 spiritalis *Pm1* ingentes *N* 17 constitutis *T* bene *M* 18 oblata *Rm1* domini *MO* (*s.l.*) *v* 19 ideo *MRav* 20 sequenti] *add.* VIII *P* 22 postulat *GMm1NOP* postolet *Rm1* 26 dei ergo *GM* dei *om.N* misericordia dei *av* 27 continua] *add.* sit *O* sit *del.O* ut] quo *a*, *om.GM* cottidie *GM* deo iustus *O* 28 uiuat— *p. 251, 1* deo *om.N*

erit uita deo uiuens et custodia praeceptorum caelestium perseuerans, quam utique ille custodit qui uiuificatur a domino.

28. Denique uiuificari se ante poscit a domino et postea custodiam testimoniorum caelestium pollicetur; non enim communis haec uita custodit caeleste mandatum, sed illa quae munere fulcitur aeterno per operationem gratiae spiritalis. possumus etiam sic intellegere: quia iam propheta quae erant legis agnouerat, optat aduentus dominici misericordiam, ut accipiat praecepta quibus lex adimpleatur, ut non solum adulterium sciret esse uitandum, sed etiam concupiscentiam adulterii declinandam. os enim patris Iesus dominus 2
locutus est in euangelio eum, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, in corde suo adulterium perpetrasse. quantum euangelio profecerunt studia castitatis, quo non solum turpioris facti, sed etiam studii degeneris ablegatur obprobrium!

29. Qui sunt autem, de quibus dicit quod paulo minus consummauerunt eum in terra, nisi persecutores? de quorum uno ait dominus Iesus: ite dicite uulpi illi, hoc est de Herode. et alibi cum se fraudulenter interrogari aduerteret, dixit: uulpes foueas habent et uolucres caeli nidos, ubi requiescant, eo quod fraudulenter in terrestrium passionum quibusdam latibulis demorentur. inde etiam Samson binas uulpes 2
sibi nexuit, ad quarum caudas alligauit faces et dimisit eas per messes allophylorum, per hanc figuram significans, quod inprobi ac fraudulenti homines et maxime haeretici liberam linguam habeant ad latrandum, sed exitus inpeditos, aut litigiosa principia, finem uero fraudis suae incendio deputatum. ideoque et trecentas uulpes dimisit, 3
eo quod perfidi crucis quidem se praedicatione commendare desiderant, sed mysterium eius tenere non possunt, qui hac praedicatione composita et falsa atque simulata urere magis fructus conantur ali-

11 cf. Matth. 5, 28 15 cf. Ps. 118, 87 17*Luc. 13, 32 18*Matth. 8, 20 21 cf. Iudd. 15, 4—5

*dej. A* 1 uiuens deo *M* 2 utique *om. O* 4 mandatorum *Na* 6 intelligire *Pm1* 10 declinandum *Rm1* 11 locutus est iesus (*om.* dominus) *O* concupiscendam *M* 13 studea *Rm1* qui *R* 15 sint *GMm1PRTa* de *om. NT* quod *om. O* 16 eum] me *O* 18. 20 fraudolenter *Rm1* interrogare *O* 21 unde *Ov* 23 allophilorum *GMNOPa* allofilorum *R* inproui *Mm1* fraudolenti *Rm1* 25 aut] at *Mm1* ac *OT* religiosa *a* 29 exurere *ex* uere *N*

enos, cum utique uera crux domini non exurat aliena merita, sed
4 fecundet. meritoque scriptum est in Canticis canticorum: prendite nobis uulpes pusillas exterminantes uineas, ut uineae nostrae floreant. quo ostenditur, quod uel dominus Iesus uel ecclesia fraudulentorum dolos a uineis suis exterminandos esse praecipiant, ne pauxillulis uineis noceant, quia adultis iam uitibus nocere non possunt. haereticus enim inperfectum temptare potest, non potest subplantare perfectum.

## XII.

## LITTERA LABD.

1. Labd littera duodecima incipit, cuius interpretatio 'cor' uel, ut alia habet interpretatio, 'seruo'. unde uidetur admonere uel prudenter haec intellegenda uel sollicite seruanda praecepta. nam hoc primus statim uersiculus admonet; cor etenim sibi mundum creari in superioribus hic propheta, ut legimus, postulauit, cor sibi prudens
2 dari orauit a domino filius huius Salomon. qui ergo habet cor mundum, qui habet cor prudens, ipse intellegit seriem subditorum uersuum atque uirtutem. unde et alibi inuenimus 'cor solum', id est uel singulare uel quod nulla inlecebra saeculi huius inpediat et carnis possit interturbare sapientia. qui autem habet cor, seruat mandata dei, quemadmodum legisti de Maria, quae conseruabat omnia domini saluatoris in corde suo uel dicta uel gesta.

2. Circumcidamus ergo cor nostrum, nihil corporeum, nihil uile quaeramus; uile autem omne terrenum. nihil ergo terrenum,

2 Cant. 2, 15 15 cf. Ps. 50, 12 16 cf. III Reg. 3, 9 22 cf. Luc. 2, 51 24 cf. Rom. 2, 29

*def. A* 1 merita aliena *O* 2 fecundat *Rm1* prandite *Pm1* 4 quo] quod *Mm1Om1* 5 fraudolentorum *GRm1* 6 pausillulis *Nm1Pm1Rm1T* pusillulis *Nm2ORm2v* 7 uineas *Rm1* uiribus *GMm1NPT* 9 *nihil subscript. in codd.* 12 Labd *PR* IABEHD *G* Labehd *Mm1* lamehc *Mm2* ΛΦEHC *N* [l]abda *O* Lameth *a* Lamed *v* littera—incipit *om. N* cor] est cor *O* 13 interpretatio habet *av* ammonere *NOP* 15 primis *N* uersiculis ammonet *N* ammonet uersiculus *O* 16 postolauit *Rm1* 17 ad dominum *Pm1* huius *om. R* 19 uirtutum *R* 20 huius saeculi *Nav* 21 sapientiam *R* praecepta *O* 22 quemammodum *N* legistis *M* de *om. codd. praeter O, a* mariam *N* quae *om. Ta* gestabat (ge *in ras.*) *Ta* omnia *om. O* 23 *pr.* uel *om. GM* 24 circumcidemus *Rm2*

nihil saeculare, nihil corporeum, nihil leue atque mutabile in eloquiis constituamus caelestibus — eloquia enim domini eloquia casta —, ut in his mysteriorum caelestium inmaculata et pudica sinceritas spiritali interpretatione resplendeat. non adulterina quadam opinione misceamus terrena diuinis et illud inuiolabile sacramentum propheticae uisionis aut perennis oraculi naturae nostrae aestimatione uiolemus. ideo enim addidit: argentum igne 2
examinatum, purgatum terrae, probatum septuplum, ut tamquam boni nummularii spiritu examinemus prophetici sermonis argentum, secernentes domini pecuniam atque ab omni labe terrena salutaris fontis infusione purgantes, ut Christo digne sentire uideamur, qui ait: nolite thesaurizare uobis in terra, ubi aerugo et tinea exterminat, sed thesaurizate uobis in caelo.

3. Thesaurus tuus est fides pietas misericordia, thesaurus tuus Christus est. noli eum aestimare de terris, hoc est de creaturis, quia dominus totius creaturae est. maledictus, inquit, homo qui spem habet in homine, sed mihi salus per hominem uenit. uide tamen quid scriptura uetus dixerit: et homo est, et quis cognoscet eum? ille igitur homo non humana mihi, sed diuina potestate omnia peccata donauit, deus in corpore dominus Iesus, mundum reconcilians sibi quem redimebat a culpa.

4. Thesaurus noster pretiosus intellectus est. si terrenus intellectus fuerit, si fragilis, haeretica eum tinea et impietatis aerugo consumet. leuemus ergo et erigamus sensus nostros nec inpossibile iudicemus, ut haec humani corporis infirmitas ad cognitionem mysteriorum caelestium prouehatur, cum iam ad nos dominus Iesus, in quo absconditi erant scientiae sapientiaeque thesauri, diuina sua miseratione descenderit, ut clausa

2 Ps. 11, 7 7*Ps. 11, 7 12*Matth. 6, 19—20 17*Hier. 17, 5 19*Hier. 17, 9 22 cf. II Cor. 5, 19 28 cf. Col. 2, 3

def. A 1 nihil saeculare *om. NT* nihil corporeum *om. NPT* 3 in *om. v* 6 perhennis *OPRm2* 7 existimatione *O* enim *om. O* 8 probatum terrae purgatum *Na* septuplo *Pm1Rm1* 9 numularii *MN* 11 purgentes *Mm1* 12 digna *MNm2Ov* 13 exterminant *v* 14 thesaurisate *Mm1* 15 pietas] *add.* et *M* 18 habet spem *GMR* ponit spem *O* 20 et *om. Om1R* cognoscit *GM* 26 cogitationem *R* 28 sapientiae et scientiae *O* 29 descenderet *Rm2*

reseraret, aperiret latentia, reuelaret occulta. ueni ergo, domine Iesu, aperi nobis et istius prophetici sermonis ianuam; multis enim clausa est, etsi prima specie aperta uideatur.

5. *In aeternum*, inquit, *domine, permanet uerbum tuum in caelo.* uides etiam in te permanere debere quod etiam in caelo permanet ac perseuerat. serua ergo uerbum dei et serua in corde tuo et ita serua, ne obliuiscaris. serua legem domini et meditare, ne iustificationes domini de tuo corde labantur. docet te litterae interpretatio, ut serues diligenter, docet te propheta in subditis dicens: *nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea; in aeternum non obliuiscar iustifica-*
2 *tionum tuarum.* legis ergo meditatio facit, ut tempora tribulationis, tempora quibus humiliamur aliquibus aduersis, sustinere et tolerare possimus, ut neque humiliato nimis neque deiecto frangamur affectu. denique dominus non frangi nos humilitate usque ad desperationem uult, sed usque ad correptionem.

6. Unde et Hieremias propheta sub hac littera in Threnis ait: *ut humiliaret sub pedibus omnes uinctos terrae et declinaret iudicium uiri contra faciem altissimi, ad condemnandum hominem cum iudicatur, dominus non dixit*, et infra: *de ore altissimi non exibunt mala.* humilitas ergo, quae a domino est, plena iustitiae, plena est aequitatis, quia non exeunt mala de ore domini. denique qui humiliabatur a domino dicebat: *humiliatus sum, et saluum me fecit.*

7. Ergo sicut prudenter considerandum est, quando humilitas a domino sit causa probationis, quando etiam ipsa ab homine infe-

4*Ps. 118, 89 10*Ps. 118, 92—93 19*Thren. 3, 34—36 22*Thren. 3, 38 26*Ps. 114, 6

*def. A* 1 aperuisset *O* Iesu] *add.* et *O* 3 prima *om. Om1*, *add.* pro *Om2* 3 uideatur] *add.* uersus primus incipit *a* 4 uerbum tuum permanet *O* 9 *alt.* te] et *b*, *om. MNa* 11 forte *NOTa* 12 iustificationes tuas *O* 15 et tolerare *om. NT* 17 correctionem *Tm2a* 18 et *om. O* et—propheta *om. N* propheta iheremias *O* propheta *om. a* 20 et] ut *Rm2* 21 et ad *a* 22 non dixit *om. O* 24 deo *a* *alt.* est *ante* iustitiae *tr. M* 28 inferente *Pm2*

rendae humilitatis inpressio, quae tamen ipsa solet patientia et
magnanimitate tolerari, ita etiam sapienter considerandum, quid
sit in aeternum in caelo uerbum domini permanere uel, sicut aliqui
codices habent, in saeculum, quia Graecus εἰς τὸν αἰῶνα
posuit, quod diuerse interpretati sunt translatores, alii 'in
aeternum', alii 'in saeculum'. in saeculum ergo per- 2
manet uerbum tuum, domine, in caelo. et quomodo ipse
dixisti: caelum et terra transibunt, uerba
autem mea non praeteribunt? in saeculum permanet
uerbum, non ultra saeculum et saecula; saecula enim temporis sunt.
caelum ergo et terra, id est opera mundi istius, praeteribunt et tempora
permanebunt. alius qui spiritalis est et diiudicat uerba legis: in
aeternum, inquit, domine, permanet uerbum tu-
um in caelo; aeternitas enim uerbi manentis opinionem uerbi
praetereuntis excludit. quomodo autem permanet uerbum in caelo, 3
si ipsum caelum praeterit? et quomodo possunt stare culmina, si
cedant fundamenta, aut quomodo permanere habitator in habita-
tione sua, nisi et habitatio perseueret? sed forte illud occurrat, quia
scriptum est: erit caelum nouum. uerum nec sic absolu-
bile, quia nec in hoc potest permanere quod praeterit nec illud potest
dici mansisse quod coeperit. tinea intellectum tuum scindet, si putes
uerbum sicut caelum uel incipere uel praeterire.

8. Unde, si uirtutem prophetici sensus cognoscere uolumus,
primum in his quae uisibilia et sensibilia sunt ethicum consideremus,
ut ex eo quae sunt intellegibilia manifestemus. si uerbum dei in
caelo permanet, imitemur caelum ubi permanet uerbum, permanet
ordo sollemnis caelestium statutorum et beneficiorum domini cre-
brae uices sollemnibus muneribus perseuerant. supernis nempe uel 2

4.5.6.12*Ps. 118, 89 8 Matth. 24, 35 19*Esai. 65, 17 21 cf. p. 253, 24 et 13

*def. A* 3 uerbum domini *s.l.m2P* alii *O* 7 domine, uerbum tuum *Nav* 9 praeteribunt] transient *O* 11 istius mundi opera *av* 12 indicat *Ta* 15 praetereuntes *Mm1* 17 cadant *OPm2Ra* quomodo] *add.* potest *Rm2v* permanet *Mm2NTa* permaneret *P* 18 nisi] *pergit A* 19 absoluite *Mm1* 20 in *om.O* 21 quod] cum *NTa* 22 uerbum] *add.* dei *O* 24 insensibilia *NT* ethicum *Ov* et hic uel (eum *a*) locum *cet. a* 25 ut] et *R* sint *Pm2* 27 statuum *ex* statuorum *R* 28 superius *a*

pluuiis uel calore uel fotu aeris huius infunditur terris atque alitur
larga fecunditas. caelo annus labitur per dies ac menses et tempora
autumni atque hiemis, ueris quoque et purae digestus aestatis. de
caelo uitae tuae imaginem cape; etiam quando non germinas fruc-
tum, sere tamen semen ad fructum. sunt semina quae de caelo sunt
3 et seruntur in terris. est etiam superna uindemia, unde ait propheta:
s e r i t e u o b i s a d i u s t i t i a m, u i n d e m i a t e a d
f r u c t u m. et quando non florent opera tua, foue tamen semina
tua, ne lasciuiendo luxurient. quod luxuriat in flore seminis, tenu-
atur et hebetatur in fructu. fructus ipsos usque ad maturitatem
decoque.

9. Imitatores etiam ipsius caelestis simus elementi: non semper
sole feruet ardenti, frequenter nubibus texitur, pluuiis uehementi-
bus inhorrescit, iactis niuibus tegit terram. non ergo sit in te quoque
diuturna lasciuia; succedant maesta senilium curarum tempora et
tamquam incana maturitas agrum hunc tui corporis reprimat. uti-
2 lior saepe tristitia est, quae comitem solet habere grauitatem. num-
quid ulla in ipso est sole praeuaricatio? nonne cotidianos cursus
suos seruat? numquid continuos nouit luna defectus et commissi
munus deserit ministerii? isdem nempe uicibus annus redit, eodem
statu reparantur tempora, isdem obsequiis reformantur. sol diem
inluminat tempora statuta custodiens, fulget splendoribus luna
3 nocturnis et lux eius in tenebris micat. stellarum nitentium rutilat
globus sollemnique statione et conuersione ac demutatione fungun-
tur. lex una diuersis, constitutorum semel uices cursuum custodire
nec fines transire praescriptos. manet ipsa inmutabilis demutatio
et conuersio uertere ordinem suum nescit. una omnium oboedientia,

7 *Os. 10, 12

2 ac] et *O* 3 autumni *Ov* hiberni *cet. a* 6 etiam] enim *O* 9 lasciuendo *O* luxorient *et* luxoriat *Rm1* seminis *Mm2* sermonis *cet. av* tenuiatur *T* 10 ebetatur *ex* euetatur *P* hebitatur *Rm1* 11 dequoque *O* 12 simus ipsius caelestis *O* caelesti *Mm1* 14 quoque *om. a* 16 cana *Am1Ma* reprimant *A* 17 non quid *Pm1* 18 nonne] num *GMNOm2Rm2* non *Om1PRm1* cottidianos *G* 19 continuos] cotidianos *O*, *add.* non *GMNOm2Rm2* 20 misterii *O* idem *Am1* hisdem *Oa* iisdem *v* uitibus *Mm1* redit annus *O* 21 reparatur *ARm2* tempora—22 inluminat *om. AR* hisdem *NOa* iisdem *v* 22 fulgit *Pm1* 27 una] unit *Gm1* unita *Gm2Mm1* unitur *Mm2NT* oboedientiam *AG*, *add.* est *s. l. P*

discretis muneribus indiscretam praescriptae constitutionis tenere concordiam.

10. In caelo ergo permanet uerbum, quia satanas de caelo cecidit. non habebat in caelo locum, propterea cecidit. quo cecidit nisi in terras? ideo hic adulteria homicidia ebrietates abundare coeperunt. inde exclusus acrior ad nos uenit et temptationes solito asperiores tamquam iratus exercet. in caelo igitur permanet uerbum, quia inde 2
deiectus est diabolus; in terris non permanet, quia huc totus aduenit. et uide utrum hic permanere uerbum possit in nobis, ubi tantos laqueos diabolus aspersit, qui dum esset in caelo, nec ibi uerbum poterat permanere. denique quia et ipse uerbum non tenuit, cecidit e caelo.

11. In caelo ergo uerbum permanet, quod secundum uerbi dispositionem regitur et gubernatur. sed quia et ipsum caelum praeterit, ideo non dixit 'in saecula' permanere, sed 'in saeculum', quamquam propterea praetereat, ut fiat nouum caelum, noua terra, nouum testamentum, ut facie ad faciem gloriam domini uidere possimus.

12. Uerumtamen quia et in caelo fuit uitiis locus — nam utique non cecidisset inde aduersarius nisi in criminibus deprehensus; nam et *stultus sicut luna mutatur* et caelum ipsum tenebris obducitur —, uidetur utique non de elemento dictum, sed de uirtutibus potestatibusque caelestibus. sunt enim sanctae uirtutes in caelo, in quibus nihil lubricum atque terrenum sit. sunt 2
etiam in terris caeli qui enarrant gloriam dei. qui sunt isti caeli? audi dicentem: *sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus et imaginem huius caelestis.* isti igitur caeli sunt qui etiam in terris positi audent dicere: *nostra*

3 cf. Esai. 14, 12 15*Ps. 118, 89 16 cf. Esai. 65, 17 17 cf. II Cor. 3, 18 21 Eccli. 27, 11 (12) 25 cf. Ps. 18, 2 26*I Cor. 15, 49 28 Phil. 3, 20

3 uerbum] *add.* tuum *O* sathanas *Oa* 5 habundare *GMO* 8 eiectus *O* terras *AGMm1PR* terra *v* huc] huic *A* 9 hic in nobis uerbum positum permanere possit *O* 10 sparsit *GMm1O* asparsit *Pm1Rm1* cum *GMNPTa* 13 permanet] *add.* et *av* uerbum dispositione *AR* 14 *alt.* et *om. NTa* 16 propterea] postea *O*, *om. v* caelum] *add.* et *GMNOPav* terra noua *O* 17 dei *O* 20 in *om. N* 21 sicut] ut *a* 23 enim *om. P* 25 qui sint *Mm1* 28 sunt caeli *av*

*autem conuersatio in caelis est.* isti sunt caeli in
3 quibus fides grauitas continentia doctrina uita caelestis. nam quem-
admodum terra dictus est, qui lapsus ex illa praeuaricatione cae-
lestis gratiae et in haec uitia terrena deiectus praeuaricationis suae
uinculis se ligauit, ita e contrario caelum dicitur, qui uitam angelo-
rum custodia integritatis exercet et corpus suum continenti sobrie-
tate moderatur, mentem quoque suam miti tranquillitate componit,
4 pecuniam pauperibus misericordi liberalitate dispensat. est ergo et
in terris caelum in quo possunt uirtutes esse caelestes. *caelum
mihi thronus* ego magis iusti affectum quam elementum intellego.
illum puto caelum ad cuius animam uenit Christus et pulsat ianuam
et, si aperueris, ingreditur. nec solus ingreditur, sed etiam cum patre,
sicut ipse ait: *ego et pater ueniemus et mansio-
nem apud eum faciemus.*

13. Uides igitur quod uerbum deus et otiosum prouocat et dor-
mientem excitat. qui enim uenit et ianuam pulsat, uult semper
intrare. sed in nobis est quod non semper ingreditur, non semper
manet. pateat aduenienti ianua tua; aperi ianuam tuam, expande
gremium tuae mentis, ut uideat diuitias simplicitatis, thesauros pa-
cis, suauitatem gratiae. dilata cor tuum, occurre soli lucis aeternae
quae inluminat omnem hominem. et illud quidem uerum lumen om-
nibus lucet; sed si quis fenestras suas clauserit, aeterno lumine se
2 ipse fraudabit. excluditur ergo et Christus, si tu mentis tuae ianuam
claudas. etsi possit intrare, non uult tamen inportunus inruere, non
uult inuitos cogere. ortus ex uirgine processit ex aluo, uniuersa to-
tius orbis inradians, ut luceret omnibus. capiunt, qui desiderant
fulgoris perpetui claritatem, quam nox nulla interpolat. soli enim

3 cf. Gen. 3, 19 9*Esai. 66, 1 11 cf. Apoc. 3, 20 13*Ioh. 14, 23
19 cf. II Cor. 8, 2 20 cf. II Cor. 6, 11 21 cf. Ioh. 1, 9

2 quibus] *add.* est *GMR* (*s. l.*) uitae *MNP* caelestis] *add.* est *Oav*
4 hac *NORm1T* uita *NT* terrena uitia *GMv* 5 se uinculis *av* se ligauit]
religauit *NTa* contraria *Mm1* uita *GPm1R* 8 misericordiae *APm2R*
misericordia *N* libertate *NT* 10 tronus *NR* ergo *AR* 12 aperuerit *Pm2v*
15 dei *O* *alt.* et *om. Rm1* 18 permanet *OR* aduenti *R* ianuam] animam *Ov*
19 mentis tuae *NPav* uideas *N* 20 occurrere *N* 23 fraudauit *AGOPR*
24 tamen *om. R* 25 inuitus *Pm1* cognoscere *R*, *add.* inuitos agnoscere *s. l. m1P*
26 capiant *a* 27 perpetuo *Pm1R* nulla nox *O*

huic quem cotidie cernimus nox tenebrosa succedit, sol autem iustitiae numquam occidit, quia sapientiae non succedit malitia.

14. Beatus ergo ille cuius pulsat ianuam Christus. ianua nostra
est fides quae totam domum, si fuerit robusta, communit. per
istam ianuam Christus ingreditur, unde et ecclesia dicit in Canticis:
uox fratris mei, pulsat ad ianuam. audi pulsan-
tem, audi introire cupientem: aperi mihi, soror mea
sponsa, columba mea, perfecta mea, quia caput
meum repletum est rore et crines mei guttis
noctis. considera quando maxime pulsat ianuam tuam deus uer- 2
bum: cum repletum est caput eius rore nocturno. in tribulatione
etenim et temptationibus positos uisitare dignatur, ne quis forte suc-
cumbat uictus aerumnis. repletur ergo caput eius rore uel guttis,
quando corpus eius laborat. tunc ergo uigilandum, ne, cum uenerit
sponsus, recedat exclusus. si enim dormias et cor tuum non uigilet, 3
discedit antequam pulset, si cor tuum uigilet, pulsat et aperiri sibi
ianuam poscit. habemus ergo animae nostrae ianuam, habemus et
portas de quibus dictum est: tollite portas, principes
uestri, et eleuamini, portae aeternales, et in-
troibit rex gloriae. est ergo et caelum in his in quibus por-
tae sunt aeternales. si has fidei tuae portas uelis attollere, intrabit 4
ad te rex gloriae triumphum portans propriae passionis. habet etiam
iustitia portas. nam etiam de his legimus scriptum dicente domino
Iesu per prophetam suum: aperite mihi portas iusti-
tiae, et infra ait propheta Dauid: lauda, Hierusalem,
dominum, lauda deum tuum, Sion, quoniam
confortauit seras portarum tuarum.

15. Est ergo anima quae habet ianuam, est quae habet portas. ad hanc ianuam uenit Christus et pulsat, pulsat et portas. aperi ergo illi; uult introire, uult sponsam inuenire uigilantem. noli bono ama-

1 cf. Mal. 4, 2 6.7*Cant. 5, 2 15 cf. Cant. 5, 2 18*Ps. 23, 7
24 Ps. 117, 19 25 Ps. 147, 1—2 (12—13)

1 cottidie *GM* 4 fides est *NPav* rubusta *A* communiet *AOR*
5 et *om.O* 6 fratruelis *O* 10 dei *Mm2O* 11 caput eius repletum est *O*
14 sponsus uenerit *av* 15 uigilat *a* 16 uigilat *MNOm1PRm1* pulset *a*
18 principis *A* 19 uestras *GMNOav* 20 ergo] enim *M* 23 iustitiae *P*
24 Iesu *om.a* 26 syon *NOPa* 28 ergo *om.AR* *pr.* habet *om.N* ianua *N*
30 uult] *add.* ergo *a* noli] *add.* ergo *Ta*

tori facere moras, cito recedit et tu somno torporis tui uideris exclusisse pulsantem. excludis enim eum, cum desidiosus es, cum piger, cum somnolentus; his repagulis Christus excluditur. etsi castus, etsi sobrius sis, caue ne sis neglegens; maiorem Christo facit iniuriam qui aduenientem repellit.

16. Nonnumquam etiam, si moraris, mittit manum suam per fenestram, sicut ait sponsa: frater meus misit manum suam de prospectu, et uenter meus conturbatus est super eum. exsurrexi ego aperire fratri meo, manus meae distillauerunt myrram,
2 digiti mei myrra pleni. primum ergo tamquam a prospectu mittit manum suam, quando deus esse operibus aestimatur; unde ait: si mihi non creditis, uel operibus credite. deinde augetur amor et intimis uisceribus conceptus inolescit. inde intellegibili utero, in quo est receptaculum uerbi, seminibus eius infusis plenitudinem eius corporaliter inhabitantem haurire anima nostra desiderat. non enim turbatur uterus feminarum nisi quae fuerint aluo graues.

17. Surgit igitur anima, ut aperiat dei uerbo. sed dum se expandit atque aperit, ut opera mundi huius uerbi receptione mortificet — sicut ille qui ait: mortificationem domini Iesu in corpore nostro circumferimus —, ergo dum aperit, transiuit sponsus. uult enim semper quaeri, frequentius inueniri, et si clausam ianuam inuenerit, pulsat, et si per moram fuerit exclu-
2 sus, recedit. sed cito redit et iterum pulsat, ut uel postea sponsam inueniat praeparatam. potest quidem et sic accipi: frater meus transiuit, sicut legimus, quod penetrauit dilectae intima medullarum, et quemadmodum ad Mariam dictum est: et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cordium cogitationes.

7*Cant. 5, 4—5  13*Ioh. 10, 38  16 cf. Col. 2, 9  20 cf. Rom. 8, 13  21*II Cor. 4, 10  26*Cant. 5, 6  28*Luc. 2, 35

1 corporis *AGMORv*  2 eum *om.GMNPTa*  3 somnulentus *A*  repagulis] *add.* grintilin *s.l.m2M*  4 neglegens sis *NPav*  9 exurrexi *GMa* et surrexi *O*  ergo *a*  10 mirram *OR*  11 mirra *R*  a] de *NTa*  20 istius *a* mortis fiet *Am1*  22 ergo dum aperit *om.O*  23 transit *MNa*  24 inuenerit ianuam *Nav*  26 siquidem *Pm1*  27 transibit *GMR*  28 quemammodum *N*

denique addidit sponsa animam suam exisse in uerbo eius, quod fit quando anima peregrinatur a corpore et deo praesens est.

18. Explanauimus igitur, ut potuimus, quid esset: in aeternum, domine, permanet uerbum tuum in caelo. possumus tamen et sic intellegere, quia in caelo magis permanet in aeternum, ubi angeli et archangeli, Cherubim et Seraphim, quoniam homines quamuis sancti sint, tamen affectus eorum saepe mutatur.
nunc gaudemus, continuo maeremus irascimur ingemescimus. in 2
ipsa paenitentia non uult nos satis contristari apostolus, ne tristitia absorbeamur. ubi ergo iracundia, ubi tristitia grauis, non permanet ibi uerbum. denique de solo domino Iesu dictum est a Iohanne, quia uidit spiritum descendentem de caelo sicut columbam et manentem
super eum. nam et prophetae non semper prophetabant, sed cum 3
infunderet his spiritus gratiam prophetandi. denique nec Dauid praesciuit quid adnuntiaret Nathan missus a domino, et utique inferior Nathan propheta cognouit quod Dauid praestantior nesciebat,
et alius dixit propheta: celauit me dominus. unde et 4
plerique accipiunt in caelo permanere dei uerbum in potestatibus caelestibus, in quibus non sunt affectuum uarietates. aliqui autem de ipsa accipiunt trinitate, quae sola inmutabilis sit. et ideo in caelo permanet uerbum, id est in patre, quia uerbum dixit: ego in patre et pater in me.

19. *In generationem et generationem ueritas tua.* multi sunt qui dicuntur dii, sed non sunt. ergo in gentibus mendacium est, in ecclesia ueritas. hanc tamen ueritatem habuit primo synagoga, quae habebat eloquia dei; est enim ueritas et in

1 cf. Cant. 5, 6  2 cf. II Cor. 5, 8  3*Ps. 118, 89  9 cf. II Cor. 2, 7  12 cf. Ioh. 1, 32  15 cf. II Reg. 12, 5—7  17*IV Reg. 4, 27  21 Ioh. 14, 10  23 Ps. 118, 90  24 cf. I Cor. 8, 5  26 cf. Rom. 3, 2

1 addit *P*  3 explanabimus *Mm1*  quod *Rm1*  5 permaneat *O*  6 *pr.* et *om. O*  cherubin et seraphin *NOPa*  8 ingemiscimus *AOPm2Rm2av*  9 tristitia] *add.* inquit *Rm2*  10 ergo tristicia ubi iracundia grauis *O*  12 spiritum] *add.* sanctum *Nav*  13 prophetabunt *Mm1*  14 infunderit *Pm1*  gratiam spiritus *av*  15 Nathan] *add.* propheta *Mm2NOa*  16 natan *P*  20 accipiunt de ipsa *AR*  21 permaneat *O*  qui *N*  23 *praemittit* II *P*  *pr.* generatione *AGMNOPR, alt. AN*  26 sinagoga *APR*  habet *O*  est] et *N*

ueteri testamento, quae fuit ante in populo Iudaeorum; notus enim in Iudaea deus. deus autem ueritas est, ergo in Iudaea ueritas. fuit igitur ueritas in patribus, Moyse et Iesu Naue, in Samuhel, in Dauid, Helia, Heliseo et in illis septem milibus uirorum,
2 qui non curuauerunt genua Baal. sed quia posterior suboles Iudaeorum a patrum moribus deuiauit, recessit ab illis ueritas et ad ecclesiam uenit. recessit enim ab illis, quando dixerunt de domino Iesu: tolle tolle, crucifige eum; tradiderunt enim ueritatem et elegerunt iniquitatem. omnes ergo aliae generationes ueritatis exsortes, omnium haereticorum generationes non tenent ueritatem.
3 sola ecclesia ueritatem pio affectu possidet, quia generatio Iudaeorum, quae ante eam possidebat, amisit. populus ergo Iudaeorum prior fidei generatio et ideo infantior et infirmior, qui lubrico adulescentiae stare non potuit. populus autem christianus fidei secunda generatio, ideo robustior et uenerabili maturior senectute. illa generatio legis, haec gratiae. unde et alibi ait: in generationem et generationem adnuntiabit ueritatem tuam.

20. Sequitur uersus tertius: *fundasti terram et permanet. dispositione tua permanet dies.* quomodo fundauerit deus terram, scriptura nos docuit dicente propheta: deus sapientia fundauit terram, parauit autem caelos in intellectu. terra ergo tamquam fundamentum est, in qua consistimus, licet ipsam uel in hemicyclio caeli esse et is qui foris est sermo concelebret et scriptura significare uideatur dicente Iob: suspendens terram in nihilo.

1 Ps. 75, 2  4 cf. III Reg. 19, 18  8 Ioh. 19, 15  16*Ps. 88, 2  18 Ps. 118, 90  19*Ps. 118, 91  21*Prou. 3, 19  25*Hiob 26, 7

1 antea *O*  3 hiesu *AGMR*  4 Samuhel] *add.* et *AOR*  uirorum *om.N*  5 genua] *add.* ante *Ta*  sobolis *GMN* soboles *OPRm1av*  6 patribus *P*  8 crucifige *bis Na*  9 ueritates *Pm1*  10 exsortes] *add.* sunt *Mm2*  12 qui *Pm1*  eam *om.b*  13 infirmior et infantior *P*  quia *a*  adolescentiae *GMNOPRav*, *add.* gressu *N*  15 uenerabilis *codd. praeter O, a, add.* quia *Tm2a*  illa] *add.* ergo *N*  16 gratia *Mm1*  et *om.O*  *pr.* generatione *NOP*  17 adntiabit (d *s.l.*) *A* annuntiauit *Pm1* adnuntiabunt *GMOv* annunciabo *a*  18 uersus *om.NPa*  tertius] III *GOPR*, *om.Na*  19 dispositione—dies *om.GM*, *cf. p. 266, 19*  22 in *om.O*  ergo] autem *Na*  23 uel *om.ORv*  emicyclio *AT* emiciclio *N* hemisciclio *GM* (cli *ex* di) emyciclio *O* emiscyclio *PR* hemicyclo *av*  24 his *OPm1Rm1*  25 suspendis *APm2* suspendes *GMPm1* suspendas *R*

includitur ergo orbe caelesti et ideo sol noctibus non uidetur, quia 2
gyrando in inferiore inuenitur orbis parte caelestis. sed non est cura
sanctis axem caeli et elementorum spatia philosophico more nume-
rosque describere — quid enim hoc prodest saluti? —, quia sancti
spiritalibus semper intendunt et uitae aeternae profutura uel cogno-
scere gestiunt uel docere.

21. Denique hunc locum pulchre nobis aperuit Ecclesiastes spi-
ritalem esse, non materialem, dicens: quae abundantia
homini in omni labore suo quo laborat sub
sole? generatio uadit et generatio uenit et
terra stat in saeculum, hoc est: quae abundantia spiri-
tali homini laboranti sub sole iustitiae? et subiecit: generatio
uadit et generatio uenit. uadit generatio, quia diui-
tes eguerunt et esurierunt. qui ante abundabant gratia, 2
postea tamen propter perfidiam suam egere coeperunt. qui autem
pauperes erant populi nationum, iam per fidem Christi satiantur et
abundant, sicut scriptum est: edent pauperes et satura-
buntur. audierunt enim dicentem: abundantes in omni
bono, non in pecuniis utique, non in auro et argento, sed in
omni uerbo, inquit, et cognitione, et alibi ait: in
diuitiis simplicitatis. hae diuitiae sunt salubres; nam 3
copiae saeculares salutem adferre non possunt. qui autem habuerit
abundantiam spiritalem, huius terra fructifera stat in saeculum bene
fundata radice uirtutum, uel anima utique bonos germinans fructus
uel caro nullis cupiditatibus mobilis ad prolapsionem.

22. Hanc terram circuit sol iustitiae salutaris, de quo scri-
ptum est: et oritur sol et occidit et in locum
suum trahit; ipse oriens illuc uadit ad
austrum et gyrat ad aquilonem; gyrando
gyrat spiritus et in gyros eius conuertitur

8*Eccle. 1, 3—4 12 cf. Mal. 4, 2 *Eccle. 1, 4 13 Ps. 33, 11 17 Ps. 21, 27 18*I Cor. 1, 5 20*II Cor. 8, 2 26 cf. Mal. 4, 2 27*Eccle. 1, 5—6

1 noctibus *om.O* 2 girando *NOP* in *om.AR* 7 pulcre *Om1* 9 quo *Nm2Oav* quod *cet.* 11 stat terra *N* 17 edunt *Pm1* 19 bono] uerbo *av* 20 inquid *Pm1Rm1* 21 hae] et *R* 24 bonos utique *Nav* 25 mobiles *Pm1* 26 circumit *A* 27 *pr.* et *om.A* 28 trahit (ἕλκει) *MOv* uadit *cet. a* 29 girat *et cet. fere per i codd.*

spiritus. oritur sol iustis, occidit autem iniustis; oritur
2 tranquillitati piae mentis, occidit iracundiae. unde ait: sol
non occidat super iracundiam uestram.
hinc potest colligi, quia isdem oriatur et occidat, quorum et
uitia sepeliat et inluminet gratiam. mortuus est enim peccato,
ut deo uiueret, hoc est: peccato sumus in illo mortui, ut deo in per-
petuum uiueremus. uide ipsum mysterium praenuntiatum: et
oritur, inquit, sol et occidit et in locum suum
3 trahit. hoc est quod ait dominus: cum exaltatus fuero,
omnia traham ad me ipsum. traxit enim ad se omnium
studia, ut uel peccata nostra crucifigeret uel bonum ingenium ad
iustitiam prouocaret. aduerte quemadmodum trahat ad se: pater,
uolo ut ubi ego sum et isti sint mecum, et ad
latronem ait: hodie mecum eris in paradiso. aduerte
quomodo omnia trahat: exaltatus est cruce et totus credidit
mundus.

23. Ipse oriens, inquit, uadit ad austrum et
gyrat ad aquilonem, ille utique oriens, qui ait: oriens
nomen est mihi, qui semper oritur piis, numquam occidit.
ipse oriens populo Hebraeorum ad austrum iuit, ad molliorem po-
pulum luxuria magis feruentis corporis lubricum quam impietatis
inmanitate praedurum, aut certe ad nobiliorem plebem, quae erat
genus electum uindicans sibi patriarcharum prosapiam. sed quia
perseuerabat in uitiis nec emendabat errorem, ideo sol iustitiae gy-
rauit ad gentes, quae ante eloquiis caelestibus defraudatae inmanes
et ignobiles habebantur; aquilo enim grauis uentus ut populus na-
2 tionum. sed qui erant graues ante perfidia, nunc super aquilas

2 Eph. 4, 26 5 cf. Rom. 6, 10 7*Eccle. 1, 5 9*Ioh. 12, 32 11 cf. Rom. 6, 6 12*Ioh. 17, 24 14 Luc. 23, 43 17*Eccle. 1, 5—6 18*Zach. 6, 12 23 cf. I Petr. 2, 9

1 autem *om. O* 3 occidit *Mm1Nm1* 4 intellegi *Ma* hisdem *NPm1Rm2* oritur *codd. a* occidit *MNOa* 5 gratiam illuminat (-et *a*) *Na* 6 *pr.* in *om. N* *alt.* in] im *R* perpetuo *AGMm1PR* 8 inquid *Pm1* 12 quomodo *M* 14 paradyso *AMR* 15 quemadmodum *M* est] *add.* in *Mm2NPm2a* 20 iudeorum *O* molliorum *Mm1* 21 luxoria *Rm1* feruente *M* immanitatis impietate (-em *a*) *NTa* 23 uindicari *A* prosapia *R* 24 perseuerauit *O* emendauit *O* 25 iminanes *Rm1* inanes *Rm2T* 26 grauis] *add.* est *ORm2* populum *Mm1* populi *NPTa* 27 ante] *add.* in *M* (*s.l.*) *NPTa*

leuiores facti sunt fide atque pietate, posteaquam uenit qui diceret: ab aquilone adduc, et in euangelio: uenient ab oriente et occidente et ab aquilone et austro et recumbent in regno dei. et ecce sunt nouissimi qui erant primi, et sunt primi qui erant nouissimi. denique et ipse psalmista ait: mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni, hoc est: qui erant aquilonis latus, populus factus est regis aeterni qui solus magnus est dominus.

24. Sed forte dicas: 'quomodo in Canticis est: exsurge, aquilo, et ueni, auster?' plerique enim accipiunt, quasi proiciatur aquilo et inuitetur auster. quodsi ita accipiunt, exturbatur ab ecclesia perfidiae glacialis asperitas, ne fiat fuga nostra hieme uel sabbato, et inuitatur australis uerna temperies. aut certe ex- 2
surge, aquilo hoc est: surge qui dormis et exsurge a mortuis; populus nationum, qui diu ante dormisti, euigila aliquando, et inlucescet tibi Christus. postremo omnes inuitantur ad ecclesiam, et synagogae populus et gentilium, sed prius synagogae, quia priores ex Iudaeis apostoli crediderunt, per ipsos postea nationum populi congregati sunt.

25. Uide ergo uenientem solem nostrum ad austrum postea gyrantem ad aquilonem. Hierusalem Hierusalem — uenit utique ad eam quam etiam uocare dignatus est, sed haec Hierusalem terrena est, quae occidit prophetas, hoc est synagoga Iudaeorum —, quotiens, inquit, uolui congregare filios tuos sicut gallina pullos suos, et noluisti. ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. gyrauit igitur se ad gentes, gyrando autem gyrauit spiritus dei et 2

2*Esai. 43, 6 *Luc. 13, 29—30 7 Ps. 47, 3 9 cf. Ps. 94, 3 10. 14*Cant. 4, 16 13 cf. Matth. 24, 20 15 Eph. 5, 14 22*Matth. 23, 37—38

1 postquam *Nm2a* 3 ab *om. NOm1P* 4 recumbent] *add.* cum Abraham (habraam *G*) *GOv* in regno dei cum habraam *M* 7 syon *NOPa* 8 latus aquilonis *O* 9 quia *OPTa* est magnus *NPav* 10 est] *add.* dictum *a* exurge *GMOPa* 11 enim *om. M* 14 exurge *MNOPa* 15 exurge *AMNOPa* 16 popule *Mm2* 17 et uigila *Mm1* 18. 19 sinagogae *AMPR* 20 nationum—21 postea *om. NT* 21 nostrum *om. O* 22 *alt.* Hierusalem *om. N* 24 sinagoga *AMOPR* 27 uobis *om. GMNPRa* 28 se *om. a*

in gyros suos conuersus est, ut fieret deus omnia et in omnibus.
ideo sanctus caelum dicitur, quia uicinior eum claritas solis semper
inlustrat; habet splendorem suum domesticum, ut tenebras noctis
non sentiat. ideo ecclesia et caelum dicitur et mundus, quod habeat
sanctos angelis et archangelis conparandos, habeat etiam plerosque
3 terrenos. dicitur et orbis terrarum, qui est fundatus super maria et
super flumina praeparatus. denique quasi orbis terrarum dicit ecclesia: *nolite aspicere me, quoniam fusca sum, quia non respexit me sol*, eo quod uelut pruinis hiemalibus geluque constrictam gentilis erroris congregationem gentium sol iustitiae diu indignam aestimauerit quam serena uultus sui luce
4 lustraret. nonne tibi uidebatur hiberni rigor temporis, quando notus erat in Iudaea tantummodo deus? nunc autem plenitudo lucis fulget aestiuae, quando omnia et in omnibus Christus. nonne *terra domini et plenitudo eius?* et uere orbis terrarum in ecclesia, in qua non Iudaeus tantummodo aut Graecus, non barbarus aut Scytha, non seruus aut liber, sed omnes in Christo unum sumus. sol omnibus fulget, dies omnibus lucet.

26. Ideoque ait: *dispositione tua permanet dies*. nam nisi ita accipias, quomodo permanet dies, cum post breue momentum diei sequatur occasus et fiat noctis successio? sed sunt quibus semper dies est, illis utique quibus adest Christus, qui dicit: *ambulate dum lucem habetis*. hic est dies quem uidit Abraham, dies remissionis peccatorum, de quo legis: *hic est dies quem fecit dominus; exultemus et laetemur in eo*. sunt ergo sancti quibus sol numquam occidit, quia dominus lux eorum est, sicut scriptum est: *et erit illis dominus lumen aeternum*.

27. Et expressit causam permanentis diei atque subtexuit: *dispositione*, inquit, *tua permanet dies*, *quo-*

1.14 cf. I Cor. 15, 28 6 cf. Ps. 23, 2 8*Cant. 1, 6 (5) 12 cf. Ps. 75, 2 14*Ps. 23, 1 16 cf. Gal. 3, 28 19*Ps. 118, 91 23 Ioh. 12, 35 cf. Ioh. 8, 56 25*Ps. 117, 24 27*Esai. 60, 19 30*Ps. 118, 91

1 gyros suos *O* gyro(giro) suo *cet. av*, *cf. p. 263, 30* 4 sanctos habeat *O* 5 habet *a* 7 dicit ecclesia *om. A* 9 non *eras. T* 13 fulgit *Rm1* effulget *Nav* 14 in terra dominus *O* 17 scita *ANOR* scitha *GMP* 19 ait *om. N* 22 adest] idem *A* id est *R* Christus adest *Nav* 23 qui *om. A* 25 haec *et* quam *O* 26 ea *MO* 29 et *om. NTa* 30 inquid *M*, *om. v* tua inquit *O*

*niam uniuersa omnia seruiunt tibi.* uidetur itaque
significare futurum illud, quando nox non erit amplius
et non indigebitur lucernae uel solis lumine,
quoniam dominus inluminabit eos. qui sint illi, 2
supra ait dicens: et serui eius seruient ei, hoc est:
domini facient uoluntatem. nunc enim non omnes seruimus; cum
autem tradiderit regnum deo et patri, tunc erunt subiecta omnia
ei qui sibi uniuersa subiecit, adquirens omnium fidem per unigeniti
passionem. subiectio igitur mentium facit sedulam seruitutem. ergo 3
cum omnes crediderint in dominum Iesum, tunc uniuersa deo ser-
uient, ut sit deus omnia et in omnibus. nunc autem
non omnes serui dei, quia plerique serui peccati; qui enim pec-
catum facit, seruus est peccati. dominus autem non
uult cum aliis consortium habere dominatus; permanet ergo dies
inmutabilis. potuit dicere 'permanebit', sed prophetis futura pro
praesentibus praesto esse uidentur in spiritu.

28. Sequitur uersus quartus: *nisi quia lex tua medi-
tatio mea est, tunc forsitan perissem in humi-
litate mea.* lucebat propheta ut dies, cui meditatio lex erat; ete-
nim oleum luminis accipiebat ex lege. denique ne corpore mortis
lux diei posset extingui, ambulabat in lege et ideo ambulabat in
lumine. alioquin perissem, inquit, in humilitate mea.
humilitas non semper uirtutis est, sed est etiam adflictionis, hoc est 2
non semper uoluntaria, sed quae etiam ex necessitate suscipitur,
quando aliqua adflictione temptamur. alioquin nemo perit in humi-
litate, quae magis seruare consueuit. ergo quando in adflictionis
tempore sumus et quatimur aduersis, meditatio nobis in lege sit,
ne inparatos procella temptationis adfligat. athleta nisi exercitio 3

2*Apoc. 22, 5 5*Apoc. 22, 3 6 cf. I Cor. 15, 24.28 11*I Cor 15, 28 12*Ioh. 8, 34 17*Ps. 118, 92 21 cf. Ps. 118, 1 22 Ps. 118, 92

1 omnia *AR*, *om. cet. av* utique *N* 2 futurum *om. R* 3 indigetur *AR* 4 sunt *MNa* 6 uoluntate *O* 7 subiecta erunt *Nav* 8 ei] eius *AR* 10 crediderunt *Pm1* 12 facit peccatum *O* 15 potuit] *add.* ergo *av* 17 uersus *om. NPRm1* quartus] IIII *Am1GOR om. NP* quia] quod *NP* 18 me *P* 19 lucebit *Om1* erat lex *M* 20 ne] *add.* in *a* 21 possit *AGMNa* et *om. Av* 22.25 alioqui *A* inquit, periissem *av* 23 sed est] sed *ORav* 24 quae] quia *AR* etiam quae *Na* etiam *om. M* 25 poterit perire *N* 27 in aduersis *M* 28 adhleta *AMR*

palaestrae prius fuerit adsuefactus, non audet subire certamen.
ungamus igitur oleo lectionis nostrae mentis lacertos. sit nobis tota
die ac nocte exercitii usus in quadam caelestium scripturarum pa-
laestra artusque animorum nostrorum salubris spiritalium ferculo-
rum esca confirmet, ut, cum aduersarius adsistere coeperit et pul-
uere nos suae temptationis asperserit, stemus intrepidi, nitamur
4 non ut in incertum nec ut aera caedentes. melius percutimus uer-
berati, si percutienti maxillam alteram praebeamus, si uindictam
non requiramus, sed ei, qui dixit: mihi uindictam, ego
retribuam, causam uindictae integram reseruemus. caedimus
aerias potestates, si nos ipsos castigare nouerimus. castigabat carnem
suam Paulus, ut aduersarios uerberaret, et seruituti redigebat cor-
5 pus suum, ut dominaretur inimicis. exerceamur igitur indefesso me-
ditationis usu, exerceamur ante certamen, ut simus certamini semper
parati, et cum frequentior aduersarii ictus ingruerit nunc inopia
nunc rapina nunc orbitate nunc corporis aegritudine nunc maerore
animi nunc terrore mortis et acerbitate poenarum, dicat unusquisque
nostrum qui potuerit sustinere ac perpeti: nisi quia lex tua
meditatio mea est, tunc forsitan perissem in
humilitate mea.

29. Quanta simul coaceruata sunt, ut illa adflictione Iob sanctus periret! sed quia patriarcharum moribus informatus oraculorumque caelestium et naturalis legis erat institutione formatus, ideo in temptationibus tantis perire non potuit. denique cum amisisset tam amplas subito facultates, carissimos filios, quasi is, cui meditatio cotidiana esset in lege diuina, ait: nudus exiui de uentre matris meae, nudus ibo eo. dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit, ita factum est; sit nomen domini benedictum.

7 cf. I Cor. 9, 26 8 cf. Matth. 5, 39 9*Rom. 12, 19 11 cf. I Cor. 9, 27 18*Ps. 118, 92 26*Hiob 1, 21

2 unguamus *A* ungamur *O* 4 salubri *O* 7 ut in incertum nec *om. NT* 9 et ego *Rm2v* 11 aereas *PR* 13 inimici *b* 14 ante *om. O* 15 et] ut *AR* aduersariis *N* 17 animi—terrore *om. N* 19 tum *b* forte *O* 21 coaceruati *Mm1* coacerbata *Pm1R* ut] *add.* in *ORav* 22 informatis *Mm1* 23 firmatus *Pm2* 24 amisset *A* subito tam amplas *O* 25 karissimos *MP* 26 cottidiana *G* uentre] utero *MOv* 27 eo *om. AOR*

perfusus etiam corporis totius ulceribus cum temptaretur uxoris 2 alloquiis, qui meminisset Adam sic esse deiectum, dum propriae credit uxori, respondebat: sicut una ex insipientibus mulieribus locuta es. quodsi illam quasi sapientem uoluisset audire, ipse sapiens non fuisset. temptatus etiam diuersis alloquiis amicorum cum fidei stabilis inmobilisque patientiae praemia meruisset a domino, nonne dicebat: nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea?

30. Quam grate hoc dicit hodie qui in martyrio plurima flagella sustinuit eculeo et ungulis, plumbo, lamminis ardentibus, gladio conprobatus! potuit enim perire, nisi meditatus in lege grauiora praesentibus futura supplicia credidisset.

31. Quanta sanctus Ioseph pertulit, quam acerba, quam dura! primum fratrum odia, degeneris seruitutis aerumnas, parentibus defraudatus, ablegatus exilio, negotiatorum uernula et Aegyptii ignobilis uile mancipium. quae potuit nobilis prosapiae puero grauior esse temptatio, quam ut tanto familiae splendore deiectus seruiret apud Aegyptios? est consolabilis seruitus seruire uel iustis; 2 aequitate domini leuatur iniuria seruitutis. tanto igitur genere deiectus satis gratum habebat, si ministro regio suum obsequium probaretur. ne hoc quidem satis fuit ad temptationis acerbitatem. redit aduersarius ad suas artes notasque uires suas omni fraude commouit, ut per mulierem laqueos innoxiae necteret conscientiae. concitauit 3 in eum libidinis stimulis uxorem domini sui, quae adulterinos a seruulo concubitus flagitaret, ut, si adquiesceret, crimen impleret, si recusaret, incideret offensam, nexum calumniae non euaderet. denique trusus in carcerem et innocens inter noxios aestimatus ab eo

3*Hiob 2, 10  7*Ps. 118, 92  15 cf. Gen. c. 37 sqq.

1 perfossus *Pm2*  2 qui] cum *O*  menisset *P*  3 credidit *v*  respondit *GMNOav* respondebit *Pm1*  5 aduersis *AO*  6 fide *O*  paenitentiae *Am1GMm1Pm1RT*  8 forte *NO*  10 dicit *NORav* dicet *cet.*  plurima *om. O*  11 equuleo *v*  laminis *GMOPv*  gladioque *a*  12 conprobatur *PR*  13 subplicia *R*  15 primo *AOv*  19 aegiptios *P*  20 ledebatur *APR* uel loquebatur *s. scr. P*  21 ministerio *GM*  22 nec *Oab*  temptationum *A* temptationem *R*, *add.* et *Rm2*  23 totasque *a*  commouet *Mm2O*  26 flagitarit *PRm2*  adquiescerit *Gm1*  27 recausaret *Rm1*  nexum] noxam *G* noxiam *M*  28 carcere *APR*  exstimatus *O*

amplius coepit urgeri, cui fidem suam cum periculis praestitisset. sed quia contumeliae uirum frangere nequiuerunt, mutata est temptatio, longe asperior specie prosperorum; plurimos enim subplanta-
4 uerunt secundae res, quos supplicia acerba non fregerant. producitur e carcere nutu regio, interpretatur somnium, eligitur ut honore praestantior esset omnibus Aegyptiis, regi secundus esurientibus populis alimenta diuideret. obiciuntur ei fratres, qui eum ad seruitutis iniuriam non fraterno amore uendiderant, ut uel contumeliae et adpetitae salutis dolore temptatus excuteret germanitatis affec-
5 tum. sed uir iustus oblitus est contumeliam, cumulauit gratiam; eo se magis fratrem uoluit exhibere quo fratres ipse non fuisset expertus. denique hoc munere et patrem recepit et fratrem pia fraude quaesiuit. quid igitur aliud melius diceret sanctus Ioseph quam istud ad dominum: nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea?

32. Fertur prophetae cuidam — et plerique ferunt quod Esaiae in carcere posito —, cum mole inminentis urgeretur exitii, dixisse diabolum: 'dic quia non a domino locutus es quae dixisti, et omnium in te mentes affectusque mutabo, ut, qui indignantur iniuriam, absolutionem conferant'. sed ille gratius iudicauit pro ueritate supplicium quam pro adulatione beneficium. quod utique non fecisset, nisi meditatione legis fuisset exercitatus.

33. Sit nobis ergo cotidiana lectio pro exercitio, ut quae legimus meditemur imitari. in hac desudemus uirtutum palaestra, ut, cum increpuerint temptamenta, non tamquam inexercitatos, non tamquam expertes ciborum spiritalium et adtenuatos ieiunio lectionis temptationum tempus inueniat. quodsi athleticis epulis pastam animam nostram potuerit inuenire, si sit euangelicus sucus in nobis, si apostolicis escis maturitas nostrae mentis toros, animae robusta

14*Ps. 118, 92

1 urgueri *GMNP* cum *om.b* 3 prosperum *AR* 4 supplicii *A* 7 populus *Rm1* subiciuntur *Pm2* 11 eoque *v* fuit *T* 12 patrem] fratres *Gm2Mm2NPaμ* recipit *GMPm1* fratrem *AOb* patrem *cet. aμ* 15 forte *N* 16 isaiae *GMμ* esaia *a* 17 urgueretur *MR* exictu *A* exitu *G* 19 ad iniuriam *Pm2* 20 absolutiones (*alt.* s *s.l.*) *P* 21 adolatione *Mm1* 22 fuisset *om.NT* 23 ergo nobis *av* 24 ac *Rm1* 25 increbruerint (*alt.* r *s.l.m2*)*O* 26 inexpertes *Mm2Pa* spiritalium ciborum *Nav* et] ut *O* 29 mentis nostrae *O* thoros *MNOa* animaeque *a*

solidauerit, si frequenti meditatione memoria tenax praeceptorum caelestium parata ad tempus exempla deprompserit, nulla temptationum poterit nos perturbare congressio.

34. Sequitur uersus quintus: *in aeternum non obliuiscar iustificationum tuarum, quoniam in ipsis uiuificasti me.* lex secundum apostolum paedagogus est paruulorum, donec ad perfectae fidei maturiorem quandam ueniamus aetatem. in lege autem mandata sunt, iustificationes, testimonia, iustitiae, praecepta; uiuificamur ergo in lege, unde apostolus ait: lex autem non est ex fide, sed qui facit illam uiuet in ea. sed quia idem supra ait: quoniam in lege nemo iustificatur, intellegis utique quia iustificatio legis species est et imago, non ueritas. secundum ueritatem ergo et perfectionem nemo iustificatur in lege, secundum speciem iustificatur. ergo sanctus propheta, qui adhuc in legis iustificatione uiuebat, uidebat autem fulgorem euangelii, quasi memor ueteris disciplinae legi tamquam paedagogo utili gratiam reseruabat. considera aliquem excedentem ex ephebis in diuitiis et honoribus constitutum paedagogo suo honorificentiam reseruantem, cuius officiis informatum se esse cognosceret, ut maturiorem regere posset aetatem.

35. Monet siquidem etiam ipsa lex, ut his, qui nobis aliquando profuerint, nequaquam esse debeamus ingrati. nam sicut habemus in ueteri testamento, pascha celebratum est in Aegypti finibus, cum adhuc sub rege Pharao positi patres nostri deplorarent miserae seruitutis iniuriam, et postea liberati rursus in terra repromissionis pascha celebrarunt, superius ad commonitionem, posterius ad recor-

4*Ps. 118, 93 6 cf. Gal. 3, 24 10*Gal. 3, 12 11 Gal. 3, 11 23 cf. Ex. 12 26 cf. Ios. 5, 10—11

2 ad *om. ARm1* depromserit *AGOR* depromiserit *MN* 3 nos poterit *O* 4 uersus *om. NP* quintus] V *GOPR, om. N* 6 me] *add.* domine *a* 7 ad *om. A* perfectae fidei ad *PR* quandam *om. O* perueniamus *O* 8 iustificationis *O* 9 uiuificabimur *codd. praeter OPm2, a* unde] *add.* et *Ov* ait apostolus *av* 10 illam] illa *AGPR* 11 uiuit *GNPRm1a* 14 et] ad *MOv* 15 iustificationibus *MOv* 16 meror *AMRm1* 17 legis *a, om. N* utilem *M* seruabat *O* 18 ephebis *NOav* efebis *cet.* 19 reseruantem *Ov* reseruatum *A* reseruari *GMm1* reseruare *Mm2* reseruatam *NPRa, add.* habere *a* 20 cognoscit *GM* posset *ORm2v* possit *cet. a* 21 ut] et *Rm1* quae *NPTa* 22 profuerunt *a* debeamus esse *N* 24 farao *APR* pharaone *O* positis *A*

2 dationem. si quis ergo interrogat Hebraeum, qua ratione in Aegypto
celebratum est, respondebit: 'quia regi Pharao adhuc seruitutis uin-
culo obnoxii tenebamur, ille agnus patrum populum liberauit, ille
agnus uocauit ad libertatem, ille agnus maris profunda solidauit, ut
Aegyptum transire possemus. quotiens ergo pascha celebramus,
meminisse debemus ueteris seruitutis et nouae libertatis, quid fueri-
mus et quid acceperimus'. non enim potest plene quis intellegere quid
acceperit, nisi meminerit ante quid fuerit.

36. Non ergo obliuiscamur, quia dominus Iesus, agnus dei,
mundi hostia, soluit nos grauium nexibus delictorum, quibus Pharao
ille taeterrimus, non unius Aegypti, sed saeculi istius princeps, uin-
2 culo seruitii grauis nos tenebat adstrictos. non obliuiscamur in aeter-
num, ut, cum uenerimus in illam uere terram repromissionis, ubi est
regio uiuorum, meminerimus quanta hic nobis Pharao dirus intulerit,
quot perpessi in hoc simus saeculo, quibus tandem erepti malis, et
agamus gratias eripienti nos domino Iesu, qui perturbatorem om-
nium fecit esse captiuum.

37. Sequitur uersus sextus: *tuus sum ego, salua me, domine, quoniam iustificationes tuas exqui-
siui.* facilis uox et communis uidetur, sed paucorum est. satis
rarus est enim qui potest dicere deo: 'tuus sum'. ille enim dicit,
qui adhaeret deo totis sensibus, qui aliud cogitare non nouerit. ille
hac uoce utitur, qui potest dicere: ostende nobis patrem,
2 et sufficit nobis. numquid hac uoce utitur auidus pecuniae
honoris potestatis? multis non est satis deum scire, et quidem plu-
ribus. tanti populi, tantae nationes, tanti diuites paupertatem
putant domino seruire et qui supra omnes est, illis exiguus et

9 cf. Ioh. 1, 29    14 cf. Ps. 114, 9    18 *Ps. 118, 94    23 Ioh. 14, 8

1 interroget *Ov*    aegyptum *GPm1* aegypiti (*sic*) *M*, *add.* pascha *ORav*    2 regis *R*    pharaoni *Mm2O*    5 possimus *Mm1*    6 quod *Rm1*    7 *all.* quid] quod *AGPOm2T*    10 hostias *Rm1*    farao *AR*    11 teterrimus *codd. av*    unus *Rm2*    12 seruitutis *AR*    graues *Rm1*    asstrictos *O*    13 uerae *APm2Ra* ueram *NO*    15 quot] quid *MRm2* quod *Rm1Ta*    sumus *AGMPR* saeculo simus (sumus *N*) *Nav*    tamen *N*    ereptis *Pm1R*    et *eras. N*    18 uersus *om. NP*    sextus] VI *GNOPR*, *om. A*    ego *om. MNPa*    saluum me fac *O*    22 nouit *Oa*    23 ac *ARm1*    dicere] *add.* deo *N*, domino *a*    24 nobis *om. N*    ac *Rm1*    27 qui *Nm2Oav*, *om. cet.*

angustus est, illis non est satis dei filius in quo sunt omnia. denique 3 ille diues in euangelio, cui dictum est: s i u i s p e r f e c t u s e s s e, u e n d e o m n i a q u a e h a b e s e t d a p a u p e r i b u s, deum sibi non sufficere iudicauit. denique et contristatus est, quasi quod plus esset relinquere iuberetur, quod minus esset eligere. ille ergo dicit: 'tuus sum', qui dicere potest: e c c e o m n i a r e l i q u i m u s e t s e c u t i s u m u s t e.

38. Apostolorum itaque uox ista est, nec omnium tamen apostolorum; nam et Iudas apostolus fuit et in conuiuio Christi inter apostolos recumbebat. dicebat et ipse: 'tuus sum', sed uoce, non corde. uenit et introiuit in eum satanas et coepit dicere: 'non est tuus, Iesu, sed meus est. denique ea quae mea sunt cogitat, quae mea sunt, in pectore suo uoluit. tecum epulatur et mecum pascitur, a te panem accipit, a me pecuniam, tecum bibit et mihi tuum sanguinem uendit; tuus est apostolus et meus est mercennarius'.

39. Non potest dicere saecularis: 'tuus sum'; plures enim dominos habet. uenit libido et dicit: 'meus es, quia ea quae sunt corporis concupiscis. in illius adulescentulae amore te mihi uendidisti, in illius concubitu meretricis pretium pro te adnumeraui'. uenit auaritia et dicit: 'argentum et aurum quod habes seruitutis tuae pretium est; possessio quam tenes iuris tui emptio, uenditio libertatis tuae est'. uenit luxuria et dicit: 'meus es. unius diei 2 conuiuium pretium tuae uitae est; ille sumptus epularum tui capitis licitatio, tui est summa contractus et, quod peius est, caro emptus es, uilior cibo es tuo; pretiosior est unius diei mensa tua quam totius temporis uita. inter calices te redemi, inter epulas adquisiui'. uenit

1 cf. Rom. 11, 36 2*Matth. 19, 21 4 cf. Matth. 19, 22 6*Matth. 19, 27 9 cf. Matth. 26, 20 11 cf. Ioh. 13, 27

1 angustatus *APm2R* 2 cui dictum est in euangelio *N* esse] *add.* uade *O* 5 quod *om. AR* plus (pluris *a*) esset quod *NTa* plus esset] plura *P corr.* relinquere] *add.* et *AOR* iuberetur] *add.* quam *a* *alt.* esset *om. Na* 6 ille—7 sumus te *om. NT* quid *Rm1* potest dicere *NOav* relinquimus *Rm1* 11 sathanas *Oa* 12 ihm̄ (m̄ *in ras.*) *A* iesus *R* 15 tuus—mercennarius *om. N* *alt.* est *om. MOa* mercenarius *Mv* 16 saeculares *Rm1* tuus sum *om. AOR* 18 adolescentulae *codd. praeter A, av* mihi *om. N* 22 tuae *om. Gm1OR* luxoria *Rm1* 23 illi *Mm1N* 24 ligatio *GM* pollicitatio *Nm2* litatio *a* carne *MO* emptus es] *add.* precio *a* 25 tuo] tu *A*

ambitio et dicit tibi: 'plane meus es. nescis, quod ideo imperare te
3 aliis feci, ut mihi ipse seruires? nescis, quod ideo potestatem in te
contuli, ut meae te subicerem potestati? an ignoras ipsi domino
salutari dictum esse ab huius mundi principe, cum ei ostendisset
omnia regna mundi: haec omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me? ante ergo ipse subicitur qui alios uult
habere subiectos'. ueniunt omnia uitia et singula dicunt: 'meus es'.
quem tanti conpetunt, quam uile mancipium est!

40. Quomodo ergo tu, qui huiusmodi es, potes Christo dicere:
'tuus sum'? respondebit tibi ille: non quicumque dicit
mihi 'domine domine', intrabit in regnum caelorum, non quicumque dicit mihi: 'tuus sum', meus est. meus
plane es, si uocem non redarguat conscientia, si sermonem tuum
animus aut opera non refutent. ego non nego meum esse eum qui
ipse se non neget aut certe si pro me se ipsum sibi abneget. nolo habere seruulum pluribus dominis seruientem. nam quomodo meus est,
si mihi dicat uerbo 'tuus sum' et operibus neget et factis se diabolo
2 adiudicet et obstringat? non est meus quem libido succendit, quia
mea castitas est; non est meus quem cura spoliandi minoris exagitat,
quia mea integritas est; non est meus quem ira mobilis inquietat,
quia mea tranquillitas est; non est meus uini crapula temulentus in
lucem, ambitione gloriae saecularis ebrius in periculum, qui non
possit sobriae moderationis seruare uestigium. pax sum ego, litigare
non noui. quid mihi ad eum de quo ueniens diabolus dicat: 'meus est;

5*Matth. 4, 9 10*Matth. 7, 21 23 cf. Eph. 2, 14

1 tibi *om.NO* ideo *om.N* aliis imperare te *O* aliis te *av* 4 saluatori *Mm2Nv* 5 dabo tibi *v* 6 ipse *om.N* 7 dicunt singula *O* 8 quam] quid quam *Mm2* 9 huius mundi *AR* dicere christo *M* 10 dicent *PRm1* 11 hic intrabit *A* intrauit *Pm1* 13 es] est *AG* 14 animos *Rm1* nego] ego *A* 15 *pr.* se *om.O* negat *GMN* abnegat *N* 16 plurimis *a* es *a* (*sed* dicat) 17 diabulo *Rm1* 19 est castitas *Nav* minorē∗*N* minores *Pv* 20 integritas] largitio *GMNPTa* ira (i *in ras. m2*) *MOv* meror *AR* ora *G* mora *P* aura *Ta*, *om.N*; *cf. p.* 264, 2 mobilitatis *Ta* 21 in lucem] illuuie *Mm2NTa*, *om.G* 22 ambitionis *GMNPTa*, *add.* impurus *a* saeculares *Rm1*, *add.* cupidus *a* qui in periculum *v* 23 potest *NPTa* 24 noui] *add.* ut *GMNPRTa* ad *om.MNPTa* de] do *O* ueniet *GMPm1Rm1* ueniat *NOPm2av* et dicat *GMNOPRm1av*

nam mihi sua colla curuauit, mea in illo plura repperio, nomen sibi tuum uindicat et meum munus‘?

41. Non ergo est Christi nisi qui est alienus a crimine, non est
Christi nisi qui potest semper se Christi seruulum demonstrare.
nam si quis mutabilis est, ut ego aut maerore mutor aut indigna-
tione, uenit ira et dicit: ‘meus est; ante horam meus erat, spero quod
iterum meus fiat‘. uenit tristitia et dicit: ‘meus est; ante horam in 2
mea possessione fuit, in meo iure; erigere animum prae maerore non
poterat nec oculos eleuare et, si triste aliquid acciderit, ad me ilico
reuertetur‘. quis ergo est dei nisi qui potest dicere: *nihil mihi con-
scius sum?* ideo dicebatur Paulus apostolus Iesu Christi, quia
nulli alii obnoxius tenebatur. ego autem nunc dei mei sum, nunc
tristitiae, nunc iracundiae, nunc uerbi otiosi. et ideo qui plures do-
minos habet non potest uni dicere: ‘domine Iesu, tuus sum‘. unde 3
arbitror etiam de huius mundi dominis dixisse Paulum: *nam
etsi sunt qui dicantur dii siue in caelo siue
in terra, nobis tamen unus deus pater, ex quo
omnia et nos in illum, et unus dominus Iesus,
per quem omnia et nos per ipsum.* uerbi igitur
totus erat apostolus Paulus. ideo dicebat: *quoniam experi-
mentum quaeritis eius qui in me loquitur
Christus.* ille ergo dicebat: ‘Christi sum‘, et respondebat ei do- 4
minus: ‘meus es‘. qui uere dicit: ‘tuus sum‘, audit a domino: ‘meus
es‘. denique de ipso dominus ad Ananiam, cum mitteret eum ad sa-
nandum Paulum, ait: *uade, quoniam uas electionis
est mihi.* et quia perseuerauit Christi esse, quasi impleto certa-
mine coronam meruit inuenire iustitiae.

10 I Cor. 4, 4 11 cf. I Cor. 1, 1 13 cf. Matth. 12, 36 15 I Cor. 8, 5—6 20* II Cor. 13, 3 25 Act. 9, 15 27 cf. II Tim. 4, 8

1 reperio *GOPm2av* tuum sibi *O* 3 est ergo *MOav* ergo christi est *N* christo *Mm1* alienus est *N* 5 ego] *add.* qui *a* me merore inmutor *R* indignatione] *add.* non est christi *a* 6 quid *Rm1* 7 iterum *om. P* 9 nec *om. GMm1O* leuare *NPv* accederit *Pm1Rm1* 11 dicebat *codd. av, correxi* apostolus] *add.* domini nostri *a* 13 plurimos *M* 15 etiam] et *O* *def. A* huiusmodi *GMOav* huiusmodi mundi *N* 17 in terra—*p. 278, 25* consummatam *desunt in A* 18 illo *aμ* 20 quoniam] an *O* 21 illius *O* 22 ei *om. N* 23 uero *R* 24 annaniam *GRm1* 26 quia] qui *R* 27 iustitiae] *add.* tuae *R*

42. Recte ergo propheta dixit Dauid: tuus sum, qui sem-
per in domino mansit. et qua ratione dixerit 'tuus sum', addidit:
iustificationes tuas exquisiui, hoc est: nihil aliorum
quaesiui, sed id solum quod tuum est desideraui. alii quaerunt mo-
nilia pretiosa, ego solas iustificationes tuas quasi quaedam serta
2 iustitiae. alii domum ad domum, uillam ad uillam iungunt, quasi
soli habitare possint in terra hac, et elementum uolunt occupare
commune, alii possessionem aeris ipsius uindicare; mihi in tuis iusti-
ficationibus omne patrimonium est, nescio possidere nisi quod tui
iuris est, in tuis eloquiis spiritalis mihi cura refulsit argenti. mihi
portio deus est, tuus sum ego, quia pars mihi hereditatis non in
auro, non in argento est, sed in Christo Iesu.

43. Sequitur uersus septimus: *me expectauerunt pec-
catores, ut perderent me; testimonia tua in-
tellexi.* potest uox ista conuenire martyrio, in quo positus sanctus
iam de iudicio persecutoris egressus dicat: me expectauerunt
peccatores, ut perderent me, hoc est: adhibuerunt
omnia genera poenarum, omnes artes persuasionum, sed de pro-
posito abducere nequiuerunt; uicit fides uitae huius inlecebram cor-
2 porisque cruciatum. expectauerunt peccatores, ut de me triumphum
referrent; sed gratias Christo, qui mihi dedit de persecutoribus
triumphare. redite uicti qui sperabatis uos esse uictores, redite
deiecti qui ueneratis superbi. ubi est, mors, uictoria
tua? ubi est, mors, aculeus tuus? non tua iam, sed
nostra coepit esse uictoria, quia in te uincimus in qua antea uince-
3 bamur. bene ergo dicit martyr: me expectauerunt pec-
catores, ut perderent me. post momentum, immo
adhuc in corpore positus uidet deducentium choros, angelorum

1.3 Ps. 118, 94 10 cf. Ps. 118, 57 11 cf. Ps. 15, 5 13.16.26 Ps. 118, 95
23*I Cor. 15, 55

def. A 1 Dauid dixit *Oav* 2 deo *Oa* addit *a* 3 exquesiui *Rm1* 4 munilia *Mm1* 8 uendicare *MPm2a* 9 tui] in tuis *R* 10 spiritualis *GMNm1* specialis *Nm2* 11 mihi] meae *Rm2* 12 est *om. R* 13 uersus *om. NP* septimus] VII *GNOPR* 15 martirio *OR* 19 adducere *O* 21 de persecutoribus dedit *O* de *om. Pm1Rm1* 23 superbi *om. N* mors *om. GMNPRa* 25 coepit] quo (qua *Rm2*) coepisti *PR* qua] quae *Pm1Rm1* quo *Nm2Pm2* 26 igitur *O* martir *OR* 28 in corpore adhuc *av* situs *Ov* uidet] uelut *O*

gaudia — qui enim super unius peccatoris conuersione laetantur, quanto magis in passione iustorum! —, uidet gloriam et ait: me expectauerunt iusti, ut deducerent me, uidet dominum Iesum et ait: me expectauit Christus, ut coronaret me.

44. Aliter qui uult intellegere: multi, inquit, peccata persuadere atque ex pectore fidem extorquere conati sunt mihi, alius adulterium, alius hominis necem, alius oppressionem uiduae uel pupilli, alius aliud, et putabant me suis retibus esse capiendum. expectauerunt me, ut perderent contagione peccati, sed ego non inlecebris peccatorum mentem a studio diuinae cognitionis auerti nec intentionem meam, domine, a mandatorum tuorum serie declinaui, sed intellexi testimonia tua; si enim non intellexissem, peccatores me utique illi perdidissent. quae intellexi utique sensu, etiam operibus 2 secutus sum; neque enim nudus intellectus est, sed quem etiam facta testantur. denique beatus qui intellegit super egenum et pauperem. ille utique intellegit super pauperem qui largitur pauperi; nam quid prodest misereri inopis, nisi alimoniam eidem largiaris?

45. Sequitur uersus octauus: *omnis consummationis uidi finem, amplificum mandatum tuum ualde.* non possumus in omnibus uim Graeci sermonis exprimere; maior in Graeco plerumque uis et pompa sermonis est. τέλος dicitur Graece quod nos Latine et finem dicimus et consummationem; τέλος autem et consummationis ipsius finis est, sicut finis legis

1 cf. Luc. 15, 7  15 Ps. 40, 2  19*Ps. 118, 96  24 Rom. 10, 4

*def. A*  1 peccatores *Rm1*  conuersione peccatoris *M*  2 uidit *Mm2R*  3 iusti ut deducerent *Oav* peccatores ut perderent *cet.*  uidit *Mm2*  5 uoluerit *O* inquid *Pm1Rm1*  6 adque *Pm1*  ex pectore (peccatore *Rm1*) fidem *om. Ov* torquere *Rm1*  mihi *om. N*  7 pupilli] minoris *GM*  9 me *post* perderent *tr. N*  cogitatione *NTa*  10 a *OPm2v, om. cet. a*  11 tuorum *om. b*  12 intellegi *Pm1*  13 illi utique *O*  14 intellectus nudus *GM*  quem] sine quo *PR* 15 testantur] secuntur *N*  16 super pauperem] super egenum et pauperem *Na* 19 uersus *om. NP*  octauus] VIII *GNOPR*  20 amplificum] amplum *O* latum *P*  ualde] *add.* aliter amplificum mandatuum (*sic*) ualde *P*  21 in *om. NPm1*  23 *pr.* et *eras. M, om. N*  *alt.* et] ad *Nm1* aut *Nm2*  24 est finis *O* est legis *O*

2 est *Christus ad iustitiam omni credenti.* habes scriptum: *ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* consummatio ergo saeculi finis saeculi est, finis autem omnium Christus. consummationes autem multae. est consummatio, quando et resurrectio ad salutem; consummatum quoque opus dicitur perfectum opus; consummata malitia dicitur, id est plena, cui nihil desit ad studium et artem nocendi; est consummatio hominis et multae consummationes, donec ad perfectum ueniat.

46. Legimus ergo et consummationem saeculi, legimus et finem. de consummatione saeculi supra posuimus exemplum, quam sequitur resurrectio; *sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificabuntur.* post resurrectionem consummatio, *unusquisque autem in suo ordine; primitiae Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis, cum tradiderit regnum deo et patri, dum euacuauerit omnem principatum et potestatem.* ergo consummationem saeculi sequitur finis iuxta apostolum; unde colligitur, quod sequatur finis omnem consummationem.

47. *Mundus in maligno positus est,* ut dixit Iohannes. ergo et saeculum in maligno est, mundus plenus peccati. consummauerat malitiam suam mundus, sicut consummauerat Saul, cuius uidens consummatam malitiam Ionathan filius in Dauid prophetam eidem nuntiauit, ut declinaret et fugeret. est ergo consummatio malitiae consummatio peccatorum. uenit *agnus dei qui tollit peccatum mundi,* qui est Christus
2 Iesus, finis legis, principium et finis et remissio peccatorum. hunc

2 Matth. 28, 20 12*I Cor. 15, 22—24 22 I Ioh. 5, 19 25 cf. I Reg. 20 27 Ioh. 1, 29 29 cf. Rom. 10, 4. Apoc. 1, 8. Eph. 1, 7

*def. A* 2 sum] *add.* omnibus diebus *a* 4 Christus] *add.* est *M* *alt.* autem *om. P* 5 et *om. GMOv* resurrectio] *add.* est *GOv* 9 ueniant *N* perueniat *OR* 10 *pr.* et *om. N* *alt.* legimus *om. O* 14 commutatio *Ma* 16 hii *GMOPm1* his *R* ii *v* 18 dum] cum *MNOab* 23 et *om. R* 25 malitiam consummatam *O* malitiam] *pergit A* ionatham *O* Ionathas *av* in *om. AR* 26 prophetae *AR* (-ae *in ras.*) idem *A* 27 uenit—29 peccatorum *om. N* 28 tulit *GMPTav* peccata *Am1GMTa*

finem consummationis propheta uidit in spiritu, qui consummatum saeculi aboleret errorem, uidit sanguine eius diuersa omnium peccata mundari. bene ergo dixit: *omnis consummationis uidi finem*, hoc est: uidi consummati adulterii remissorem, uidi consummatae luxuriae atque lasciuiae, consummatae crudelitatis atque saeuitiae, omnis postremo flagitii per crucem suam delicta donantem.

48. Est etiam consummata uirtus et consummata sapientia, consummata iustitia, sed habet finem. finis uirtutum omnium Christus, qui *finis est legis ad iustitiam omni credenti*. uides quia finis est fidei. bene ergo ait: *omnis consummationis uidi finem*.

49. Nunc, quia consummationis finem agnouimus, agnoscamus quid sit: *latum mandatum tuum ualde*. legimus quod angusta sit porta, per quam ingrediantur qui aeternae uitae fructum adipiscuntur. rara enim uirtus, difficilis passionum tolerantia, plures qui saeculi huius spatiosa sectentur, qui dicant: angusta et arta nobis est uia quae ad deum ducit; conterimur in illa, relinquamus eam. quomodo ergo dicit propheta latum mandatum dei 2
et ualde latum? ideo, quia angustae uiae latum mandatum necessarium est. denique hic ipse propheta ait: *in tribulatione dilatasti mihi*, et iterum: *in tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine*.

50. Haec latitudo mandatorum caelestium cor prophetae dilatat, dilatabat et apostoli. denique ipse dicebat: *os nostrum patet ad uos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est*. dispensando enim mandata caelestia cor suum dila-

3.11 Ps. 118, 96 10 Rom. 10, 4 14*Ps. 118, 96 17 cf. Matth. 7, 14 21 Ps. 4, 2 22*Ps. 117, 5 25 II Cor. 6, 11

1 uidit propheta *MNav* 3 consummationis—5 uidi *om. N* 5 luxoriae *Rm1* 8 et *om. GMNOav* 9 omnium uirtutum *av* omnium Christus est uirtutum *N* 11 quia] qui *AR* 14 tuum *om. GMm1OPR* 15 terrenae *AGM* 16 adipiscantur *Rm1a* uirtus] *add.* et *Ov* difficilis] *add.* est *a* 17 plures] *add.* sunt *ARm2av* sectantur *GMN* 18 dominum *av* conuertimur in illam *N* 20 angusta uia *a* 21 hinc *ARm2* 23 latitudinem *O* 25 dilatat] dilatauit *N* dilatabat *a, om. Ov* denique] *add.* et *Oav* nostrum] meum *N* 26 o *om. MPRm1* corinthi *MN* 27 dispensandum *Am1* caelestia mandata *av*

tauerat et, quod ante persecutionis perfidia coartabat, hoc Christi
2 amplificauit gratia. et qua ratione latum mandatum? ne nos coarta-
remur angustiis mandatorum, unde ait: non coangustamini
in nobis. si hoc Paulus, quanto magis Christus qui clausa resera-
uit! ergo dicit: nolo coartetur in me populus meus. in angusto
uirtutum tramite debet latitudo praecepti mei uiantibus esse so-
lacio, ne quis deficere possit aut conteri.

51. Ambulemus ergo in dei mandato, quia satis latum est. est
enim mandatum sapientiae quae in exitu canitur, in
amplis autem fiducialiter agit; πλατεῖα enim
Graeci sermonis est, quae Latine dicitur latitudo. dilatemus igitur
cor nostrum, ut recipiamus apostolicae uim sententiae, qui ait:
2 capite nos. recipiamus ergo eius sermones in cor nostrum, in-
duamus uiscera misericordiae benignitatem humilitatem patientiam.
o homo, quam latus es, si ad amplitudinem praeceptorum caelestium
sinum tuae mentis expandas! quam latum mandatum est caritatis!
diligite, inquit, inimicos uestros. omnes utique
affectu caritatis inclusit qui non exclusit inimicos; quis enim uide-
3 tur exceptus, cum recipiatur inimicus? unde apostolus: si fieri,
inquit, potest, cum omnibus hominibus pacem
habentes. non potest hoc Iudaeis dici, non gentibus, ut cum
omnibus pacem habeant. illi uix suos diligunt, christiano etiam
inimicos non licet non amare. christianum cum dico, perfectum
dico; in Christo enim plenitudo diuinitatis est, cuius nomen usur-
4 pas. qui uocabulum geris, interpretationem uocabuli perfectionem-
que cur refugis? audi latum mandatum: benedicite eos

3*II Cor. 6, 12 9*Prou. 1, 20 13 II Cor. 7, 2 17 Matth. 5, 44 19 Rom. 12, 18 24 cf. Col. 2, 9 26*Rom. 12, 14

1 perfidiae *ARm1* 2 coartemur *NOv* 3 angustamini *Om1* angustiamini *Om2v* 5 dicit *om. N* nola *Mm1* 6 solatio *Am1GMNOPm1Rav* solatium *Pm2* 8 satis] salutis *AR* 9 enim] *add.* latum *Oav* sapientia *a* 10 amplis] plateis *Ov* ait *R* placia *A* platia *Pm1* platea *cet. a* enim] autem *O* 11 dilatemur *AGPm1R* 12 qui] quae *av* 13 uos *N* 15 quam] quia *Am1Rm1* 16 mentis tuae *Aav* caritas *NT* 17 utique] que *APm2R* qui *Pm1, om. GMO, add.* in *GMOv* 19 apostolus] *add.* ait *a* 20 inquid *Pm1Rm1* 22 christiano—24 dico *om. N* 24 plenitudine *Rm1* 25 *pr.* uocabulo *Pm1* interpretationis *Rm1* 26 quur *AR* latum *om. N* eos qui persecuntur] persequentibus *O*

qui persecuntur uos et nolite maledicere. iste, qui latum dicit esse mandatum, probauit supra dicens: illi quidem detrahebant, ego autem orabam. quid oras, Dauid, dicito nobis ipse. sed dixisti; legi enim dicentem: maledicent illi, et tu benedices.

## XIII.
## LITTERA MEM.

1. Incipit littera tertia decima quae dicitur ‘Mem‘, quod sonat in Latino ‘ex intimis‘ et, ut alii, ‘ignis ex ultimis‘, et utrumque non discordat a textu. nam statim primus uersus internorum uiscerum caritatem exprimit, quae utique ex ultimis procedit medullis et quodam nexu caloris inplicatur ossibus.

2. Denique in Threnis Hieremiae textus litterae huius hoc con-
tinet: ex alto suo misit ignem in ossibus meis.
bonus ergo deus, qui nobis inmittit unde diligentes eum meritum
sub conspectu eius inuenire possimus. quem mittat ignem, ipse nos
doceat: ignem ueni mittere in terram, et quid
uolo nisi ut iam accendatur? bonus ignis quem 2
desiderat omnium saluator accendi, cum praesertim ipsum deum
legerimus ignem esse, qui nostra peccata consumit intimisque
pectoribus [sui] diuinae cupiditatem cognitionis infundit atque

2*Ps. 108, 4 5 Ps. 108, 28 14*Thren. 1, 13 17*Luc. 12, 49 20 cf. Deut. 4, 24

1 persequuntur *AGMav* iste] *add.* ipse *Ov* 3 quidem *om. GMNTa* 4 oras] orabas *GMOav* ipse nobis *O* lege *A* 5 benedices] *add.* Explicit (*om. A*) de littera XII *AR* Incipit de (*om. A*) littera XIII quae dicitur (*haec omnia om. NTa*) mem quod (Mem littera *NTa*) sonat in latinum ‘ex intimis‘ et (uel *a*) ut alii ‘ignis ex ultimis‘ *ANPRTa, om. GMOv, add.* et hieronimus ‘ex ipsis‘ *AR* (*cf. Hier. epist. 30, 5*); *deinde add.* Mem (Hem *O*) littera tertia decima (XII *M* XIII *R*) significat in alio interprete ‘uiscera‘, in alio ‘ex ipsis‘ *AGMORv, om. NPTa* 11 intimis *Ov* (*cf.* intimis uisceribus *12, 16; 13, 22;* intima medullarum *12, 17; 15, 39*) procedit ex ultimis *GM* 13 eius *GMm1PR* 14 in *om. PRa* 15 inmittet *Pm1Rm1* 17 terra *Om2Pm1* 18 ut iam *Mm2Rm2* ut *AGOPm2av* ia *Pm1* iam *cet.* 19 saluator omnium *O* 20 consumet *GMm1Pm1Rm1* consumat *Mm2NPm2Rm2av* 21 pectoribus] *add.* nostris *Ov* sui *inclusi* suae *GMOv* suis *Rm2Tm2a, om. cod. Monac. 2564 saec. XII* cupiditate *G* agnitionis *a* infundat *GMNOPRav*

inradiat in nobis cor nostrum, cum legimus diuinarum seriem scri-
pturarum, si forte aliquid, quo aperiantur propheticae lectionis
3 occulta, intellectu adsumimus spiritali. hoc igne Cleopas cor suum
dicebat ardere, cum ipsi et socio eius Christus scripturas aperiret.
de hoc igne dixit dominus in libro Ezechiel: *ecce proficiscar in Hierusalem et exsufflabo in uos in igne irae meae, ut tabescatis a plumbo et ferro et reliquis materialibus*. profunda in uerbis usitatis uidemus
4 mysteria, totum hoc spiritale. quibus precibus emerear ut ueniat
dei uerbum, intret ecclesiam, fiat ignis consumens, ut exurat faenum et stipulam et quicquid est saeculare consumat, graue plumbum iniquitatis, quod in plerisque est, liquefiat igne diuino et ferreus quidam peccati rigor superno mollescat incendio, meliorentur uasa aurea et argentea, ut omnis sapientium sensus, omnis sermo prudentium flagrantium passionum calore decocto incipiat esse pre-
5 tiosior. bonus ignis caritatis quo corpus omne ecclesiae in mutuam
adolescit gratiam; bonus ignis dilectionis quo unusquisque sanctus ad reuerentiam sui auctoris accenditur. sed qui deum diligit non perfunctorie diligit, sed diligit legem eius, praecepta custodit, iustificat cor suum non dictorum sonora praedicatione, sed studiosa imitatione factorum. doceat igitur nos deus, quemadmodum a sanctis suis diligitur.

3. Sic inqu ens propheta adicit: *quomodo dilexi man-*

3 cf. Luc. 24, 32 5*Ezech. 22, 19—21 10 cf. I Cor. 3, 12—13 11 cf. Hier. 6, 29 13 cf. II Tim. 2, 20—21 23*Ps. 118, 97

1 inradiat] ardeat *GMNOTav* redeat *P* rideat *Rm1* inradiet *Rm2* legerimus *O* 2 quo] co *AGMPR* lectiones *APR* 3 occulto *A* assumamus *a post* adsumimus *denuo add.* intellectu *AGPR, del. M* spirituali *GM* cleophas *GMNRTav* dicebat ardere cor suum *O* 4 scripturas christus *O* 5 iezechiel *AO* ezechihel *P* 6 insufflabo *O* in igne *NPT* ignem *cet. av* 9 misteria *OPR* mereamur *GM* (*s. scr.* uel merear) emereamur *Om1* emereamur *Om2v* 10 uerbum *om. GM* intret] *add.* in *Ov* ecclesia *P* faenum *a* foenum *GMP* fenum *cet. v* 11 est *om. A* saecularis *APR* plumpum *P* 12 quod] qui *PRm1* quae *Rm2, om. GMm1* im *AR* fiat lique *Nm1* ferreos *Pm1* 13 quidem *a* 14 prodentium *R* 15 decocto *scripsi* decoctos *Pm1* decoctus *GMOPm2av* recoctus *cet.* 16 caritas *N* qui *R* mutuatam *GM* 18 diligit deum *O* 20 dictorum] sonorum *APR* studia *PRm1* 21 factorum imitatione *a* 22 diligatur *Ov*, *add.* deus *GMNPm1a* 23 Sic—adicit *om. GM* sicut *AP* adicit *R* dicit *ANPTa* subiungit *Ov*, *cf. Explan. ps. 39, c. 2* legem tuam *MO*

*datum tuum, domine! tota die meditatio mea est.*
diligentis circa studium cognoscendae legis haec uox est, quae instruit
perfectionem hominis, quam totus hic psalmus informat. et quoniam
maximum mandatum esse n ege cognouit, ut diligamus dominum
deum nostrum ex toto corde nostro et ex tota anima nostra, sui
imitatione nos quoque quos erudire studet uult esse perfectos dicens:
*quomodo dilexi mandatum tuum, domine!* hoc 2
ipso caritas crescit affectu, quod ipsum testem aduocat cui munus
dilectionis inpenditur nec speciem, sed plenitudinem caritatis tali
conuentione testatur. hac usus est Petrus: *tu scis*, inquit,
*domine, quia diligo te.* sed qui diligit dominum legem eius
diligit, sicut Maria diligens filium omniâ uerba eius in corde suo
materno conferebat affectu. *diligens te feci uoluntatem*
*tuam*, scriptum est. ideo commisit et Christus Petro, ut pasceret 3
gregem suum et domini faceret uoluntatem, quia caritatem eius
agnouit. qui enim diligit, ex uoluntate facit quae sibi sunt imperata,
qui timet, ex necessitate. itaque dominus operationes seruulorum
suorum spontaneas probat potius quam coactas. ideo ex seruis
liberos facit, ut uoluntatum nostrarum munera quam necessitatum
obsequia conferamus.

4. Non potest dicere Marcionita: *quomodo dilexi legem tuam!*, qui legem non suscipit; non potest dicere Iudaeus, qui legem spiritalem ignorat et litteram legis nudam, non sensum legis intellectumque meditatur. solus ergo dicit christianus, qui multum iam legis cognitione profecerit, qui non poenam legis pauido corde formidet, sed diuina mysteria ueri Hebraei, ueri sabbati, uerae remissionis intrepido rimetur affectu. uere ergo diligit qui sine

4 cf. Deut. 6, 5 7*Ps. 118, 97 10*Ioh. 21, 15 12 cf. Luc. 2, 19 13*Esai. 48, 14 14 cf. Ioh. 21, 18 21 Ps. 118, 97

1 tota—est *om. AR* 2 instruat *AR* 4 in lege esse *ANPav* 6 mutatione *O* 7 legem tuam *N* 8 caritatis *O* 10 inquit *om. GMNm1OPR* 11 deum *MNa* 14 tuam] *add.* sicut *N* et *om. NTa* 17 seruorum *AR* 18 coactus *R* 19 ut] *add.* potius *Mm2* magis *av* nostram *Mm1* nostrorum *Rm1* quam] potius quam *O* 21 marcionista *Om2Rm2v* 22 tuam] *add.* domine *O* suscepit *GMOPm1* 23 spiritualem *GMN* non *om. N* sensu *R* 24 christianus dicit *O* 25 proficerit *Pm1Rm1* 27 miretur (i *ex* e *A*) *codd. praeter O,a* ergo] enim *O*

tristitia, sine timore uoluntario potius studio quam coacto praecepta conseruat.

5. Alio uero uersu cito probauit diuturnae meditationis effectum, quando intellexit super inimicos suos domini mandatum. sed quos habet inimicos propheta, qui et sui populi uiros legitima debet caritate conplecti et alienigenas euangelica praedicatione inuitare ad dei gratiam? ferae ⟨feruntur⟩ consortem naturae suae diligere:
2 quomodo dilectionem conformis sui propheta respuerit? esse igitur iustam aliquam causam oportet, qua hi quos significat iure uideantur inimici. ea quae sit possumus inuestigare, si meminerimus quia alibi idem ipse dixit: et super inimicos tuos tabescebam, iusto odio oderam illos. istos ergo euangelica auctoritate
3 suos inimicos dicit esse qui inimici sunt dei. nam si is, qui non relinquit parentes propter dei nomen, non est deo dignus, quanto magis, qui diligit eius inimicos, acceptus deo esse non poterit? quos ergo inimicos habet? si gentiles, quomodo eos prophetico credituros spiritu praeuidebat? denique ut benedicant et ipsi dominum in superioribus adhortatus est. et quae magna laus super eos intellegere, qui metalla et saxa uenerando similem rigorem stuporis adtraxerint?

6. Quos igitur habet inimicos nisi haereticos? ipsi enim sunt inpugnatores fidei, ueritatis inimici. quos nisi Iudaeos? ipsi enim grauiores inimici qui ex amicis inimici facti sunt. super eos intellegit

4 cf. Ps. 118, 98 11*Ps. 138, 21—22 14 cf. Matth. 10, 37 17 cf. Ps. 65, 8

2 conseruat] *add.* sequitur uersus secundus *a* 3 alio *scripsi* alii *ARm1* alius *GMORm2Tv* II *NP*, *om.a* uero *om. codd. praeter AR,av* uersu *scripsi* uersus *AGMORTv*, *om.NPa*; *add.* super inimicos meos intellegere (prudentem *GM*,*om.O*) me fecisti (edocuisti me *O*) mandata tua (mandato tuo *Gm2M* mandatum tuum *O*), quia tu es (quia in aeternum mihi est *GM*, *om.O*) *GMNOPTav* 5 et *T* ut *ANPR* aut *GMOav* caritate debet *GM* 6 et] aut *GMNOPm1av* ut *Pm2R* euangelica] *add.* narratione uel *Ma* 7 gratiam dei *O* uere *N* feruntur *inserui* diligunt *MNOTav* 8 quando *N* dilectione *AR* conformes *A* respuerat *a* respueret *v* 9 aliquam causam iustam *O* quia *MO* hii *OR* ii *v* significant *O* 11 ipse] iste *GMNPRav* et *eras. M*, *om.a* 12 et iusto *GNPav* 13 esse dicit *MO* dei sunt *N* his *O* 14 reliquit *O* nomen dei *R* nomen] uerbum *O* 15 esse deo *O* 16 eos] quos *GMNOPRm1Tm1v* super eos intellexit quos *Tm2a* 17 benedicatur *A* benedicantur *NPR* domino *A* dominus (s *in ras. m2*) *P* domini *R* 20 inimicos *om.M* 21 nisi *om.AR* enim] *add.* sunt *a* 22 facti sunt inimici *GMNav* hos *O*

qui legem spiritalem esse intellegit. quid ergo prodest lex, si finem legis
ignores, si mysterium nescias, si sacramenta non noueris? Iudaeis
ex ouibus agnus occiditur pro celebritate paschali, nobis pro redem-
ptione mundi unigenitus dei, partus uirginis immolatur. quid pro-
ficiunt Iudaei, quod sanguine agni domos et postes suos inliniunt?
nihil utique, quoniam ligna his aut saxa prodesse non possunt. nobis 2
proficit omne mysterium, qui abhorrere credimus a gratia spiritali,
ut habitationes nostras sanguine pecudis cruentemus et ne ora
nostra cruore tinguamus. sed corpora nostra sacramento crucis
dominicae consecramus et confessione mortis domini nostri Iesu
Christi sanctificamus oris adloquia; c o r d e enim c r e d i t u r
a d i u s t i t i a m, o r e c o n f e s s i o f i t a d s a l u t e m.
quid prodest, quod Hebraei aurem seruuli pertundunt subula et 3
praeputia sui circumcidunt corporis? non intellegunt penitus, quid
lex diuina discernat. signa sunt ista, non ueritas. sed ille intellegit,
qui cor suum spiritali circumcisione castificat, ut conluuiem omnem
corporeae labis emundet. ille intellegit, qui subulam et aurem mentis
uigore transcendit et illam animam, quam pertransiuit gladius ad
reuelanda cordis occulta, perpetuae praemio libertatis attollit uel
examinandis sermonibus sollicite seruiens, quoscumque uirtutis
suae aure susceperit, mysterio sanctificat spiritali. azyma sibi 4
Iudaeus quibusque annis facere consueuit et nescit se malitiae esse
fermentum. sed qui intellegit quid sit uetus expurgare fermentum,
ne totam massam corrumpat, ueterem hominem cum actibus suis
expurgat, ut fiat noua consparsio ueritatis. Iudaeo ista dicta sunt
et christianus audiuit, quia, dum aurem suam subula illa pertundit,

5 cf. Ex. 12, 7 8 cf. Ex. 12, 9. Gen. 9, 4. Leu. 17, 14 11*Rom. 10, 10 13 cf. Ex. 21, 6. Gen. 17, 11 18 cf. Luc. 2, 35 21 cf. Ex. 12, 8 23 cf. I Cor. 5, 7. 6

1 spiritualem *GM* intellegunt *P* 2 misterium *OP̄R* ministerium *T* 3 ex ouibus *om. O* pascali *a* 5 domus *NOP* inlinunt *ARm1 (corr. m1)* 8 et ne *om. av* 9 tingamus *av* dominicae crucis *O* 10 consecremus *AMm2NTa* 11 sanctificemus *ARm2a* 12 ore] *add.* autem *AOav* 13 serui pertundit *a* 14 sui *om. N* quod *AGMN* 15 diuina lex *M* decernat *O* sunt] sua *AR* 20 seruientes *AOPR* 21 aurem *O* suscepit *NT* susciperit *a* spirituali *GMN* azima *ANOP* azzima *GM* 22 quibusque annis *ARm2* quodannis *M* quotennis *O* quotannis *cet. v* esse malitiae *O* 23 expurgat *GOPRa* 24 suis] eius *OPRT* 25 conspersio *ANOPm2Rm2av* 26 ille (illa *a*) subula *av* ille *O*

audire non potuit uulneratam aurem gerens; non legis, sed stultitiae
5 suae subula cruentauit aurem suam. illa audiendo quae spiritaliter
reuelantur perforauit aurem suam ferro; maluit enim in ferrum
quam in uerbum credere. ideo seruit, ideo liber esse non meruit,
ideo nec completi temporis ei gratia suffragatur, quia plenitudinem
temporis non recepit, quo filius dei missus est ad salutem et uenit
ad redemptionem, factus sub lege, natus ex uirgine, uictor mortis,
largitor resurrectionis. manet ergo uulnus illi cui Christus non
6 resurrexit. o uulnus quod sarciri non possit, nisi forte relinquat
subulam et sumat sibi gladium, quod pro Christi nomine non refutet
uel quo corporalia a spiritalibus, umbram a ueritate distinguat,
sumat dei uerbum, gladium bis acutum, et ex illo diuino ore doceatur
mandatum domini, praescriptum legis agnoscere, quod non temporalis habeat obseruantiam celebritatis, sed salutaria et sempiterna
remedia suco gratiae spiritalis infundat!

7. Tota ergo die in lege meditare, non perfunctoria tibi debet
esse transcursio. si agrum emere uelis, si mercari domum, prudentiorem adhibes et quid iuris sit diligenter consideras et, ne in aliquo
forte fallare, tibi ipse non credis. at nunc tu ipse emendus es tibi.
de tuo pretio tracta, considera quid sis, quod nomen habeas, quid
adquiras tibi: non agrum, non pecuniam, non gemmarum monilia,
sed Christum Iesum, cui nulla possint pretia, nulla ornamenta conferri.
2 adhibe tibi consiliarios Moysen Esaiam Hieremiam Petrum
Paulum Iohannem, ipsum magnum consiliarium Iesum dei filium,
ut adquiras patrem. cum his tractandum, cum his tota conferendum
est tibi, tota meditandum die, sicut meditabatur Dauid et haec erat

5 cf. Gal. 4, 4—5 12 cf. Hebr. 4, 12 24 cf. Esai. 9, 6

1 legi *GMm1* 2 ille *AOv* 3 enim *om. N* 4 in *om. GMm1OPm1Rm1* uerbo *Pm1* 5 ideo *om. NT* 6 quo] quod *GMm1NPR* et *om. MNOPR* 8 illi uulnus *O* ille *Pm1Rm1* 9 surrexit *Rv* sarcire *NPm1Rm1* 10 subuculam *Pm2* quod] quo *GMNPm2Ta* quem *Ov* pro *om. GMNPRTa* nomen *Ta* 11 distingat *AR* 12 uerbum dei *N* accutum *G* 13 perscriptum *MNPm1* legis *om. N* 15 fuco *T* 16 meditari *Gm2MPm2Rm2* 18 iuris] ueri *AOR* 19 fallere *AGMm1NPRm2* fallaris *Oav* tibi *om. AGMNPT* at] aut *PRm1* 20 tractatur *GMRav* tractatus *NPm1* quid sis] quae sit *A* quae sis *P* qui sis *Rm1a* 21 agrum] aurum *O* munilia *Mm1* 22 possit *Pm1Rm1* possunt *MOv* 23 consiliatores *Mm2N* 25 tota *om. a* 26 est die *a* sic *a*

illi sola meditatio. non saecularibus animus transducebatur inlecebris, 3
non pecuniaria coaceruandi patrimonii cupiditate flagrabat, non proferendi limitis excludendique finitimi anxius curarum aestus studio meditationis intentum reflectebat affectum, quicquid poterat temporis dies habere, hoc totum sola sibi in lege meditatio uindicabat.

8. Sed etiam hoc parum est diligenti qui uelit ad beatitudinis gratiam peruenire; beatus enim die ac nocte meditatur in lege. angustior dies est meditatione doctrinae, non tantus dies in tempore
quanta meditatio est in lege. unde uide ne illud magis significare 2
uideatur, quod ei qui in lege meditatur semper dies est et lumen sine defectu, quod nullae tenebrae noctis interpolent. alioquin quomodo neglegentiorem in processu operis declararet quem diligentiorem in ipsis operis sui propheta principiis esse uoluisset? in die ergo meditatur legis et euangelii praedicator.

9. Et fortasse illi qui nouum non recipiunt testamentum in nocte legerunt et ideo nescierunt neque intellexerunt. unde saluator, ne etiam nos legeremus in tenebris, admonet dicens ambulandum in die, quia non offendat qui in die ambulat; uidet enim gratiam lucis. qui enim ambulat in tenebris, scopulum offensionis incurrit.

10. Sequitur uersus tertius: *super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.* doctrinam profitentur scribae Iudaeorum, quia legem et prophetas ipsi priores habere meruerunt. sed illi profitentur docere, sed non docent. ei autem populo qui ex gentibus conpetit dicere: super omnes docentes me intellexi, quia illi non intellexerunt. respondet Iudaeus: 'unde habuisti intellegere,

7 cf. Ps. 1, 2 17 cf. Ioh. 11, 9—10 20.25 Ps. 118, 99

1 animis *Gm1Mm1* traducebatur *MOav* 2 coacerbandi *Pm1Rm1* 3 aestus] estu ab *GM* 4 studium *ANPm1RTa* interdum *ARm2* 5 meditatione *NOT* uendicabat *Gm2MOa* 8 meditationi *A* 9 quanta meditatio est *ARm2* quantus meditator (meditatur *O* meditatus *a*) *cet. v* uideatur significare *Mav* 11 alioqui *A* 12 neglegentior est *R* 13 principiis propheta *O* 14 meditator *GNOPm1Rm1v* 16 etiam saluator ne *a* 17 legerimus *Rm1* ammonet *NP* 18 offendit *AORm2av* 19 enim] autem *Ov* 20 uersus *om. GMNOPTv* tertius *Rm2* III *NP*, *om. AGMORm1Tv* 21 quia—22 est *om. AR* meditatio mea est] meditabor *P* meditabar *T* 24 qui] cui *APm2 Rm2*, *add.* est *a* gentibus] *add.* credidit *Ov*, *cf. p. 293, 25* 25 dicentes *AGRm1* 26 respondit *AGNPm1Rm1*

scriptum est: interroga patrem tuum, et adnuntiabit tibi; seniores tuos, et dicent tibi. ego
2 sum pater tuus, me interroga'. sed etsi interrogauero, non respondebitis mihi, dixit Iesus, et ex illo respondere non possunt et ex illo supra illos intellego qui non intellegebant, quia testimonia didici quae ille non nouit. didici: qui sequitur me tollat crucem suam, didici: diligite inimicos uestros. et ideo optat anathema esse Paulus pro fratribus genere, inimicis fide.

11. Uideretur inconueniens esse uerecundiae prophetali huiusmodi usurpatio, eo quod praesumpserit dicere quod super omnes docentes intellexerit, cum uel legem Moyses acceperit a domino et populo eius instituta tradiderit, Aaron sacrificiorum omnium decurso ritu sacerdotalem docuerit disciplinam, Iesus Naue significauerit quemadmodum circumcisio possit iterari, Samuhel unctionis pro-
2 pheticae pariter ac regiae sacramenta monstrauerit. uideretur, inquam, incongrua praesumptio, nisi praemisisset superiora, quibus non inmerito super docentes intellexisse se conprobaret. debuit hanc adsumere confidentiam qui docebatur a domino; et mandatum quod docebatur domini erat et ipse dominus qui docebat. merito super omnes intellexit quem docebat ipsa sapientia. unde et alibi ait: beatus quem tu erudieris, domine, et de lege tua docueris eum.

12. Ostendit igitur quod diuinum est homines docere non posse; et ideo qui docere praesumunt nesciunt, sed agnoscit discipulus qui docetur. in quo praeter donum scientiae, quod de spiritu sancto fuerat consecutus, moralis quoque suauis est locus, quod multi

1*Deut. 32, 7 3*Luc. 22, 68 6*Matth. 16, 24 7 Matth. 5, 44 8 cf. Rom. 9, 3 12 cf. Ex. 19, 7 13 cf. Ex. 28 14 cf. Ios. 5 15 cf. I Reg. 16, 13 19 cf. Ps. 118, 12.66.68 cf. Ps. 118, 4 22*Ps. 93, 12

1 adnontiabit *Rm1* 2 *pr.* tibi *om. AGMm1PR* tuos *Mm2O, om. cet. av* 4 noui respondere *Tm2a* 5 non possunt *om. codd. praeter O, a* intellegebant] intellegebam *Ov* 10 uidetur *N* uerecondiae *Rm1* 12 intellegeret *N* 13 statuta *O* decurso ritu *om. O* 14 hiesus *AGR* iesu *O* significante *O* 16 pater *AGPR* 17 congrua *GNPm1Rm1* praemisisset] *add.* et *AR* 18 se *om. AGMPRm1* 19 quod] quo *a* 20 dominus qui] quem dominus *O* 25 *pr.* qui] quod *O* 26 propter *Ga* 27 locus est *NPav* quod] quo *O*

docentes sunt, qui quod non intellegunt docere se dicunt, et plurimi sunt disciputi, qui studio suo adsecuntur et industria quod non didicerint a magistris. denique ante nos quidam interesse dixit 2 inter docentes atque doctores, fortasse hoc arbitratus, quia doctores sunt aliorum iudicio ad hoc munus electi, docentes autem qui propria usurpatione hoc sibi munus adsumpserint. sed cedant necesse est ei doctores quoque, quem testimoniorum meditatione caelestium doctrina dei docentis inbuerit.

13. *Super seniores intellexi, quia praecepta tua quaesiui.* nec hoc quidem difficile, ut is quem dominus docuerit super seniores intellegat, siquidem dei gratia ad doctrinam maturitatemque aetatis progrediatur senilis. cum enim aetas senectutis uita inmaculata sit, utique doctrina uitae inmaculatae senilem praestat aetatem. denique excusanti Hieremiae, quod iuuenis esset, responsum est: noli dicere: iuuenis sum, eo quod non aestimaretur iuuenis definitione diuina qui incanam haberet prudentiam, quae sanctificationis caelestis gratia reluceret.

14. Uerumtamen non mihi uidetur se ipsum propheta laudare et praeferre senioribus, cum legeris: non te praetereat narratio seniorum; et ipsi enim didicerunt a patribus. nam et alibi Sirach dixit Sapientia: ubi sunt senes, non multum loquaris. sed nouit quibus se praeferat senioribus, inueteratis scilicet in peccato et ueterno impietatis atque senio perfidiae delirantibus. isti sunt seniores plebis qui

3 ? 9*Ps. 118, 100 12 cf. Sap. 4, 9 15*Hier. 1, 7 16 cf. Sap. 4, 9 19*Eccli. 8, 9 (11) 21 Eccli. 35, 9 (32, 13)

1 qui] quid *Rm1* qui id *MNPTa* 2 assequuntur *NOav* 3 didicerunt *ORm1av* 5 alienorum *codd. praeter OR, a* qui] cum *AR* quia *N* 6 munus sibi *N* 7 quique *Mm2* 8 dei *om. N* 9 *praemittunt* IIII *P* sequitur *Nv* sequitur uersus quartus *a* senes *GM* intellexi—10 quaesiui *om. AR* intelle *G* mandata *GM* 10 exquisiui *MOv* exquaesiui *a* his *O* 11 gratia] *add.* erogata *Tm2a* 12 maturitatem *GMNPm1Rm1Ta* maturitate *O* et maturitatem *v* progreditur *AT* supergrediatur *Mm2* supergreditur *Na* 13 praestat senilem *N* 15 puer *N* 16 diffinitione *GMOPR* canam *AGMNORm2av* 17 quae] qui *ARm2* caelestis *om. P* gratiam *Pm1Rm1* 18 uerumtamen dico tamen *GMm1* non *om. M* laudare propheta *av* 19 senioris *G* legeris *scripsi* eligeretur *A* legeret *N* eligeret *Rm2* legerit *cet. av* te *om. N* 20 enim *om. N* 21 dixit Sirach *v* dicit *AORm2* 24 adque *Pm1Rm1* delibrantibus *R* plebis] *add.* ut dictum est *O* de quibus dictum est *v*, *ras. in PR*

2 dominum Iesum Pilato praesidi tradiderunt. conuenerunt
enim sacerdotes et scribae et seniores, ut ait
Marcus, et iterum: fecerunt sacerdotes consilium
cum senioribus, ut eum traderent. et aduersum
apostolos in Actibus eorum quod seniores Israel conuenerint Petrus
sanctus et Lucas euangelista testantur. non ergo senili derogauit
aetati, sed uoce populi iunioris indocilem dei uetustum illum
dierum Iudaeorum fore populum prophetauit, qui, quod in iuuentute
3 sua non adquisierat, in senectute inuenire non potuit. nam qui a
principio frequentibus dominum exasperauit offensis, cuius gratiam,
cum esset iuuenis, non poterat emereri, huius aduentum senex non
meruit agnoscere, donum tenere non potuit. speciosum autem incanae
iudicium senectutis in sensu est et ueterani consilii scientia intellectus
maturitate, non uitae longaeuitate praefertur.

15. Exquiramus ergo mandata dei, ut super seniores intellegamus,
fugiamus uiam lubricam peccatorum, ut possimus praecepta custodire
caelestia; hoc enim declarant sequentia. super seniorem intellexit
Iacob iunior frater, quia, cum senior Esau praerogatiuam sibi bene-
dictionis priuilegio aetatis exposcit, reliquit epulas mitiores, dum
2 quaerit agrestes. profecto illo in uenationem iunior frater uestimenta
eius accepit et mihi tradidit populo nationum, materno usus consilio.
illam ergo sapientiae stolam, quam habuit ante populus Iudaeorum,
induit me Rebecca; stola eius bona, lex et prophetae. hac stola ille
populus est nudatus, nos induti sumus; induit nos mater illa Hieru-

1 *Marc. 14, 53 3 *Marc. 15, 1. Matth. 27, 1 4 cf. Act. 4 7 cf. Dan. 7, 9. 13, 22 8 cf. Eccli. 25, 3 (5) 12 cf. Eccli. 25, 4—5 (6—7) 17 cf. Gen. 25, 29—34 20 cf. Gen. 27

2 seniores et scribae *O* 3 concilium *AMv* 4 aduersus *O* 5 israhel *R* conuenerunt *AR* 7 aetatis *Rm1* uocem *AR* populo *ARm1* senioris *Pv* indocibilem *GMOv* 8 dierum *om. NT* prosternauit *GMNPRTm1* procertauit *Tm2* 9 adquisierit *GMNPRm1Ta*, *add.* et *Nav* namque *GMNOPav* a] am *R* 10 cuius] *add.* igitur *GMNOPRav* 11 potuerat *GMv* potuit *N* 12 meruit] potuit *N* agnoscere] noscere *O*, *add.* huius *a* domum *O* potuit] meruit *N* speciosum *a* sponsum *codd.* sensus *v* in canitie *v* 13 indicium *Pv* in sensu] incensus *AGMNPRm2* incensu *Rm1* incensum *T* sensu *a* 14 longeuitate uitae *O* profertur *GPTa* 16 lubricum *Mm1* possemus *Pm1Rm1* caelestia custodire *O* 17 seniores *NOv*, *add.* esau *a* 18 senior] *add.* frater *Ov* 19 ad epulas *Rm1* 20 uenatione *A*, *add.* eunte *O* directo *a* 22 illa *O* stola sapientiae *O* ante habuit *O* antea *Mav*

salem quae in caelo sursum est. accedimus ergo ad patrem, offerimus 3
illi epulas mitiores, patientiae cibos, misericordiae lenitatem, suaui-
tatem intellectus. accipio benedictionem, praeripio fratri seniori
gratiam spiritalem. uenit ille, irascitur, non inuenit quod accipiat;
mater occurrit et pio nos informat hortatu. residet penes me stola
illa bonis intexta mandatis.

16. *Ab omni uia maligna prohibui pedes*
*meos, ut custodiam uerba tua.* uere dignus qui super
seniores intellexerit, quandoquidem diuino est honoratus spiritu,
ut seniores doceret non solum intellectus ueritatem, uerum etiam
peccati fugam culpaeque cautelam. itaque cum fragilitas humana
prona sit, ut ad imum affectibus et currente uestigio feratur in
uitium, docet quemadmodum uiae istius lubricum, itineris huius
anfractus uiantem implicare non possit. prohibui, inquit, 2
pedes meos a maligna uia, hoc est ab istius saeculi
uanitate, quia saeculum in maligno positum est. dubium quicquid
est et ancipitis effectus, hoc malignum est; ut lux dubia maligna
dicitur, ita malignum est quicquid admiscet malitiae tenebras ueritati.
reuoca ergo ab istius mundi lubrico pedes animi tui et mentis inces-
sum. prohibe, inquam, resiste cupiditatibus, obsiste motibus qui
uidentur inruere sicut bestiae atque iumenta, ut teneros fructus et
noua ruris huius nostri culta depascant.

17. Prohibui, inquit, pedes meos. non utique cor-
poris pedes prohibuit, qui mentis piae plerumque obsecuntur

1 cf. Gal. 4, 26 7.14*Ps. 118, 101 16 cf. I Ioh. 5, 19 17 cf. Uerg. Aen. 6, 270 23 Ps. 118, 101

1 sursum *om. Ov* 2 intellectus suauitatem *Nav* 5 et *om. O* hortatu informat *av* 6 mandatis] *add.* Sequitur diuino informatus spiritu V *N* V *Pm2* sequitur uersus quintus *a* 7 omni] *add.* inquit *Oav* maligna *ORv* mala *cet. a* prohibui—8 tua *om. AR* 9 intellegerit *GMm1* intelligeret *Ov* honoratus *om. NT* 10 ueritate *P* 11 fragilitatis *A* humanae *AR* 12 ut] *add.* labatur non *Tm2a* unum *AGMNOTa* effectibus *APm2R*, *add.* malum *Tm2a* currentem *GMPRTa*, *add.* cuncta in preceps suscipiant probra atque toto e *Tm2a* 13 uitae *a* lubricam *GMPRTa* lubrica *N*, *add.* et *Ov* declinans semitam *Tm2a* 14 prohibuit *Am1O* prohibe *M* 15 tuos *M* uia maligna *O* 17 affectus *AGMOR* 19 igitur *Om2* mundi] *add.* uanitate *Pm1* 21 atque] et *O* 22 nostrę *a* 24 prohibent *v* obsequuntur *Pav*

arbitrio. neque enim prohibendi sunt, cum prodeunt ad dei templum, uiduae opem ferre festinant, impium praeuenire, subplantare aliquem fraudulentum. alius igitur est pes qui iure prohibetur. qui ille sit, ipse propheta nos doceat: non ueniat, inquit, mihi
2 pes superbiae. est etiam pes iniquitatis, qui cito labitur, stare non potest, sicut pes perfidorum est, de quibus scriptum est: ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare. prohibe ergo pedes tuos, ne cadas; sunt enim non solum criminum, sed etiam infirmitatis pedes,
3 et uidendum ne cadas. et uideris tibi forsitan bene stare, sed dicit tibi Paulus: et tu qui stas uide ne cadas. diligenter attende uiam tuam, ut audias: tu autem hic sta mecum. stans enim cum deo lapsum timere non poteris, stans cum deo poteris dicere: eruit pedes meos a lapsu. sed ita eruit dominus pedes tuos ab omni lapsu, si cognouerit quod tu prohibeas
4 pedes tuos a lapsu. ideo hoc meruit Dauid, ut deus a lapsu pedes eius erueret, quoniam pedes suos ipse prohibebat, ne praecipiti atque incauto peccatorum laberentur uestigio, unde et potuit uerba custodire diuina. non enim custodire quis poterit, nisi potuerit prius stare. cum autem custodierit, ipse incipit ei dei uerbum ferre custodiam. prohibitos pedes suos a uia maligna bene dicit qui Christum esse uiam nouit.

18. *A iudiciis tuis non declinaui, quoniam tu legem posuisti mihi.* exposuit quid esset a uia maligna prohibere pedem, a iudiciis utique non declinare diuinis et firmum atque inmobile perseuerantis innocentiae tenere uestigium,

4.6*Ps. 35, 12—13   11*I Cor. 10, 12   12*Deut. 5, 31   14*Ps. 114, 8
23*Ps. 118, 102

1 perducunt *NPT*   3 fraudolentum *NPRm1*   pes est *O*   quis ille *Av*   4 ueniet *Am2R*   inquit *om.O*   5 labitur] *add.* et *ARm2v*   6 pes *om.NTa*   7 operantes] omnes qui operantur *Ov*   10 ne] non *O*   uidearis *MNm2v*   13 *pr.* domino *Na*   lapsum—deo *om.N*   *alt.* domino *a*   15 tuos] meos *Mm1*   cognoueris *Gm1*   17 eruerit *GMPRm1*   ne] non *Rm1*   18 custodire uerba *O*   19 *alt.* poterit *O*   20 ipsi *GMNv*   ei *om.GMNOPm1Rm1av*   uerbo *a*   21 prohibito *AORm1*   tuos *Rm2*   22 uiam esse *NPav*   nouit] *add.* Sequitur VI *N* VI *P* sequitur uersus sextus *a*   23 quoniam—24 mihi *om. AR*   quoniam *Mv* (*cf. p. 294, 9*) quia *GNOPTa*   26 immobilem *AGNOT*   perseueranter *O* perseuerantes *Rm1*

non deflectere gradum nec de curriculo auertere disciplinae, sed semitis non solum ueteris in Sina, sed etiam nouae legis insistere secundum euangelii claritatem.

19. Est etiam euangelii lex, de qua dicit in superioribus hic propheta: c o n s t i t u e, d o m i n e, l e g i s l a t o r e m s u p e r e o s, s c i a n t g e n t e s q u o n i a m h o m i n e s s u n t. aduentum utique domini intellegimus prophetari, uocationem gentium, quae ante in lutum quoddam corporis huius uidebantur infixae, uoluptati corruptionis suae tamquam faeci et libidini inhaerentes, quia dominum nescierunt. et ideo iratus: a u e r t a n t u r, 2
inquit, p e c c a t o r e s i n i n f e r n u m, ut non uiderent descendentem et ascendentem animam domini Iesu et conuerterentur ad dominum, qui conuerti, cum uiuerent, noluerunt. sed de illis dicit gentibus quae obliuiscuntur dominum.

20. Scierunt ergo et obliti sunt. tamen prophetica benignitate orat ut exsurgat dominus, non praeualeat homo, ut cogitationes terrenae et motus omnes feruentes huius corporis conquiescant. i u d i c e n t u r g e n t e s, quoniam tunc cognoscitur dominus, cum timentium conuertitur affectus grauis terrore iudicii, et d i s c a n t g e n t e s q u o n i a m h o m i n e s s u n t, luti corruptione solubiles et limo durescente formati, quod ante qui legem non acceperant nesciebant. unde propheta, quasi et ipse 2
turbatus terrenae fragilitatis contemplatione, ait: u t q u i d, d o m i n e, d i s c e s s i s t i l o n g e? bene timet qui hominem se esse cognoscit; sed quia plus timet nobis qui ex gentibus peccatores, precatur, ne longe fiat a suis gentibus, ut qui longe eramus

5*Ps. 9, 21 10*Ps. 9, 18 14 cf. Ps. 9, 18 18 Ps. 9, 20 20*Ps. 9, 21 23*Ps. 9, 22 (10, 1)

1 non] ne *Rm2* aduertere *Pm1Rm1* discipulinae *Rm1* 2 syna *AMNORm2a* 4 dixit *Na* 7 prophetari] *add.* et *v* uocatione *AGOPm2* 8 qui *GMm1ORm1* luto *ARm1* quodam *A* 9 infixi *Mm1OPRm1* tamquam faeci] quam fecerant (-at *PRm1* fecerunt *O*) *AOPR* libidinis *GMNO* inhaerentes] *add.* et *ARm2* 10 et *om. A*, *eras. R* iratur *Rm1* 11 inferno *AGMPR* ut] *add.* scilicet *AR* (*s.l.*) uiderint *Pm1Rm1* 12 ascendentes *A* 13 uiuerint *Rm1* sed] *add.* et *ARm2* 14 qui *OPR* 16 exurgat *NOPa* 19 conuertetur *Rm1* conuertit *GNOPTa* graui *ARm1* 21 resolubiles *Ov* et *om. O* 24 recessisti *a* 25 qui] *add.* sumus *av*, *post* peccatores *add. Nm2*, *cf. p. 287, 24* 26 praedicatur *AR* ne] non *G*

incipiamus esse propiores et sciamus quia homines sumus, ad imaginem scilicet et similitudinem dei facti, quibus per uirginis uterum etiam Christus conformis est factus. recte ergo et ad infirmitatem accipitur et gratiam: sciant gentes quoniam homines sunt, alterum per commune quoddam atque carnale consortium bestiarum, alterum per imaginem dei et carnis dominicae sacramentum. dignitas coepit esse quae ignobilitas uidebatur.

21. Merito ergo non declinauit a iudiciis dei populus nationum, qui potest dicere: quoniam tu legem posuisti mihi. non per Moysen, non per prophetas, sed ipse per te, Iesu, legem posuisti mihi, hoc est euangelium. ideo non declinaui, quia te aspexi et cognoui; tua itinera et te secutus ueram cognoui uiam.

22. Itaque praedicationem audiens euangelii, quam propheticus spiritus praecinebat, ait: *quam dulcia faucibus meis uerba tua, super mel et fauum ori meo!* et bene 'dulcia', quibus praedicatur remissio peccatorum, uitae perennitas, resurrectio etiam defunctorum, quae perpetuae mortis et acerbae amaritudinem temperarunt. per haec mortem coepimus non timere, qui coepimus dicere: ubi est, mors, uictoria tua? et bene 'faucibus dulcia', eo quod intimis infusa uisceribus gratia spiritalis sit.

23. Super mel et fauum, inquit, ori meo dulcia. et ideo, quia nobis dulcia uerba tua esse coeperunt, dicis ad ecclesiam: fauum distillant labia tua, sponsa. qui sit fauus, doce nos, Salomon; tu enim dixisti: faui mellis sermones boni. et uere bonus fauus quem manducat ecclesia, multorum prophetarum uelut apum spiritali ubertate congesta

1 cf. Gen. 1, 26 4 Ps. 9, 21 9*Ps. 118, 102 14.22*Ps. 118, 103 19 I Cor. 15, 55 24*Cant. 4, 11 25*Prou. 16, 24

1 propriores *Pm1* 3 uterum] partum *Ov* Christus] *add.* nostri *GMNTa* 4 et ad gratiam *Ov* 5.6 alterum—alterum *scripsi* altero—altero *codd. av* 6 per imaginem *bis NPTa* 7 esse coepit *av* 11 declinaui] *add.* a uia *Ov* 12 *pr.* et] te *Ov* tua itinera (it. t. *Ta*) cognoui *NTa* et te *om. Ov* 13 ideo itaque *NTa* 14 ait] *add.* VII *N* 15 uerba] eloquia, *s. ser.* uel uerba *O* 16 perhennitas *Nm1OPRm2* 18 temperent *A* tempe:arent *R* 19 est *om. ANRm1* 23 dulcia nobis *av* tua uerba *O* dicit *Ta* 24 fauus distillans *Nm2* quid *Ov* 25 docet *PR* faui] fauus *a* 26 sermonis *Mm1* 27 uelud *M* apum] a spiritu *O*

mella redolentem. hoc est mel de quo ait: manducaui panem
meum cum melle meo, bibi uinum meum cum
lacte meo. mysticus sermo caelestium scripturarum sicut panis 2
est, qui confirmat cor hominis uelut fortior cibus uerbi; suasorius
autem ethicus dulcis et mollior, eo quod ethica praedicatione mentis
interna mulcentur, amara febribus, id est paenitentia delictorum,
miti corda sermone dulcescunt. stillant mel labia praedicantis, quando
conlisa duris casibus uel ruinis lapsae animae membra refouentur.

24. Est etiam uis feruentior uerbi sicut uini, est etiam in lactis
specie sermo lucidior. edite, inquit, proximi mei, et
bibite et inebriamini. bona ebrietas, quae ad meliora
atque iucunda facit quendam mentis excessum, ut inmemor sollici-
tudinum animus noster uino iucunditatis hilaretur. bona mensae 2
spiritalis ebrietas; denique poculum inebrians quam
praeclarum! sed et alibi habes: riuos eius inebria,
multiplica generationes eius, eo quod ebrietas terrae,
cum infusa fuerit imbre caelesti, suscitare semina, fructus multi-
plicare consueuerit. itaque uerbum dei, quod sicut pluuia descendit 3
e caelo, ubi uenas terrae nostrae uel animae ac mentis inebriauit
praedicatione diuina, excitauit uirtutum studia diuersarum fructus-
que fidei et castae deuotionis adoleuit. meritoque dicitur ei: uisi-
tasti terram et inebriasti eam. susceptione etenim
corporis uisitauit, ut sanaret infirmos, inebriauit gratia spiritali,
ut anxios iucunditate mulceret.

25. Recte ergo sponsae dicitur: fauum distillant labia tua, sponsa; mel et lac sub lingua tua. os enim iusti distillat sapientiam, de ore iusti suauitatis et misericordiae mella procedunt, in ore iusti nullus dolus, nulla fallacia, nulla est

1.10 *Cant. 5, 1 3 cf. Ps. 103, 15 13 cf. Eccli. 34, 27 (31, 35) 14 *Ps. 22, 5 15 *Ps. 64, 11 18 cf. Ps. 71, 6 21 Ps. 64, 10 25 *Cant. 4, 11 26 cf. Ps. 36, 30

3 mesticus *G* misticus (*pr.* i *in ras.*) *M* 5 autem] *add.* et *O* 6 mulceatur (a *in ras. m2*) *R* amare *A* amara febribus *eras. R* 7 corde sermones *AR* mella *ARm2* 8 collisae *O* animae] *add.* ac *O* menbra *P* refouent *ARm2* 9 sicut] *add.* et *Ta* 12 iocunda *codd. praeter A, a, item* 13 iocunditatis sollicitudine *Mm1* 13 mensa *P* 15 praeclarum] *add.* est *AOv et om. NRm1* 18 consueuerat *Rm1* ita (que *eras.*) *Rm2* dei *om. a* 19 de *av* mentis] *add.* nostrae *Na* 21 ei dicitur *Nav* 24 *et* 296, 3 iocunditate *MNOPRa* 25 destillant *et* 27 destillat *N* 28 dolos *Mm1*

2 amaritudo peccati. audit ecclesia uerba iusti, audit plebs dei
praecepta sapientis, delectatur alloquii suauitate, moralis dispu-
tationis iucunditate mulcetur dicens: quam dulcia fauci-
bus meis uerba tua, super mel et fauum ori
meo, quia mel apum ad horam delectat, sed cito sapor eius uanescit
et plerumque uitiosa uiscera laeduntur, uerborum autem moralium
3 etsi pungunt mella, non laedunt. cognosce tamen cui illa credantur;
scriptum est enim: in aurem insipientis nihil dicas,
ne quando inrideat prudentes sermones tuos.
euomet enim et reiciet sermonem tuum stultus, qui eius sentire non
potest suauitatem.

26. Sequitur uersus octauus: *a mandatis tuis intel-
lexi; propterea odio habui omnem uiam ini-
quitatis.* consequens huic uersiculo est: concupiscens
sapientiam serua mandata; sed nemo potest seruare
nisi qui intellegit. denique redduntur cotidie omnia uerba legis a
quibusdam senioribus Iudaeorum et nemo eorum potest custodire
2 mandatum. neque enim arborem dixerim custodire fecunditatem
naturae, quae luxuriat in foliis, uanescit in fructu, nec terram
illam dixerim custodire fructus suos, quae quod filicem inuisam
pascit agricolis, edere frumenta non soleat, nec pastor custodire
uidetur pecus, qui eligere pabula profutura non nouerit, lupos cauere,
canibus uallare ouilia sua, nesciat potum, cum opus sit, ministrare.
3 nam producere tantummodo sine ulla cura mutum pecus tantundem
est quantum scripturas legere populum Iudaeorum. ubi sint spiri-
talis pabula sacramenti, ubi littera occidat, ubi intellegibiles incur-

3*Ps. 118, 103 8*Prou. 23, 9 12*Ps. 118, 104 14*Eccli. 1, 26 (33)
26 cf. II Cor. 3, 6 cf. Ioh. 10, 12

1 amaritodo *Mm1* 5 euanescit *av* 6 uiscera uitiosa *NOPav* 7 cognoscet *A* creduntur *O* 8 aure *AGPm2Rm2* 9 inrideant *Mm2* 10 reiciat *N* non potest sentire *av* 12 uersus *om. GNOPRm1v* octauus] VIII *AMR*, *om. NOPv* 13 propterea] propter hoc *GMNav* propterea hoc *Pm1* hodio *MNP* odio habui] odiui *O* 16 cotidie redduntur *O* cottidie *M* 19 luxoriat *MRm1* folia *Mm1* 20 quae *Oav*, *om. cet.* quod] cum *a*, *om. Ov* felicem *Gm1Mm1Pm1Rm1* 21 parit *Ov* agricolis] *add.* et *O* 24 produre *A* 25 legere] *add.* tantum *Tm2av* Iudaeorum] *add.* et nescire *a* 26 papula *Rm1* pascua *av* excidat *O* intelligibilis *Mm1* incurrent *APm1Rm1* incurrant *GMNPm2Rm2a*

sent lupi, ubi sit requies refectionis, ubi resurrectionis spes, qui sint canes qui pro gregis possint latrare custodia, populus et ipso grege magis mutus ignorat.

27. Itaque si dicat: 'mandata custodio', respondetur ei: *tu uero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos post te. si uidebas furem, simul currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas. os tuum abundauit nequitia et lingua tua concinnabat dolos; sedens aduersus fratrem tuum detrahebas.* non est hoc custodire mandata, sed praeuaricari; statutis facere contraria non est intellegere,
sed ignorare. quomodo possunt uerba dei dulcia esse in faucibus 2
tuis, in quibus est amaritudo nequitiae? quomodo mel et lac sub lingua tua, cum dolum in lingua tua conponas, ut aliud pectore concipias, aliud forensi sermone praetendas, ut decipias incautum, cum tibi Petrus apostolus dicat, ut deponas omnem malitiam et fucum simulationis abicias, dicens: *sicut dudum geniti infantes rationabile sine dolo lac concupi-*
*scite?* ostendit enim nobis quid sit mel et lac habere sub lingua, 3
ut non maledicere maledicentibus, sed benedictionem referre nouerimus, nesciamus odisse nisi uiam iniquitatis, ut facere quod execramur reluctanti caueamus affectu. ideo Paulus cauebat in carne sua malum, quia oderat; ideo Iohannes monet in epistula sua, ne diligamus saeculum, *quia omne quod in saeculo est concupiscentia est carnis et concupiscentia oculorum et iactantia uitae.*

28. Est ergo in nobis, ut et bene aliquid oderimus et bene aliquid

4*Ps. 49, 17—20 16 cf. I Petr. 2, 1 17*I Petr. 2, 2 20 cf. I Petr. 2, 23 22 cf. Rom. 7, 15 24*I Ioh. 2, 16

1 spes resurrectionis *Mm2Nav* sint] sunt *b* 2 possent *PR* populis *NPm1T* 6 pos te *NRm1* 7 *alt.* cum *om. R* 9 concinnauit *b* dolis *Pm1* dolum *b* 11 est] *add.* hoc *O* 14 in *om. MNOPRav* tua lingua *O* componat *GMNm1ORav* 15 forinsecus *AOR* 17 dudum] nunc *Ov* 18 rationales *Am1* rationabiles *Am2GMNOav* rationabilis *Rm1*, *add.* et *GMNav* lac— p. 303, 24 et omnibus *desunt in A* (*def. A*) 19 ostendens *GMNPa* enim *eras. N* lingua] *add.* docet *a* 21 ut] et *GRm2* 23 malum quod erat in carne sua, ideo iohannes *O* epistola *codd. av* 25 carnis est *O*

diligamus. sicut enim bene amare possumus seruos dei et bene diligere
possumus inimicos nostros secundum uerbum domini, ita bene odisse
possumus inimicos dei, odisse iniquitatem, odisse perfidiam, odisse
turpitudines, odisse mundi istius uanitates. odio igitur debent esse
quae saeculi sunt, ne securis affectibus et otiosis blanda concilia-
2 tricula uoluptatis inrepat inlecebra. facile capit oculos petulantis
forma meretricis, nisi eos odia premant iusta et inpuritatem indignatus
auertat affectus. inflat plerumque homines et tumido resupinat
fastidio nobilitatis iactantia et rerum affluentia saecularium, nisi
pudeat in te aliena magis quam propria laudari. Christus cum
diues esset, pauper factus est; in paupere, non in diuite te redemit.
confitentibus dei filium imperabat tacere, ut operibus magis quam
sermonibus deus agnosceretur; et tu nobilem te dicis, qui es factus
3 e terra? Dauid rex dicit: m e m e n t o, d o m i n e, q u i a p u l u i s
s u m u s; et tu in hoc caduco atque limoso genere gloriaris et diuitem
te putas, qui cras potes esse mendicus, cum uita tua non in abundantia tua, sed in dei sit misericordia? cui honor, gloria, laus, perpetuitas a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum. amen.

## XIV.
## LITTERA NUN.

1. 'Nun' littera Hebraea est quarta decima, cuius interpretatio est 'unicus' uel in alia interpretatione 'pascua eorum'. ecce ipsae Hebraeorum litterae testificantur dominum Iesum esse unicum patris filium, uerbum dei. denique primo statim uersu Dauid de unico filio dei dicit: *l u c e r n a p e d i b u s m e i s u e r b u m*

2 cf. Matth. 5, 44   5 *blanda conciliatricula*] cf. Cic. Sest. 9, 21   10 cf. II Cor. 8, 9   12 cf. Matth. 16, 16. 20   14*Ps. 102, 14   17 cf. Rom. 16, 27   26*Ps. 118, 105

*dej. A*   1 enim *om. N*   bene enim *GMPa*   seruos dei] sanctos domini *O*   2 mandatum *NTa*   4 turpidines *O*   esse debent *av*   5 quo *R*   blanditer *v*   6 oculus *R*   peculantis *M* speculantis *N* patulantis *O*   7 formam *Rm2*   impuritate *O*   8 tumido ore *GMm1Pm1Ra* tumidiore *Mm2Pm2*   supinat *GMPRa*   9 fastigium *Ga* fastigio *Nm2*   10 alieni *Rm1*   14 e *NOTav* de *Pm2Rm2*, *om. GMPm1Rm1*   19 *nihil subscriptum in codd.*   22 Cum (C *del.*) *O* Num *PR*   XIIIIa *GP* XIIII *MNR*   23 uel sicut in alia interpretatione habetur *Tm2a*   24 testantur *Na*   25 patri *MN*   26 dicit] *add.* I *G* ·I·V· *N*

*tuum, domine, et lumen semitis meis.* unde intel- 2
legimus ideo per litteras Hebraeorum psalmum hunc esse digestum,
ut homo noster tamquam paruulus et ab infantia per litterarum
elementa formatus, quibus aetas puerilis adsueuit, usque ad maturi-
tatem uirtutis excrescat. litterae autem singulae uelut tituli sunt
eorum uersuum, qui sub isdem litteris adscribuntur, seriem et
continentiam declarantes, sicut hic 'unicum' significat littera et de
unigenito dei filio atque eius aeterni luminis claritate psalmi huius
portio prophetat.

2. Nec sane ab ista abhorret etiam illa in alio reperta codice
litterae huius interpretatio. quae sunt enim pascua nostra, hoc est
fidelium, nisi Christus? in cuius pascuis se locatum propheta
laetatus est dicens: *in loco pascuae, ibi me collo-
cauit*; ipse enim nos pascit et reficit. bona pascua sacramenta
diuina sunt. carpis illic nouum florem, qui bonum odorem dedit 2
resurrectionis; carpis lilium, id est splendorem aeternitatis; carpis
rosam, hoc est dominici corporis sanguinem. bona etiam pascua
uerba sunt scripturarum caelestium, in quibus cotidiana lectione
pascimur, in quibus recreamur ac reficimur, cum ea quae scripta
sunt degustamus uel summo ore libata frequentius ruminamus. his
pascuis grex domini saginatur.

3. Bona etiam Christi pascua, qui pascit in liliis, in splendore
sanctorum; bona pascua etiam montes conuallium; nam et in his
pascitur Christus sicut capreolus aut hinnulus ceruorum. montes
sunt conuallium sicut luminaria istius mundi sedula humilitate ful-
gentes, qui uirtutum diuersarum praestant cacumine et supra

13 Ps. 22, 2 22 cf. Cant. 2, 16. 6, 2 cf. Ps. 109, 3 23 cf. Cant. 8, 14 25 cf. Phil. 2, 15

*def. A* 1 domine *om. MNOv* lux *a* 4 elimenta *Rm1* 6 hisdem *NORTa* iisdem *v* 7 declarentes *Mm1* 8 eius] ex *Rm1* huius] eius *GMNPRm1a* ea *Rm2* 9 prophetatur *codd. praeter O, a* 11 interpretatio quae est pascua (*add.* eorum *a*) hoc est fidelium quae sunt pascua nisi Christus (quae est—*alt.* pascua *in ras. T*) *Ta* 12 pascuis *om. Pm1* 14 diuina sacramenta *Nav* 16 id est *O* idem *R* in quo sit *GMa* quod sit *NT* quo sit *P* hoc est *v* splendor *GMNPTa* 17 domini *G* 18 uerba] bona *R* libri *GMOav* 20 ruminamur *Mm1* 22 liliis] *add.* hoc est *a* 23 nam et—25 conuallium *om. codd. praeter O, a* 26 cacumin *Gm1* cacumen *Gm2M* cacumina *NOPR* et] ex *M*

2 mundum meritis suis eminent. isti sunt de quibus dicitur: *de hoc mundo non sunt sicut ego non sum de hoc mundo*, quia supra mundum sunt qui Christum secuntur. conuallis autem mundus est, ideoque disposuit in ualle fletus, eo quod in hoc mundo fletus sint lacrimaeque. et prouidens dominus disposuit in hoc mundo testamentum suum, ut magis hic fleamus peccata nostra quam flenda seruemus.

4. Pascua nostra etiam isti uersiculi sunt, de quibus hodie tractaturi sumus, in quibus Dauid dicit: *pascebam oues patris mei*, ostendens ueram lucernam, discens humilitatem. in talibus pascuis uerus Dauid, uerus humilis et manu fortis, qui non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semet ipsum exinaniuit et homo natus per uirginis partum humiliauit se usque ad mortem, oues patris sui diuina praedicatione pascebat, cum secundum scripturas suum probaret aduentum, cum quinque panibus et duobus piscibus hominum milia multa satiaret.

5. Haec ergo nostra sunt pascua, haec eorum qui possunt dicere: *quam dulcia faucibus meis uerba tua!* haec eorum pascua, qui dicunt: *lucerna pedibus meis uerbum tuum, domine*. pascitur enim os nostrum uerbo, cum loquimur mandata dei uerbi. pascitur et oculus noster interior lucernae spiritalis lumine, quae nobis in hac mundi nocte praelucet, ne sicut in tenebris ambulantes incertis titubemus uestigiis et
2 uiam ueram inuenire nequeamus. intellegibilis igitur pedum gressus, intellegibilis et lucerna, quia uerbum dei lucerna est. nonne hoc in principio erat uerbum apud deum? quomodo ergo lucerna est? nonne hoc *erat uerum lumen quod*

1*Ioh. 17, 14 4 cf. Ps. 83, 7 9*I Reg. 17, 34 11 cf. Phil. 2, 6—8 14 cf. Luc. 4, 18—21 15 cf. Ioh. 6, 9—12 18*Ps. 118, 103 19*Ps. 118, 105 26 cf. Ioh. 1, 2 27*Ioh. 1, 9

*def. A* 2 sicut] *add.* et *MNOav* 3 sequuntur *MOav* 4 conualle *GMOav* 10 discens] docens *Oav* pascuis talibus *v* 11 *alt.* uerus *eras. R* 12 sed *om. PRm1* 13 montem *M* 14 sui] mei *MN* 15 aduentum—16 satiaret *om. PR* 16 piscibus] *add.* quinque *a* multa *om. GMNa* saturaret *Ov* 17 haec eorum—18 tua] mitte oleum ne deficiat tibi. quia lumen lucernae est oleum *O* 19 pascua] *add.* sunt *a* 20 nostrum] meum *PRm1* 21 uerbi] uerbo *R*, *om. O* et] uerbo *O*, *om. R* 24 intellegebilis *R* igitur] enim *a*

*inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum?* quomodo ergo lucerna dicitur? Esaias clamat: *populus, qui sedebat in tenebris, lucem uiderunt magnam:* quomodo hic dicit 'lucerna'?

6. Sed uideamus, ne forte idem uerbum dei aliis magna lux sit, aliis lucerna. mihi lucerna, angelis lux est. Petro lux erat, quando adstitit ei angelus in carcere et lumen refulsit ei. Paulo lux erat, quando euntem ad persequendum populum christianum circumfulsit eum lumen de caelo et audiuit dicentem sibi: *Saule Saule, quid me persequeris?* et magna quidem lux; denique lucernae Pauli lumen euanuit, ubi diuinae splendor lucis emicuit.

7. Et uere lucerna est mihi Christus, quando isto nostro ore recensetur. lucet in limo, fulget in uase fictili thesaurus ille, quem habemus in uasis fictilibus. mitte oleum, ne deficiat tibi, quia lumen lucernae est oleum, non oleum terrestre, sed illud oleum misericordiae caelestis et gratiae quo ungebantur prophetae. oleum 2 tuum humilitas est, quo ceruicis nostrae dura mollescunt. oleum tuum misericordia tua est, quo etiam conlisa scopulis peccatorum fouentur corpora. hoc oleum uulnerato illi a latronibus descendenti ex Hierusalem euangelicus ille Samaritanus infudit, qui uidens eum misericordia motus est et alligauit uulnera eius, infundens oleum et uinum. hoc oleum sanat aegrotos — misericordia enim a peccato liberat —; hoc oleum lucet in tenebris, si opera nostra luceant coram

3*Esai. 9, 2 6 cf. Act. 12, 7 9 Act. 9, 4 14 cf. II Cor. 4, 7 15 cf. Matth. 25, 4 20 cf. Luc. 10, 33—34 23 cf. Tob. 4, 11 (Uulg.). Prou. 15, 27 (16, 6) 24 cf. Matth. 5, 16

*def. A* 3 uidit *GMNOav* 4 hoc *Pm1* dicitur *av* lucernam *P* 6 angelus *Mm1* 7 adstetit *Rm1* circumfulsit *Ov* eum *GMm1OPRv* 8 eundem *GM* eum tendentem *R* 9 eum *del. M, om. O* lumen] lux *Nav* sol *OR* 11 et lucerna *O* haec lucernae *Rm1* hac lucerna *Rm2* 13 uera *OR* isto] is *GPm2Ta* his *Pm1* 14 ligno *O* 15 mitte—quia *Ov, om. cet. a* 16 est] *add.* mitte *a* est oleum] *add.* ne deficiat tibi quia (quia *om. MPa*) lumen lucernae est (et *a*) oleum *MPRa* oleum terrestre] oleae terrestris *GMNPm1Ta* 17 et *om. NORa* quod *M* unguebantur *PR* 18 ceruices *O* durae *O* indure *R* 19 tua] eius *Rm2, om. Mm1* scopolis *P* 21 e ierusalem *G* infundit *Mm1* 23 curat *MNTa* enim] *add.* dei *Rm2* 24 liberet *Rm1*

3 hominibus; hoc oleum lucet in ecclesiae sollemnitatibus. denique
quibus oleum non defuit, nec lumen fidei defecit, sed cum lampadibus in locum nuptiarum introire meruerunt; quae autem in
uasis suis oleum non tulerunt, hoc est non habuerunt fidem, non
prudentiam, non misericordiam animae in hoc constitutae corpore,
4 merito infidelitatis exclusae sunt. ideo et tu habeto semper lucernam
ardentem uel lucentem facem. si enim neque lucerna neque lampas
tua luceat, stulta uirgo diceris nec introibis in thalamum sponsi
tui superioris, sed remanebis in tenebris caecitatis, quasi qui oderis
lucem, ne opera tua flagitiosa prodantur; omnis enim qui
male agit odit lucem. habeto fidem, habeto prudentiam,
ut semper habeas in uasis tuis oleum misericordiae, deuotionis
gratiam, quia prudentes acceperunt oleum in uasis suis cum lam-
5 padibus suis. ungite, o homines, lampades uestras; cum ieiunatis,
ungite caput uestrum. infundamus mentibus nostris oleum, ut
corpus nostrum lucidum sit. luceat tibi semper lucerna uerbum
dei, luceat et lucerna corporis tui oculus tuus. conscientia tua
lucens bene in hoc corpore lucernae lux est, ipsa est oculus tuus.
6 sit purus oculus tuus. si conscientia tua munda sit, munda est
caro tua; si autem in te tenebrosa est conscientia tua, etiam
corpus tuum conscientiae tuae nocte tenebrosum est. lucernae
ergo et nos sumus toto operti corpore, uix aliquid exiguum
habentes unde lucere possimus.

8. Denique et Iohannes lucerna erat, sicut dixit de eo dominus: ille erat lucerna ardens et inluminans. bona lucerna quae lumen accipiebat a Christo, ut lucere posset in hoc saeculo, merito ardens, merito inluminans, quia erat nuntius Christi, inluminans praedicatione fidei pectora singulorum. sed et istis

2 cf. Matth. 25, 1—12 10 Ioh. 3, 20 16 sqq.] cf. Matth. 6, 22—23. Luc. 11, 34 25*Ioh. 5, 35

*dej. A* 2 fidi *M*, *add.* non *R* desistit *O* deficit *Rm1* 5 corpore constitute *O* 6 exclusi *Rm2* 8 lucet *OR* 9 tui *om.* *M* 12 habeamus *OPR* tuis] nostris *OPR* 14 suis *om.* *M* o *om.* *Mm1* lampadas *PRm1* 15 unguite *P* capud *M* oleum mentibus nostris *OR* 18 lux est] *add.* quia *ORv* ipse *OR* 20 in te] in *Mm1Rm1*, *del.* *R*, *om.* *NOv* est tenebrosa *a* 21 est] erit *Ta* 23 possumus *Rm1* 24 dominus de eo *av* 26 possit *GMPm1Rm1* 27 qui *MNa*

lucernis dedit ut lux mundi essent, dicens ad apostolos: uos estis lux mundi. ergo si gloria sanctorum nunc sicut lucerna, nunc sicut lux mundi fulgebat in hoc saeculo, quid dicimus de uerbo dei quod et lucerna est pedibus meis?

9. Et fortasse, ubi non sunt tenebrae, non est lucerna uerbum dei, sed supra lucernam, quia lux est. tenebrae his non sunt qui uident lucem; denique tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. et fortasse secundum legem lucerna est uerbum dei, secundum euangelium lux magna est. Iudaeis 2
lucerna est et lucerna sub modio. lucet lex, sed non uidetur, quia operta eorum doctrina est et contagione uitiorum et caecitate perfidiae; populo autem ex nationibus lux est, denique populo qui sedebat in regione umbrae mortis lux orta est. aperi igitur fenestras tuas, ut splendor tibi magnae lucis introeat. paratum fac candelabrum tuum, ut lux tua non operiatur integimento corporis tui et mensura terrenae huius fragilitatis, sed supra mensuram corporeae infirmitatis animae tuae uirtute praefulgeas. aut si ad men- 3
suram teneris, uide ne superefficiant ipsae mensurae, ne supereffluant, sed bonis seminibus sint contentae. non sit otiosus sermo tuus, non ferietur et uacet uerbum tuum, ne fiat lucerna sub modio. potens est deus qui super candelabrum constituat lucernam tuam, ut luceat omnibus qui in domo sunt, ut qui ingrediuntur lumen uideant. candelabrum principale nostrum est. pone sermonem in principali tuo, et 4
omnibus lucet qui ingrediuntur in ecclesiam. accipe et aliud candelabrum. considera os tuum, considera et sermonem tuum. nonne os tuum candelabrum est et uerbum tuum lucerna est, cum de tuo ore profertur? haec lucerna semper tibi luceat, hoc est: uerbum tuum luceat et numquam extinguatur.

1 Matth. 5, 14 4 cf. Ps. 118, 105 7*Matth. 13, 43 10 cf. Matth. 5, 15 12 cf. Esai. 9, 2 18 cf. Luc. 6, 38 19 cf. Matth. 12, 36 20 cf. Matth. 5, 15 21 Matth. 5, 15 22 Luc. 11, 33

def. A 1 ad *om. R* apostolis *Rm2* 3 fulget *MNPm2a* dicunt *R* 5 est *om. O* 6 iis *v* 8 sui] mei *N* eorum *a* 11 contagione *edd. uett. b* cogitatione *codd. aμ* 12 ex nationibus] nationum *a* 13 horta *GP* est] *add.* eis *ORav* 15 integumento *av* 16 mensurae *GO* huius *om. R* 17 ueritate *GMNOPR* praefulgeat *O* 18 supereffluat ipsa mensura *O* ne supereffluant *om. O* 19 bonis] *add.* conserta *O* sint] sine *O* sina *R* 21 supra *a* 22 ut *om. P* et qui ingrediuntur ut *a* 25 lucet] *pergit A* luceat *Ov* 27 cum] cor *Gm1* 28 ore tuo *Omlav*

10. Quaeris ut doceam, quomodo non possit extingui? scriptum
est: lumen iusti semper inextinguibile est,
lumen autem impiorum extinguetur. hoc lumen
erat lucernae quae lucebat in tabernaculo testimonii et hodie quae
lucet in ecclesia, uir sapiens. hic est oculus ecclesiae qui non dicit
manibus, hoc est operantibus sed non acutis ad intellegendum:
2 non estis mihi necessarii. ergo super candelabrum
lucebat qui dicebat: nostra autem conuersatio in
caelis est. nam et Dauid iam tota mente conuersabatur in
caelo et adhuc tamen dicebat: lucerna pedibus meis
uerbum tuum. aut fortasse quasi bonus magister mihi prae-
ire cupiebat, ut lumen sequi discerem et illius pedibus ambularem.
3 ostendit ergo mihi lucernam sequi discere in istius ignorantiae, in
istius operimenti corporei tenebris constituto, ut Christum sequens
nullum lapidem offensionis incurram. errabat Petrus in tenebris
ignorantiae, negabat Christum esse moriturum, quia adhuc non
uidebat moriturum et resurrecturum esse pro nobis. conuersus ad
4 eum dominus ait: uade retro post me. ostendit illi lucernam
quam deberet sequi, 'post me' dicens. secundum uerbum dei con-
firmatus est, postea coepit inhaerere Christo timens ne iterum
aliquo laberetur errore. nonne et ipse, sicut qui dicebat: lucerna
pedibus meis uerbum tuum, ad hanc lucernam festi-
nauit, cum diceret in mari: domine, iube me uenire ad
te super aquam? sed quia non sequebatur lucernam, motus
est atque titubauit, naturae uehementioris mole turbatus.

2*Sap. 7, 10 3*Hiob 18, 5 4 cf. Ex. 27, 20—21 7 I Cor. 12, 21 cf. Matth. 5, 15 8 Phil. 3, 20 10.21 Ps. 118, 105 15 cf. Ps. 90, 12 18*Matth. 16, 23 23*Matth. 14, 28

1 possis *AGm1Mm1R* 4 *pr.* quae] quod *O* *alt.* quae] quod *O*, *eras. R* 6 operantibus] *add.* cum sit quidem angustiis opertus *Tm2a* sed non acutis *om. AO* acutis] angustus *GPTa* angustiis *Mm1N* angustis *Mm2* 8 qui dicebat *om. MNP* 9 nam et—11 tuum *om. O* iam tota mente iam *M* tota mente iam *Nav* 11 tuum] *add.* domine *GM* 12 discernem (*sic*) *O* 13 mihi] *add.* hanc *Ov* ut sequi *M* sequar *O* discerem *MNm1* sequi discere] hanc sequar *a* ignorantiae] *add.* tenebris *O* *alt.* in istius *del. R*, *ante* corporei *tr. Rm2a* 14 operimento *AGMm1OPRTa* corporeae *AGMm1NPT* corporis *ORm2a* tenebris *om. O* constitutus *GMNOPRTa* 19 secutus *AOav*, *cf. cap. 23 init. et Ps. 118 passim* (*κατὰ τὸ λόγιον*) 20 est *om. O* 21 sicut *O*, *om. cet. av* 22 lucernam] *add.* pedibus *O* 25 more *O*

11. Sequamur ergo lucernam hanc sicut lucernam et sicut in
nocte ambulemus ad lumen. multae foueae, multi scopuli in istius
saeculi caligine non uidentur. praefer tibi lucernam quam propheta
monstrauit, uide quo debeas transferre uestigium, contuere ubi
pedem ponere mentis internae. per singulos cura sit gressus, nulli 2
credas tuum nisi praeeunte lucernae istius luce processum. et ubi
putas quod luceat gurges est, uidetur lucere, sed polluit, et ubi
putas solidum esse uel siccum, ibi lubricum est, si lucerna tibi longius
sit. sit ergo tibi fides itineris tui praeuia, sit tibi iter scriptura
diuina; bonus est caelestis ductus eloquii. ex hac lucerna accende
et tu lucernam, ut luceat interior oculus tuus qui lucerna est tui
corporis. multas habes lucernas; accende omnes, quia dictum est 3
tibi: s i n t l u m b i u e s t r i p r a e c i n c t i e t l u c e r n a e
u e s t r a e a r d e n t e s. quia multae tenebrae, multae lucernae
sunt necessariae, ut meritorum nostrorum in tantis tenebris lumen
eluceat. istas lucernas lex significauit semper lucere debere in
tabernaculo testimonii, non illas quas Iudaei accendunt cotidie.
illae sub umbra lucent et extinguntur cotidie, quia quod faciunt
non uident, quod legunt nesciunt, accipientes secundum litteram
quod praecipitur secundum spiritum. tabernaculum enim testimonii 4
corpus hoc nostrum est, in quo Christus aduenit p e r a m p l i u s
e t p e r f e c t i u s t a b e r n a c u l u m, sicut scriptum est, ut
per sanguinem suum intraret in sancta et conscientiam nostram
ab omni opere mortuorum et labe mundaret, quo in corporibus
nostris, quae suorum testimonio et qualitate factorum cogitationum
nostrarum abscondita et occulta testantur, lucernarum modo luceat

11 cf. Matth. 6, 22 13*Luc. 12, 35 16 cf. Ex. 27, 20—21 21 Hebr. 9, 11 23 cf. Hebr. 9, 12 cf. Hebr. 9, 14

1 sequemur *Pm1* ergo *om. AOR* sicut lucernam *om. v* 2 scopoli *P* 3 ibi *AR* 4 uinde *Am1* unde *P* quod *R* 5 singulos gradus cura sit. gressus *O* 6 tuos *AOR* praetereunte *O* processu *Rm2* et] nam *v* 7 luceat] *add.* ibi *a* gurgis *Pm1* 8 ibi] tibi *Mm1* est] *add.* sed et *ANOPRaμ* longius] iter longius *μ* 9 *alt.* sit *om. A* ergo *eras. R* fides tibi *Nav* iter] *add.* semper *O* 11 corporis tui *O* 14 uestrae *om. Na* quia] *add.* ubi *GM pr.* multae] *add.* sunt *av* sunt lucernae *Nav* 16 luceat *R* 17 non illas *om. P* 17.18 cotididie *M* 18 et *om. NR* extinguuntur *MNv* extiguntur *P* 21 est nostrum *AR*

5 nostrarum lux clara uirtutum. istae sunt lucernae ardentes, quae die ac nocte in templo dei lucent. si templum dei in corpore tuo seruas, si membra tua membra sunt Christi, lucent uirtutes tuae, quas nullus extinguit, nisi eas tuum crimen extinxerit. hoc lumine castae mentis et piae deuotionis sollemnitatis nostrae festa resplendeant.

12. Luceat ergo semper lucerna tua. arguit Christus etiam eos qui utuntur lucerna, si non semper utantur, dicens: sint lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes. non ad horam exultemus in lumine. ad horam exultat qui audit uerbum in ecclesia et gaudet, egressus autem obliuiscitur quod audiuit aut
2 neglegit. iste est qui sine lucerna in domo sua ambulat ideoque in tenebris ambulat, qui opera tenebrarum facit in comesationibus et ebrietatibus, in cubilibus et inpudicitiis, in contentionibus et aemulationibus, indutus diaboli uestimenta, non Christum. haec fiunt quando uerbi lucerna non lucet. numquam ergo neglegamus uerbum domini, ex quo nobis omnium origo uirtutum est uniuer-
3 sorumque operum quidam processus. si membra corporis nostri sine luce operari recte non queunt — nam pedes uacillant sine lumine et manus errant —, quanto magis ad uerbi lumen dirigenda sunt animae nostrae uestigia, mentis incessus! sunt et manus animae quae bene tangunt, ut tetigit Thomas dominicae resurrectionis indicia, si uerbi praesentis nobis lumen luceat. haec lucerna accensa sit in omni uerbo, in omni opere, ad hanc lucernam gressus noster forensis internusque moueatur.

13. Sed progrediamur ad cetera et fiat pedibus meis lucerna uerbum dei et semitis meis lux. pedibus lucerna satis ad ambulandum, semitis non est satis ad inluminandum. idem uerbum tamen et pedibus lucerna est et semitis lux est, quia idem unigenitus dei

2 cf. I Cor. 3, 16 3 cf. I Cor. 6, 15 8*Luc. 12, 35 9 cf. Ioh. 5, 35 13 cf. Rom. 13, 13—14 22 cf. Ioh. 20, 27 26 cf. Ps. 118, 105

3 menbra *MNP* 5 mentes *Aa* solennitates *a* 11 aut] et *G* (*corr. in* aut *m1*) *Oav* 13 qui] quia *MNa* 14 *pr.* in *om. GMm1* *alt.* in] et *O*, *om. GMNPRm1* 15 uestimenta diaboli *Oav* christi *AO* 18 nostri] christi *Mm2N* 21 uestigia] *add.* et *O* atque *av* 23 iudicia *N* 25 internisque *Mm1* 26 sed] *add.* iam *Aav* progrediatur *O* 27 satis] *add.* est *v* 28 ambulandum uel inluminandum *M* idem] id est *P* tamen uerbum *O*

filius et delinquentibus aduocatus et remunerator est fortibus, peccatorum remissor, largitor praemiorum.

14. Itaque cui lucerna fuerit uerbum dei, huic, quocumque
pergit, lucent semitae, sicut lucebant sancto Dauid; et ideo quasi
in lumine ambulans dicit: *iuraui et statui custodire*
*iudicia iustitiae tuae.* [*humiliatus sum usque*
*quaque.*] uox ambulantis in lumine est cum auctoritate dicere:
iuraui et statui. qui enim statuit non mouetur, non metuit 2
ne cadat, quia plus est statuere quam stare. stat igitur Dauid
mentis statione fundatus nec timet, ne in his mundi huius tenebris
possit errare. si enim metueret, non iuraret, si trepidaret, utrum
diuina posset custodire iudicia, non cum iuris iurandi statueret
sacramento. nemo bene iurat nisi qui potest scire quod iurat. iurare 3
igitur indicium scientiae, testimonium conscientiae est. et bene
iurat qui ad lucernam uerbi pedes suos dirigit, qui lucem in semitis
suis cernit. lux praeeat, si iurare disponis, id est cognitio ueritatis
praecedat, ut uinculum sacramenti tibi non possit nocere. ubi
religio sanctior, ibi fides ueritatis est plenior. denique ideo dominus, 4
qui uenit docere paruulos, imbuere nouos, firmare perfectos, ait in
euangelio: non iurandum omnino, quia infirmibus loquebatur. denique non ad solos apostolos loquebatur, sed ad turbas —
uoluit enim te non iurare, ne periures — et addidit: non iurare
neque per caelum neque per terram neque per
Hierosolymam neque per caput tuum, per haec
uidelicet quae subiecta non sunt tuae potestati. iurauit do- 5

1 cf. I Ioh. 2, 1 5 Ps. 118, 106 [107] 8 Ps. 118, 106 20*Matth. 5, 34 22 Matth. 5, 34—36 25*Ps. 109, 4

2 praemiorum largitor *Nav* 3 hunc *A* 5 in *om. OPRm1T* 6 humiliatus— 7 quaque *spuria esse censuit b; cf. cap. 19* 8 metuit] mouetur *Mm1* 10 huius] huis *P*, *om. Ma* 11 *alt.* si] sed *PR* 12 possit *O* ius *O* statueret] *add.* sed trepidaret sacramento (*om. A*) *AR* 13 sacramenta *O* *pr.* iuret *Rm1* iurare] iure *A* iura *R* 14 indicium *ANPR* scientiae] *add.* et *O* 16 lux] *add.* tibi *Oav* 17 tibi] ibi *M* ubi] ibi *O* 18 ibi] ubi *AGMNOPm1R* 19 paruolos *Rm1* 20 infirmi *Am1* infirmioribus *Rm2* infirmis *Am2GMNOPav* 22 non iurare— addidit *om. b* ne] *add.* forte *O* peiurares *Am1* periurares *Am2Pm2* periures *ex* perires *Gm1* periureris *Pm1R* peierares *Pm3* et *om. AR* iurare] *add.* omnino *v* 23 neque per caelum *om. O* 24 hie(ie-*M*)rosolimam *AMNPR* capud *M* 25 sint *MOR*

minus nec paenitebit eum. iuret ergo ille quem sacramenti sui paenitere non poterit. et quid iurauit deus? quia Christus in aeternum sacerdos est. numquid incertum, numquid inpossibile erat quod iurauit deus? numquid poterat esse mutabile? noli ergo usurpare exemplum sacramenti qui implendi sacramenti non habes potestatem.

15. Quid igitur iurauit Dauid? custodire iudicia iustitiae domini. in nullo uidelicet iam perfectum, iam instructum diuinae iustitiae mouebant iudicia. quanti mouentur, cum uident iustum aliquem orbatum liberis dispendiisque frequentibus ad ultimae egestatis deductum necessitatem, ut ipsa alimentorum habere subsidia non possit, fractum aegritudine graui et perpetua debilitate uexatum, ut obire nequeat communis officia naturae! sed qui firmus est non mouetur et is magis intellegit dei iustitiam praedicandam, quia corripit dominus quem diligit. numquid non frequentius corripitur filius quam seruulus? iniusta ergo pietas patris magis quam domini seueritas? asperioribus exercet pater filium quam dominus uernaculum, sed dura patris non aestimantur inpertita flagella, quia uult meliorem filium esse quam seruulum. eruditio ergo plena iustitiae est.

16. Orbatus est sanctus Iob liberis suis, in quos dominus potestatem diabolo dedit. numquid iniquus deus? absit, immo iustus, quia probaturus iustum suum per huiusmodi exercitia, in quibus eius est probata patientia, magis dignum qui probaretur effecit. quo enim clarius meritum coronati, hoc uberior iustitia coronantis. nudatus est facultatibus, cum diues esset, et haec deo subiit permittente dispendia. non erant pecuniae iam damna, sed uitae, cum deesset alimonia ademptis omnibus. quis accuset iustitiam dei, cum, si non

3 cf. Ps. 109, 4 7 cf. Ps. 118, 106 15 cf. Hebr. 12, 6

1 nec] et non *O* 2 peniteri *M* potuit *M* dominus *Oav* 4 dominus *AOav* 7 quid igitur] quia (quid *GMm1*) dicitur *codd. praeter O* 11 necessitate *A* necessitates *GMO* ut] aut *R* subsidia habere *NOav* 13 ut *om. M* obire *av* subire *GM* ob(o)edire *cet.* officio *ANPT* 14 is *av* si *AR* hinc *O* his *cet.* iustitiam dei *av* 15 non] con *AR* 16 seruus *P* 17 asperior *O* 18 imperia (*om.* flagella) *O* 19 filium meliorem *Nav* esse filium *O* 20 iustitia *G* est *om. Mm1* 24 sapientia *AGMNPa* efficit *Pm1* 25 uberius *MN* 27 iam] in *R*, *om. A* 28 si cum *O* Iob si non omnem *v* non *om. a*

omnem Iob amisisset pecuniam, non tantam inuenisset gratiam? athletam suum nudum ungere uoluit deus oleo patientiae, ut et subeundo faceret certamini fortiorem et merendo praemio digniorem.
perfusus totum corpus ulcere graui sedebat in stercore, radens sa- 3
niem saeuis uulnerum uibicibus defluentem, et hoc permissu domini diabolus intulerat iusto uiro; uideretur uicisse sibi diabolus, nisi accepta quam poposcerat potestate esset etiam ipse superatus. quid igitur fuit illa temptatio, quid inopia facultatum, destitutio filiorum, tolerantia uulnerum nisi exercitium fidei, insigne patientiae, eruditio gloriosa uirtutis, confessio plena uictoriae, ut, qui ante contradicentem habebat diabolum, postea non haberet? nemo ergo 4
dura putet esse quae iusta sunt. non uidebantur dura ei qui poterat dicere: nudus natus sum, nudus exibo. dominus dedit, dominus abstulit; sit nomen domini benedictum. benedicit enim dominum iustus cum laborat, peccator cum luxuriatur.

17. Nonne ergo ex infirmitate nostra uisa sunt dura mandata iustitiae, qui durum putamus esse quidquid per inbecillitatem animi ferre non possumus? tolle persecutiones, et martyres desunt. sed et persecutores deus, id est potestates saeculi est passus adsurgere, ne deessent qui uincerent Christo. quis tunc non dixit infirmus: 'domine, cur dedisti plebem tuam in potestatem persequentium?' sed quis hodie neget beatiores illos esse, qui passi sunt, quam illos, quos nulla uexarunt supplicia persecutorum?

18. Iustus ergo optat probari, temptari non timet; qui enim statuit custodire iudicia dei, non timet temptationes. ubi statuit nisi in corde? illic enim radicati et fundati esse debemus, non flui-

4 cf. Hiob 2, 7—8  13 *Hiob 1, 21  26 cf. Ps. 118, 106  27 cf. Eph. 3, 17 cf. Eph. 4, 14

1 iob omnem *a*  2 unguere *AOP*  patientiae *ed. Rom.* paenitentiae *codd. av*  3 certamine *a*  emerendo *NOav*  4 ulcere—uulnerum] uulnere—ulcerum *v*  5 ulcerum *a*  uibiciq. *G* uiuicibus *Mm1Pm1R*  6 uiro] *add.* ut *AR* sibi uicisse *O*  7 ipse *om. AR*  15 enim *om. MO*  16 luxoriat *Rm1* luxuriat *ORm2v*  17 nonne *AR* non *cet. av*  uisa—iustitiae *A* uisa sunt mandata iusta esse dura *Rm2* uis aestimanda iustitiae (iustitia *M*) est *cet. av*  18 qui] quid *GPRv* (*inc. cap. 17 in v*)  quicquid *MNOPRm2av*  20 deus] discipulis *O*  id est] atque *Tm2a, om. MNTm1*  potestate *M*  21 infirmorum *M*  22 credidisti *A* crededisti *R*  potestate *AG*  23 negat *O*  26 domini *O* *def. A*  27 nisi—*p. 312, 28* quid fecerunt *desunt in A*  fluctuantes *R*

tantes neque mobiles omni uento doctrinae. intus ergo statuamus in corde nostro, in pectore, in animo, ut fiat nobis illud propheticum: 2 *cogitationes iustorum semitae.* in his semitis bene ambulat iustus; ideo dicit: *proba me, domine, et tempta me.* denique hoc loco auctoritati respondens suae, qui iurauerat et statuerat custodire iudicia iustitiae dei, probari uoluisse se dicit, qui humilitatem subeundam credidit esse pro Christo.

19. Ideoque ait: *humiliatus sum nimis.* non solum humiliatum, sed etiam nimis humiliatum esse se gaudet. beatus qui gloriatur humilitate magis quam potestate. potestas decipit, humilitas non destituit. bona humilitas quae etiam in Christo laudem uirtutis inuenit. hanc in illo plus ueneror quam creationem, quia 2 creati ad laborem sumus, redempti ad quietem. denique ipse aduocans populos ad misericordiam suam de humilitate propria gloriatur dicens: *palam factus sum non quaerentibus me, apparui his qui me non interrogabant.* et alibi: *scapulas meas dedi in flagella, maxillas meas in palmas, faciem autem meam non auerti a confusione sputorum.* recte ergo Dauid humiliare se uoluit, ut tribulationum Christi in se ipso quod deesset impleret.

20. Potest et ipse hoc ex sua persona per os Dauid locutus dixisse: *humiliatus sum nimis,* qui dixit in euangelio: *uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem anima-* 2 *bus uestris.* discamus ergo ab eo, qui docere nos uoluit quod proficeret ad salutem et nobis dicit: *discite a me.* non est mediocre quod dicit 'discite' et addidit 'a me discite'. non fa-

3*Prou. 12, 5   4 Ps. 25, 2   6 cf. Ps. 118, 106   8.23*Ps. 118, 107   15*Esai. 65, 1   17*Esai. 50, 6   24*Matth. 11, 28—29

*def. A*   2 nobis fiat *av*   in nobis *O*   profeticum *R*   4 ideoque *Mav* denique *O*   5 hoc] *add.* quoque *Ov*   6 domini *MNv*   se uoluisse *NOav*   8 ait] *add.* III *GPR* IIII *N*   nimis] *add.* uiuifica me secundum uerbum tuum *a*   9 se esse *NRav*   10 decepit *Mm1*   12 uirtutes *Mm1*   14 popolos *M*   16 iis *v*   20 humiliari *Pm2, cf. p. 311, 16*   22 loquutus *P*   24 honorati *Mm2R*   27 animis *Mm1Rm1*

cile potest quisquam humilitatem docere inflatus; quamuis hu-
manam sapientiam mens carnis extollet. et qui paupertate con-
tentus est non est contentus iniuria et qui potest ferre uerberum
poenas exagitatur uerborum contumeliis et qui potest administra-
tiones contemnere dolet sibi aliquem honorificentia esse praelatum.
grande est in omnibus humilitatis tenere mensuram. superbia homi- 3
nem prima deiecit. dum plus uolumus, etiam quod minus est solemus
amittere. bona humilitas, quae nihil adpetendo totum quod con-
temnit adipiscitur. ipse dominus Iesus se humiliauit, ut nos eleuaret,
et humiliauit usque ad crucem. propter quod exaltauit, 4
inquit, illum deus, ut in nomine eius omne genu
flectatur. quanta fecit dominus audeo dicere, et non flexi ei
genu? sed flexi ei postquam se humiliauit; sic enim, hoc est per
humilitatem, per crucem sibi ecclesiam congregauit.

21. Dauid rex erat, incerta et occulta sapientiae sibi patefacta
testatur, sed ideo se magis humiliabat. at uero Ezechias cecidit ab
altitudine cordis sui. ille laudabilis rex, qui de obsidione, de aegri-
tudine beneficiis domini et mirabilibus liberatur, cecidit per super-
biam et gratiam meriti superioris inminuit. quid fuisset Ioseph, si
humilis non fuisset? sciuit sibi obfuisse quod praelatus erat fratribus;
etiam pius amor miseriam praelationis inuenerat. praelatio armauit 2
fratres, humilitas conciliauit extraneos; praelatio concitauit ger-
manos, humilitas regem subditum fecit, ut uere quasi ex persona
Ioseph dictum putemus quod hic ipse supra dixit: humiliatus
sum, et saluum me fecit, quamquam, si consideremus
quae iste tolerauit, ex persona sua eum dixisse repperiemus.

2 cf. Col. 2, 18 9 cf. Phil. 2, 8 10*Phil. 2, 9—10 15 cf. Ps. 50, 8
16 cf. IV Reg. 19 24*Ps. 114, 6

def. A 1 quamuis] *add.* sit *av* humanam sapientiam *scripsi* humana sapientia *GMNOPR* humana praeditus sapientia *av* 2 mens] *add.* tamen inflatur quam superbia *av* extollitur *O* extollit *av* 3 ferre] facere *N* 4 administrationem *Ta* 5 dolens *Rm1* 6 humilitatis in omnibus *O* mensuras *MNOm2Rv* 7 deiecit] *add.* quapropter *a* amittere solemus *O* 9 ipse] *add.* enim *a* 10 humiliauit] *add.* se *Ov* exaltabit *Rm1* 11 inquid *M* illum inquit *Na* eum *O* omnis *P* 12 flectat *P* 16 ab] in *M* 17 rex] *add.* ille *Ov* 18 et *om. Ma* liberatus *GMNPRTm1* est liberatus *Tm2a* 19 gratia *R* 20 sibi] sibi ipse *Ma* ipse *NT* 21 plus *O* 23 regi *M* 26 reperiemus *NOPm2Rm2av*

22. Golia superato occurrerant iuuenculae psallentes: Saul
in milibus, Dauid in decem milibus. commotum
est fel regis et quaerebat eum occidere. et humiliauit se Dauid ante
Ionathan filium regis et conuertit eius affectum, ut, quem suc-
cessorem patrii regni potuerat habere suspectum, eundem aduersum
studia paterna seruaret dicens patri: quid peccas in san-
guinem innocentis? et id uocem extorqueret inuito, quod
2 non mereretur occidi Dauid. recte ergo ait: humiliatus sum,
et saluum me fecit. et iterum, cum ad eum propheta ue-
nisset et indignationem domini in causa Bethsabeae mulieris denun-
tiasset, humiliauit se et ait: peccaui domino, et dixit
Nathan ad eum: quoniam paenituit te, abstu-
lit dominus peccatum tuum; non morte mo-
rieris. bona igitur humilitas. denique humiliatus est et saluus
3 factus est. et alio loco, cum propter numeratum populum dominus
esset offensus et misisset prophetam Gad, qui regi Dauid diceret:
elige tibi quid fieri uelis, triennio famem
super terram aut tribus mensibus fugere te
a facie inimicorum tuorum persequentium te
aut fieri triduo mortem in terra, respondit Dauid:
angustiae mihi sunt haec tria; sed magis inci-
dam in manum domini, quoniam magna est mi-
sericordia illius ualde, quam in manus homi-
4 num incidam. et cum dedisset dominus mortem in Israel a
mane usque ad horam prandii septuaginta milibus hominum mor-
tuis, respexit Dauid ad dominum et, cum uidisset angelum ferientem
populum, dixit: ecce ego peccaui et ego pastor male
feci, et isti in hoc grege quid fecerunt? fiat

1*I Reg. 18, 7 6*I Reg. 19, 5 8*Ps. 114, 6 11*II Reg. 12, 13
17*II Reg. 24, 13 21*II Reg. 24, 14 27*II Reg. 24, 17

*def. A* 1 Golia] alia *eras. R* superato] *add.* golia *s.l. R* occurrerunt *Pm1* 4 ionatham *PR* ut quem *om. R* 5 patri (*om.* regni) *O* poterat *NPTa* 7 et id] ut *O* id] ad hanc *Mm2* uoce *a* 8 meretur *O* 9 profeta *R* 10 bezsabeae *G* betsabeae *M* bersabeae *OTa* Bethsabee *v* 11 se] *add.* domino *O* domine *N* 12 natham *R* 14 ergo *MNO* 16 gath *O* 17 fieris *Rm1* uelis fieri *av* 20 terram *O* 21 sunt mihi *av* 22 manu *NOPRa* 24 israhel *PR* 25 oram *M* 27 ait *a* 28 fiat] *pergit A*

manus tua in me et in domo patris mei. et propitius factus est dominus, cum sacrificium reconciliationis domino esset oblatum. bona ergo humilitas quae regem plebemque seruauit. itaque reconciliato domino ait Dauid: bonum mihi est quod humiliatus sum.

23. Bona ergo humilitas, praesertim si adiungatur ei deuotio uoluntaria. ideoque se uiuificari secundum uerbum petit, ut secundum uerbum uiuat et omnia cum ratione faciat, non secundum carnis uoluntatem. unde mysticum illud etiam moraliter accipi potest: in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. et tu imitator esto dei. 2 quomodo imitator? numquid caelum potes facere aut terram aut mare? non utique. sed ut omnia per uerbum facias, nihil sine uerbo, omnia cum ratione, nihil sine ratione, quia non es inrationabilis, o homo, sed rationabilis.

24. Sequitur uersus quartus: *uoluntaria oris mei conproba, domine, et iudicia tua doce me.* qui se humiliat, uiuificatur iuxta promissum dei, qui uiuificatur spiritu dei uoluntarius est minister. plurimum enim refert, utrum ex uoluntate quid facias an ex necessitate, quod placeat deo. denique uoluntarius minister habet praemium, coactus dispensat obsequium, sicut apostolo docente cognouimus. scripsit enim: uae enim 2 mihi est si non euangelizauero. si enim uolens hoc ago, mercedem habeo; si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. uide uoluntarium executorem caelestis arbitrii. liber erat ex omnibus et omnium seruus

4*Ps. 118, 71 7 cf. Ps. 118, 107 9 Ioh. 1, 1—2 18*Ps. 118, 108 20 cf. Ps. 118, 107 24 I Cor. 9, 16—17 28 cf. I Cor. 9, 19

1 *alt.* in *om.O* domum *GMPm2av, cf. p. 140, 7* 2 dominus *om.O* domino] ei *NTa* 11 et deus erat uerbum *om.N* 14 potest *M* 15 ud *M* facis *A, add.* et *O* 16 uerbo] ipso *O* nihil sine ratione *om.T* 17 o—rationabilis *om.Mm1* 18 uersus *om.AGMNPRm1* quartus] IIII *AGNO, om.M* 20 iuxta] secundum *MORav* domini *Aav* 24 dicente *MNOa* 27 dispositio *N* excusatorem *O* exequutorem *P* 28 erat] at *eras. R*

est factus — uoluntate utique, non necessitate —, ut plurimos
lucraretur. his quoque, qui legis uinculo tenerentur, quasi
sub lege esset se exhibuit, cum sub lege non esset, ut
3 eos seruaret qui sub lege uiuebant. infirmis infirmus
factus est, ut infirmos adsumptione infirmitatis propriae sus-
tineret: omnibus omnia factus est non legitima necessitate, sed
uoluntatis obsequio. aperuit mihi huius altitudinem consilii in epi-
stula ad Philemonem scripta, quia quod ipse esset alium esse uellet,
ut uoluntate potius quam necessitate detulisse domino uideretur.
4 itaque pro Onesimo interueniens sic ait: tu autem illum ut
mea uiscera suscipe; quem ego uolueram me-
cum detinere, ut pro te mihi ministraret in
uinculis euangelii, sed sine consilio tuo nihil
uolui facere, ne uelut ex necessitate bonum
tuum esset, sed uoluntarium. quam sedulus suasor,
qui cum esset uas electionis diuinae, consortium consilii non
dedignabatur alieni, ne alterum fructu uoluntatis propriae de-
5 fraudaret! recte ergo Dauid ait quasi propheta: uoluntaria
oris mei conproba, domine, oris sui offerens domino
sacrificium uoluntarium, eo quod ut apis illa prophetica bonos flores
colligere ore consueuerit, fauos ore fingere, mella ore conponere et
ex herbis suauibus ore filios legere, quae, cum sit, inquit, ro-
bore infirma, sapientiae praedicatione sub-
stantiae suae producit aetatem. quod sit istud
uoluntarium oris sacrificium, recognosce: immola deo sa-
crificium laudis.

25. Expectat dominus uoluntarios ministros. denique in libro Esaiae dicit dominus: quem mittam? utique seruulo suo poterat imperare, quem dignum qui mitteretur inuenerat, sed ma-

2 cf. I Cor. 9, 21—22 10*Philem. 12—14 16 cf. Act. 9, 15 18*Ps. 118, 108 22 cf. Uerg. Georg. 4, 200. Ambros. Hexaem. V 21, 67 *Prou. 6, 8[c] 25 Ps. 49, 14 28 Esai. 6, 8

1 factus est *O* 2 lucrificaret *O* lucraret *Pm1R* iis *v* tenebantur *O* 4 infirmioribus *O* 5 assumptionem *A* 7 epistola *codd. av* 14 facere uolui *MNRav* 18 ergo *om. N* 19 deo *R* 20 ut *om. MN* apes *NPm2Rm2Ta* 21 *alt.* ore] ora *A* 22 erbis *M* suauibus herbis *N* filios] flores *GMNOTa* 24 quid *AR* illud *M* 25 immola] *add.* inquit *av* 27 uoluntarius *Mm1* 29 maluit] *add.* enim *AR*

luit eum spontaneae oblationis non fraudare mercede, qui ut ipse se
offerret praestolatus est. et quamuis eius sciret affectum, expectauit 2
tamen uocem, ut cumularet gratiam. unde se offerens Esaias ait:
e c c e e g o, m i t t e m e et sic postea est missus ad populum.
ideo de eo dictum est, quia E s a i a s a u d e t e t d i c i t. etenim
quasi uoluntarium organum uberiore spiritus sui gratia Christus
impleuit.

26. Nec otiose hoc positum puto, quia uoluntaria oris sui placere desiderat domino. multi prophetae, sed non in omnibus oris
uoluntaria placent. excusabat Hieremias dicens: q u i e s d o m i n a t o r d o m i n e, e c c e n e s c i o l o q u i, q u i a i u u e n i o r s u m e g o. et dixit ei dominus: q u o c u m q u e m i s e r o t e a b i b i s e t s e c u n d u m o m n i a q u a e c u m-
q u e m a n d a u e r o t i b i l o q u e r i s. uerecunde propheta 2
aetatem corporis praetendebat, ne exequendis caelestibus imperatis inpar esse adulescentia deprehenderetur. sed deus, qui morum magis quam annorum considerandam iudicaret aetatem et in iuuenali corpore maturitatem robustae sapientiae in suo seruulo praeuideret, ait: n o l i d i c e r e q u i a i u u e n i o r s u m e g o, hoc est: prohibuit eum iuuenalis aetatis contemplatione uires suas perpen-
dere, cui fides canitiem sapientiae ministraret. et iterum in posterio- 3
ribus cum dixisset idem propheta: s e d u x i s t i m e, d o m i n e, e t s e d u c t u s s u m. e t d i x i: n o n n o m i n a b o n o m e n e i u s e t n o n l o q u a r i n n o m i n e e i u s u l t r a, addidit: e t f a c t u s e s t i n c o r d e m e o u t i g n i s a r d e n s f l a m m a n s i n o s s i b u s m e i s e t d i s s o l u t u s

4 Esai. 6, 8 5 Rom. 10, 20 8 cf. Ps. 118, 108 10*Hier. 1, 6 12.19*Hier. 1, 7 22 Hier. 20, 7 23.25*Hier. 20, 9

1 qui] denique *O* 2 et *om.O* affectum sciret *O* 4 missus est *MNav* 5 dictum est de eo *O* audit *Am2OPRm1a* 6 ubere *A* 7 implebit *Rm1* 8 otiose] ideo *O* sui] me *Gm1, corr. m1* 9 deo *AR* non *om.v* 10 qui] quis *AMNOav* 12 dominus] *add.* noli dicere quia iunior (iuuenior *av*) sum ego, quia ad omnes ad *OTav* quodcumque *Mm1* quoscumque *OTav* 13 adibis *a* 15 ne] nec in *O* exsequendis *GMNR* 16 adu(-o-*R*)lescentiae *AR* deprehenderet *N* deus] *add.* ut *AOv, post* morum *add. a* 17 indicaret aetatem (aet. iud. *P*) considerandam *NPav* in *om. AGMNOa* iuuenili *GMNOPm2Rm2av* 19 quia *om.av* 20 prohibere *G* iuuenilis *GMNOPm2Rav* 21 posteribus *M* 25 est] sum *O* meo] me *O*

4 sum undique et ferre non possum. aduertimus igitur quod his etiam, qui excusandum aut officium suum certa aliqua causa negandum putauerint, dominus tamen noster aut rationem persuadeat aut cupiditatem propheticae reuelationis inspiret, ut ad subeundum officium uoluntate concurrant, non necessitate concedant, quo merces ad eos integrae deuotionis possit plenior peruenire. prophetauit et Caiphas: quia expedit unum hominem mori pro populo, sed hoc uoluntarium oris ministerium non erat, quia loquebatur inuitus. denique quid diceret nesciebat.

27. Quae ergo uoluntaria oris sui domino Dauid placere desiderat? elegi abiectus esse in domo domini magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. audiam quid loquetur in me dominus deus. aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio saeculi. paraui lucernam christo meo. corpus suum quod erat ante limosum et caeno hereditariae conluuionis obstructum, ut oleum spiritale recipere non
2 posset, Christo parauit, ut luceat. Christo lucet cuius opera in Christi lucent lumine; Christo lucebat Petrus, cum diceret: in nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula; Christo lucebat ille qui dicebat: sanat te dominus Iesus; Christo lucebat martyrum lucerna, qui pro Christo subiere martyrium; Christo lucebat Dauid, qui poterat dicere: cor meum et caro mea exultauerunt in deum uiuum.
3 Christo parauerat mentem, cum de eo, a quo frequenter ad mortem fuerat adpetitus, diceret: non mihi contingat a do-

7*Ioh. 11, 50 12*Ps. 83, 11 14*Ps. 84, 9 15*Ps. 77, 2 16 Ps. 131, 17 20 Act. 3, 6 22 Act. 9, 34 24 Ps. 83, 3 27*I Reg. 24, 7

2 is *N* iis *v* quis *R*, *add.* aut *v* officium suum aut *v* 3 putauerunt *O* 4 rationem *scripsi* ratione *codd. av* cupiditatem *Pm2* cupiditate *cet. av* propheciae *N* 5 concurrunt *Mm1* 6 conscendant *AOPRv* 9 quia] qui *Mm1* 14 loquatur *MNOPm2Rav* 15 loquor *M* propositionis *Mm1* 17 meo *om. Mm1* 18 heriditariae *Pm1* colliuionis *Am1* spirituale *M* non *om. GMa, eras. O* 19 possit *GMm1NPRm1* lucet] luceat *Mm1* 21 Iesu *om. GNPR* nazarei *NPm1* 22 sanet *MOPm1ab* Iesus] *add.* christus *M* 23 lucet *ARa* martyrum—24 lucebat *om. M* 24 porat *A*

mino, si fecero hoc uerbum, domino meo, christo domini inicere manum meam. cum maiorem haberet causam tuendae salutis suae, ut occideret persequentem, etiam alios qui suadebant inimico non esse parcendum, quem dominus iuxta promissum suum in manus ipsius tradidisset, ab eius necandi cupiditate reuocabat. Christo lucebat propheta, cum de eo, qui patris [4] domum turpi macularat incestu, qui patris salutem parricidalibus proeliis adpetebat, pius tamen pater diceret ad proelium profecturis: parcite filio meo Abessalon. tacebat inprobitatis scelus, pietatis autem gradum et nomen necessitudinis praeferebat, ut pugnaturi non aduersarium regis, sed filium cogitantes dolorem laesae pietatis inhiberent. et post mortem eius operuit [5] faciem suam et magna uoce clamabat dicens: filius meus Abessalon, filius meus. hanc uocem parricida non meruit, sed Christi prophetabat gratiam. didicerat propheta de Christo bonus esse pater, qui bono filii seruiebat.

28. Denique ideo dicebat: et iudicia tua doce me, quia iudicia dei sicut abyssus multa et inscrutabilia, ut apostolus dicit. ideo non poterat ea nisi Christo docente cognoscere, quia unus magister omnium Christus est. haec autem Christi iudicia sunt, ut his qui nobis insidiati fuerint nouerimus non uicem iniuriae rependendam, sed pro iniuria magis deferendam gratiam. denique [2] maledicentibus non remaledixit, percutientes non repercussit, sed magis etiam crucifixus pro persequentibus se piae intercessionis apud patrem auxilium deferebat dicens: pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt. haec igitur quisquis fecerit legis iudicia, remuneratione donatur a Christo.

4 cf. I Reg. 24, 5 6 cf. II Reg. 16, 22 9*II Reg. 18, 5 13*II Reg. 18, 33 15 cf. Matth. 7, 9—11 17 Ps. 118, 108 18 cf. Ps. 35, 7 *Rom. 11, 33 20 cf. Matth, 23, 10 21 cf. Matth. 5, 44 sqq. 23 cf. I Petr. 2, 23 25 Luc. 23, 34

1 meo] *add.* ut *Mm2* 2 iniciam *MN* 3 tuendae *om.NTa* ut] cum *M* persequentem] *add.* qui *a* 5 negandi *Pm1* 6 reuocaret *N* patris *om.N* 7 macularet *Mm1* maculauerat *av* incesto (o *ex* ae) *M* 9 parcite] *add.* mihi *AR* absalon *Oa* 10 gradu *NT* 12 pietatis laesae *M* eius *om.O* 13 uoce magna *Mav* 14 absalon *Oa* parracida *Pm1* 15 gratia *GPR* de Christo *om.O* 16 filio *codd. av, correxi* 18 abissus *MN* 19 ait *N* 20 iudicia christi *O* 21 iis *v* 24 se *om.O* 26 quisquis] *add.* spiritaliter intellexerit et *a* 27 legis iudicia *om.O* a *om.GMm1Pm1* christus *G*

29. Sed quis iudicia dei doceri potest nisi qui animam suam intenderit semper ad dominum, qui potest dicere: *anima mea in manibus tuis semper, et legem tuam non sum oblitus*? aliqui habent: anima mea in manibus meis semper, hoc est 'in actibus meis', hoc est 'in operibus meis'.
2 quamuis in periculis positus dicit iustus ad dominum: 'propter te cotidie morior, cotidie periclitor. periclitor ab insidiatore, periclitor ab obtrectatore, periclitor ab his quos arguo, quos reuinco, periclitor pro ueritate atque iustitia. ego tamen nec periculis territus tuae legis oblitus sum. propterea in manibus meis anima mea'. sed quia plerique habent: anima mea in manibus tuis semper, hoc latius explanandum arbitror.

30. Scit propheta, scit ubi animae suae praesidium locet, unde opem speret. in manibus dei constituere uult animam suam, quia cor regis in manu dei. quicumque proprium corpus subegerit nec eius passionibus turbari animam suam rector sui congrua uiuacitate permiserit, is bene regia quadam potestate se cohibens rex dicitur, quod regere se nouerit et arbiter sui iuris sit, non captiuus trahatur in culpam nec praeceps feratur in uitium. huius anima non perit in aeternum nec quisquam rapit eam de manu patris omnipotentis aut filii. manus enim dei, quae solidauit caelum, quos tenuerit non amittit.

31. Quae sint igitur istae manus, consideremus. in Canticis habes: laeua eius sub caput meum et dextera eius conplectetur me. hoc loquitur sponsa de Christo, anima de uerbo dei; Christus autem idem est uerbum dei atque sapientia. beata ergo anima quam complectitur sapientia. magna est sapientiae manus, magna dextera totam complectitur animam.

2.11*Ps. 118, 109 4 Ps. 118, 109 15*Prou. 21, 1 20 cf. Ioh. 10, 28 21 cf. Ps. 101, 26 24*Cant. 2, 6 26 cf. Apoc. 19, 13. I Cor. 1, 24

1 docere *AMm2Ra* semper intenderit *av* 2 dicere] *add.* V *AN* 7 meror *Gm1* merior *Gm2* mereor *R* 8 obtrectatione *AR* iis *v* 9 ego—10 oblitus sum *om. A*, *post pr.* anima mea *lin. 11 tr. GMNPRTa* 11 *pr.* mea *om. Pm1R* 14 uult *post* speret *tr. O* 15 dei] *add.* est *NOav* 16 rectori *R* suo *AR* 17 his *O* 18 et *om. GMNPRm1a* sit] *add.* ne *AR* non] ne *O*, *exp. Rm2* 24 sub] in *GMm1N* capud *M* capite meo *Ov* 25 complectitur *Mm2Na* haec *av* 26 idem *om. O* *alt.* dei *om. PR*

tota enim munita est quae desponsata uerbo est dei; plenitudo enim sapientiae timere deum. quae ergo deum timet anima pleno se munit ipsa praesidio. mittit sapientia laeuam suam sub collum eius, dexteram autem in complexum eius. utrumque 2 quidem brachium eius ad utilia extenditur, habent tamen propria sua singulae manus sapientiae; in dextera eius longitudo uitae est, in sinistra autem diuitiae et gloria. bonis utique manus utraque dotata est dotibus, in eo tamen habent uarietatem sui muneris, quod et praesentia et futura tempora conprehendunt, ut laeua praesentium remuneratrix, dextera futurorum sit.

32. Possumus hoc etiam de prophetia sancti patriarchae Israel cognoscere. nam cum dexteram suam posuisset super Ephraim, sinistram autem super Manassen et conuertere eas Ioseph aetatum consideratione uoluisset, ut dexteram patris super caput Manasse senioris filii conlocaret, noluit et dixit: scio, fili; et hic erit in populum et hic exaltabitur, sed frater iunior maior illo erit. in quo maior? in eo utique, quia benedictione praelatus est, dicentibus posteris, hoc est Ephraim: faciat uobis deus sicut Ephraim et Manassen. uel quia semen eius multitudo gentium sit quae in hoc saeculo labo- 2 rem elegit, credens in dominum Iesum, ut consolationem habeat futurorum. Manasse autem semen est populus obliuionis, qui proprium oblitus auctorem exaltatus ad tempus in hoc saeculo est, daturus in reliquum poenas graues, quia deum suum et dominum denegauit.

1*Eccli. 1, 16 (20) 3 cf. Cant. 2, 6 6 cf. Prou. 3, 16 15*Gen. 48, 19 19*Gen. 48, 20

1 dei uerbo est *av* dei est *AOR* 2 dominum *M* timet deum *O* 3 mittet *AGMRm1* 5 propriae (-e) *GMNPm1R* proprietates suas *Ov* 6 sapientiae *OTm2* sapientia *cet. av* eius *Tm2*, *om. O* et *cet. av*, *cf. lin. 9 et cap. 33 (recte intellexit Ihm)* 8 donata *MNm1* ditata *P* 11 etiam hoc *O* prophetiae *R* israhel *R* 12 effraim *AMm2R* effrem *GMm1NOPa* Ephraem *v* 14 capud *M* manasses *P* manassen *R* 17 erit maior illo *O* 18 hoc est *om. Ov* efrem *AGR* effrem *Mm1NPa* effraim *Mm2*, *om. OTv* 19 uos *Mm2 Nm2a* nos *Nm1* efrem *AR* effrem *GMm1NPa* effraim *Mm2O* Ephraem *v* 20 eius] *add.* est *M* sit *om. M* 22 manassę *P* Manasses *Oav* 23 exaltatur *Mm1N* 24 in *om. M*

33. Hoc ideo diximus, ut probaremus ea esse potiora quae futura sunt. denique laeua sapientiae sub capite sponsae est, dextera autem superior, quae totam conplectitur sponsam. itaque illa quasi fulcrum est quietis praesentis, quo anima innixa requiescit. habet ubi reclinet caput suum, quia laeua sapientiae diuitiae sunt et gloria.
2 ad tempus haec demulcent et ex parte solacio sunt. et ideo filius hominis non habebat ubi caput suum reclinaret, quia, cum diues esset, pauper factus est nec gloriam aliquam istius saeculi requirebat, quia uenerat non ut in portione, sed ut uniuerso humano generi subueniret, dicens: m i h i  i r a s c i m i n i  q u i a  t o t u m  h o m i n e m  s a n u m  f e c i  s a b b a t o?, hoc est 'totum', non ut facultatum conlatione ditaret, non ut honorum insignibus, non ut gloriae saecularis cumularet augmento — haec enim non habent beatitudinis et gratiae plenitudinem —, sed 'totum' hoc est, quo longitudinem uitae conplecteretur aeternae. neque enim communis uitae similis uita in dextera est sapientiae, sed longitudo uitae est, ut, qui accipit uitam a sapientia, non exiguitatem uitae, sed perpetuitatem et aeternitatis longitudinem adipiscatur.

34. Bonus amictus aeternitas uitae. hoc pallium sponsae custodes uoluerunt auferre murorum, quo primus homo fuerat exutus; sed anima deo deuota quaesitum diu tenendo et non dimittendo dilectum pretioso caritatis diuinae se uestiuit inuolucro. beati igitur qui tali pallio uestiuntur et amictum huiusmodi legis obseruatione meruerunt, quia non sunt legis obliti, sed quae erant legis operati
2 sunt; nam qui praeter legem agit, legis oblitus est. et ideo haec anima candida ascendit e terris, quia fulget amicta ueste sapientiae,

5 cf. Prou. 3, 16 6 cf. Matth. 8, 20 7 cf. II Cor. 8, 9 10*Ioh. 7, 23 15 cf. Prou. 3, 16 19 cf. Cant. 5, 7

3 quae] qua *NOv* 5 capud *M* sunt diuitiae *Nav* 6 mulcent *MOPR* mulcet *N* solatio *codd. av* est *N* 9 *pr.* ut *om. O* portionem *OP* *alt.* ut *om. GO*, *add.* in *OP* uniuersum *GOPm2* uniuersam *Rm1* humanum *GMm1* humani *Rm1* genus *GMm1* 10 indignamini *a* qui *AORm1* 11 feci] *add.* in *NPRm2av* 13 beatitudinis] longitudinis *NT* 14 totum] *add.* longitudinis *M* quo *scripsi* quod *AMNOPRTa* ut *v*, *om. G* longitudine *AGMN* 16 accepit *AGMR* 17 et *om. NOT* aeternitatis et *M* 18 longitudinis *NT* 19 aeternitatis *a* pallium] *add.* caelestis *a* 20 murorum uoluerunt auferre *av* 22 inlectum *N* praetiosa *R* sese *Rm1* 25 propter *O* ait *Rm1* 26 e] de *Mm1* e terris] aetheris superna *A* e teris *R*

et dicunt de ea uirtutes illae quae portas custodiunt caeli: quae est quae ascendit candida, innitens super fratrem suum?, cum ea, quae posuit caput suum super laeuam sapientiae, ut aperiret manus pauperi, ad subueniendum inopi partis aut derelictis sibi, non inuasis atque direptis diuitiis uteretur, quae gloriae cupida bonis eam operibus adquisiuit, non inani saeculares iactantia dignitates ambiuit. hoc est enim caput suum et quod- 3 dam sensuum principale supra manum sapientiae constituere. ea, inquam, anima meritis ascendit albentibus ex isto uitae huius, ut habent plerique, deserto ad illum florentem semper locum iucunditatis aeternae. istae sunt uirtutes, quae et in Esaiae libro dicunt: quis est iste qui aduenit ex Edom, rubor uestimentorum ex Bosor, sic speciosus in stola? istae, inquam, sunt quae mirantur ex isto confragoso scopulosoque deserto aliquam ascendere animam posse sine magnorum labe uitiorum, et ideo gratulantur repertam, quae uestimenta innocentiae naturalis non polluerit atramento insipientiae saecularis, sed spiritalis gratiae candore mundarit.

35. Dicit ergo ea anima iam secura, iam laeta: *posuerunt peccatores laqueum mihi, et de mandatis tuis non erraui.* digna uox relinquentis hoc saeculum, eo quod retia persequentium et insidiatorum laqueos euaserit. uox digna marty-

1*Cant. 8, 5 3.7 cf. Cant. 2, 6 4 cf. Eccli. 7, 32 (36) 10 cf. Cant. 8, 5 (Complut. et Uulg.) 12*Esai. 63, 1 19 Ps. 118, 110

1 ea] illa *O* caeli custodiunt *ANav* 2 est] *add.* haec *Na* 3 cum] quoniam *Ma* suum caput *O* 5 partitis *GMTm2a* paratis *OPRv* aut] ac *O* autem *a* adque *Rm1* 6 eas *A* inanis *ANORTm1* inanes *GMv* saeculares *scripsi* saecularis *codd. av* 7 iactantia *PTa* iactantiam *AOR* iactantiae *cet. v* dignitatis *ANOPRT* ambiuit dignitatis *a* 8 constituere sapientiae *av* ea inquam] e qua *AR* 9 meritis] montibus *A* mentis *Rm1* albescentibus *Rm2* 10 iocunditatis *codd. praeter A, a* 11 sunt *om. N* dicuntur *Mm2NTm1* loqui dicuntur *Tm2a* 12 aedon *P* robur *a* rubris uestibus *AOR* 13 bosra *AOR* speciosus *a* pretiosus *codd. v* 14 scopolosoque *Rm1* 15 posse animam *O* 16 gratulantur] *add.* eo quod *A* reperta *A* quae *om. A* 17 pollueret *ORm1* saecularis *om. AGNPm1RT* sed *om. GNPm1, add.* magis sapientiae *MOPm2av* spiritalis *om. G, add.* ea *M (s.l. m2) NT*, et *OPav* 18 mundaret *ORa* 19 ea *om. O* laeta] electa *GMm1, add.* VI *APR* uersus sextus *a* 20 mihi, sed a tuorum mandatorum non declinaui semitis *a* de] a *PR*

ribus, quibus multa supplicia proponebantur, multa etiam offere-
bantur praemia, ut a martyrii studio uel terrore poenarum et saeuae
2 mortis horrore uel praemiorum reuocarentur inlecebra. grauis
laqueus proscriptionis, qui saepe frangit sanctos inopiae deformitate,
quos mortis formido non fregerit, laqueus alius incendii, laqueus
carceris diuturnique supplicii. grandis laqueus, cum diuitiae promit-
tuntur, cum honores, cum amicitiae tyrannorum. qui ergo haec
euaserit et ad martyrium potuerit peruenire, recte dicit: 'posuerunt
peccatores laqueum mihi, sed a tuorum mandatorum non declinaui
semitis', cui despicienti praesentia, futura quaerenti regnum caeleste
diuinitatis tuae promissione reseratum est.

36. Qui sunt isti peccatores qui posuerunt laqueos? aperuit
tibi apostolus auctorem omnium peccatorum et demonstrauit dicens:
q u i u o l u n t d i u i t e s f i e r i i n c i d u n t i n t e m p t a-
t i o n e m e t l a q u e u m d i a b o l i. aduertis laqueum diaboli
esse diuitias, quem tetendit etiam saluatori? sed ille, qui nihil habuit
quod posset princeps istius mundi ueniens suum dicere, laqueorum
eius uincla dissoluit. ac ne mediocrem hunc laqueum putes, hic la-
2 queus Iudam apostolum strangulauit. qui miser cum esset inlaquea-
tus ut proderet dominum, ubi aduertit quantum sceleris esset ad-
missum, laqueo se ipse suspendit. sed et ipse laqueus diaboli fuit,
ut non ageret paenitentiam, sed laqueo se suffocaret. deus enim etiam
in ipsos pius est proditores, ut ad paenitentiam prouocentur atque
a flagitioso proposito reflectantur et resipiscant a diaboli laqueis, a
3 quo capti tenentur ad ipsius uoluntatem. iam non aerumna est inci-
disse, sed crimen, quia non solum se dedere capiendos, sed etiam
ad uoluntatem diaboli tenentur adstricti, cum possint dicere:
d i s r u m p a m u s u i n c u l a e o r u m. dedit enim tibi

8 cf. Ps. 118,110  14 *I Tim. 6, 9  16 cf. Matth. 4, 9  17 cf. Ioh. 14, 30  20 cf. Matth. 27, 5  24 cf. II Tim. 2, 26  28 Ps. 2, 3

5 alios *AR*  incendit *AGMNPR*  8 martirium *OP*  peruenire potuerit *Nav*  9 semitis non declinaui *O*  10 cui] quia *O*  11 diuinitatis] diuini satiatus *AR* diuini status *Gm1MNPT*  tua *G*, *om.* *APRT*  reseruatum *O*  12 aparuit *Rm1*  13 et *om.* *Mm1*  15 aduertis] *add.* igitur *Ov*  17 possit *GMm1O*  18 uincula *ANOav*  nec *R*  midiocrem *G*  19 transgulauit *O*  26 quia *scripsi* qui *codd. av*  se dedere] sese rete ||||| *A* desedere *G*  28 dirumpamus *MNOav* disrupamus *R*  ipsorum *av*

scriptura diuina, ut non solum caueas diaboli laqueum, sed etiam
per paenitentiam eius uincla disrumpas.

37. Quid tibi, homo, cum deliciis ac uoluptatibus? non capit
laqueus, nisi ante esca te ceperit; dum praedam petis, laqueo ipse
te nectis. esca laquei auaritia est, esca diaboli luxuries est, quibus
nos uult inescare, non pascere. et ideo clamabat apostolus: *ne
adtaminaueritis, ne gustaueritis, quae sunt
omnia ad corruptelam ipso usu.* noli ergo adtaminare 3
luxuriam, et illa te contaminare non poterit; noli gustare auaritiae
corruptelam, et eris inmunis a laqueo. quid tibi postremo cum terris,
qui cum Christo resurrexisti? *quae sursum sunt quaerite,
ubi Christus est, quae sursum sunt sapite,
non quae super terram.* mortui sumus terris, uitam no- 3
stram cum Christo abscondimus in deo nostro; non iam nos uiuimus,
sed Christus uiuit in nobis. quid iterum ad terrena remeamus?
*ecce elongaui fugiens*, dicit sanctus, uidi laqueos iniquitatis
et contradictionis in ciuitate; laquei sunt enim ubi est usura
et dolus. elongauit ille fugiens terrena dedecora, ideo ad caelestia
peruenit praemia.

38. Quid, inquam, te reflectis in terram, si in Enoch raptus ad
caelum es, in Helia leuatus es curru, in Paulo raptus ad paradisum,
conuersatus in caelis, in Dauid exauditus, ut pennas columbae adsumeres
et uolares, in Christo exaltatus, uolucris factus in spiritu?
quando sicut columba descendit, illas tibi alas dedit, ut tu disceres
euolare de terris. neque uero cunctandum putes quomodo tibi uo- 2
landum sit, quibus alarum remigiis. dixit quidem Dauid: *quis*

6*Col. 2, 21—22 11 Col. 3, 1—2 13 cf. Col. 3, 3 14 cf. Gal. 2, 20 16 Ps. 54, 8 cf. Ps. 54, 10 20 cf. Eccli. 44, 16. Hebr. 11, 5 21 cf. IV Reg. 2, 11. II Cor. 12, 4 22 cf. Ps. 54, 7 23 cf. Phil. 2, 9 24 cf. Matth. 3, 16 26 *alarum remigiis*] cf. Uerg. Aen. 6, 19 Ps. 54, 7

1 diuina scriptura *AR* 2 uincula *GMNOv* dirumpas *Nav* 3 ac] et *O* 5 te] et *R* luxuria *OPm2* luxories *Rm1* 8 adtaminari luxuria *M* 9 luxoriam *Rm1* potest *O* 11 resurrexistis *A* surrexisti *O* quaerito *MP* 12 sapito *MP* 14 abscondimus cum christo *O* 15 quit *Rm1* redeamus *M* remeas *NTa* 16 dicit sanctus *om. O* uidi *Oab* uide *cet.* *μ* 18 peruenit ad caelestia *O* 20 terra *AGPRa* terras (*om.* si) *O* enohc *N* ad] in *N* 21 currum *GR* raptus] *add.* es *MNv* ad] in *AR* paradysum *AGMNPR* 22 exaudiatur *Mm1* pinnas *Pm1* 24 discendit *Rm1*, *add.* spiritus *A*

dabit mihi pennas sicut columbae, et uolabo
et requiescam? et quasi dubitasse uisus est, a quo pennas posset
accipere, licet sic soleat diuina gratia declarari quae in terris non
3 potest inueniri. idem tamen in posterioribus quae sint istae pennae
docuit euidenter dicens: si dormiatis inter cleros
medii, pennae columbae deargentatae, et po-
steriora eius in specie auri. etsi dormias, exsurgunt
tamen pennae tuae. sunt enim qui uigilant dormientes, ut uigilabat
illa quae dixit: ego dormio, et cor meum uigilat.
etsi nox est, uigilat spiritus, de quo scriptum est: de nocte
uigilat ad te spiritus meus. tunc tibi pandentur alae
⟨et⟩ ex eloquiis spiritalibus pretiosaque auri prudentia uolatus ad-
4 surget. ubi ergo laqueos poteris pertimescere, cui remigium praesto
est spiritale? si sinceritas animi, si puritas mentis adfulgeat, colum-
ba es. ideo tibi dictum est: estote simplices sicut co-
lumbae. si maiora desunt remigia, uel minora ne spernas. esto
uel passer, ut laqueos sagaci indage praeuideas et paene captus in-
lecebris peccatorum tamen aliquando reuocatus possis dicere: ani-
ma nostra sicut passer erepta est de laqueo
uenantium; laqueus contritus est et nos li-
berati sumus. de quo quoniam alibi putauimus esse tractan-
dum, nunc alio transeundum uidetur.

39. Satis est tibi ut auem esse te noueris adsumptum in naturam uolandi, dicente domino per prophetam: liberate uos ex laqueo uenatorum et a uerbo conturbationis; non enim iniuste tenduntur retia auibus. auis es, o homo,

5*Ps. 67, 14 9 Cant. 5, 2 10*Esai. 26, 9 12 *auri prudentia*] cf. p. 336, 24 15 Matth. 10, 16 18 Ps. 123, 7 21 cf. Expos. euang. sec. Lucam IV 11—12 24*Ps. 90, 3

2 pinnas *GPm1* possit *GMOPRm1* 4 pinnae *Pm1* (*passim*) 5 edocuit *ex* edocuerit *M* 6 medios *Mm2* posteriora] *add.* dorsi *Ov* 7 dormiasunt (*sic*) *A* exurgunt *NPa* exurgant *Mm1* 8 pinnae *GPm1* 9 dicit *AN* dormiui *GMP* 11 panduntur *NT* pendentur *Rm1* 12 et *addidi* ex eloquiis] exloquiis (x *del.*) *R* pretiosaeque—prudentiae *a* auri] spe auri *O* adsurgit *codd. a* 14 spiritale est *av* columbae sunt *AR* 17 sagaciter *GM* sagace *N* indagare *GM* indagine *Oav* 21 putabimus *Pm1* 22 transeundum nunc alio *O* 23 te esse *av* 26 auis—325, 2 auibus *Ov*, *om. cet. praeter a, in qua tantum uerba* et ideo—retia auibus *desunt*

qui sicut auis in quandam aquilae renouatus es iuuentutem, et ideo
non iniuste tenduntur retia auibus. quid enim te in terram deicis, 2
qui iam caelum petebas? non iniuste renouato tenduntur retia, quia
iam Christi esse coepisti, uenantium esse desisti. ante te laqueo uenator, ante quasi praedam suam diabolus suo iure capiebat: nunc dominicae crucis mercem cur alienus incursat? potes tamen etiam hos laqueos euitare, ne dicas: 'uenantes ceperunt me sicut passerem', si laqueum cordis euadas quem misit diabolus in cor Iudae et ita
eum in facinus proditionis armauit. auertat a nobis dominus hos 3
laqueos quos super peccatores pluit. et ideo dicit propheta: dabis illis, domine, laqueum cordis eorum quem parasti illis. nobis autem da, domine, auxilium, ut post te sequamur tuis alligati uinculis. nulla enim uehementiora, nulla sunt gratiora quam uincula caritatis. qui tibi ligatus est, solutus est mundo.

40. *Hereditaui testimonia tua in aeternum, quoniam exultatio cordis mei sunt.* etiam ista uox martyrum est dicentium quod hereditatem acceperint caelestium testimoniorum. dicit ergo propheta: 'heres sum mandatorum tuorum, successionem tuam fidei pietatisque iure quaesiui'. non potest dicere istud nisi qui mandata custodit caelo et terra testibus adquisita. dixit enim dominus: audi, caelum, et percipe au-
ribus, terra. testatur elementa dominus ad redarguendos eos, 2
qui noluerint praecepta diuina seruare, ut refugia omnia excusationis obsaepiat. testatur et in homines dicens: estote mihi testes, et ego testis, dicit dominus. mandata ergo do-

1 cf. Ps. 102, 5  8 cf. Ioh. 13, 2  10 cf. Ps. 10, 6 (7) ?  16*Ps. 118, 111  22*Esai. 1, 2  25*Esai. 43, 10

2 terra *GOPR*  dicis *GMm1* eicis *O*  3 non] *add.* enim *v*  4 desiisti *Ov*  ante te laqueo] habes qui te liberet de laqueo *O*  ante te] attende *v*  te] de *AMPR*  laqueos uenatorum *v*  6 mercedem *Am1* mentem *GMm1*  alienis *G*  etiam *om. O*  7 me *om. O*  8 cor] corde *Am1NTa*  9 dominus a nobis *O*  uobis *M*  deus *av*  12 illis] eis *Oav*  pos te *MN*  16 *praemittit* VII *P*  uersus septimus *a*  hereditate *Mm1* hereditate quaesini *ab*  17 quia *O*  exaltatio *AGRm1*  uox ista *O*  18 acceperunt testimoniorum caelestium *O*  22 auribus percipe *Nav*  23 terram *Rm1*  24 noluerunt *O* nolunt *Ta*  25 obsepiat *codd. v*  in *om. NOav*

mini plena sunt testimoniis et ipsa sunt testimonia, quorum satis
idoneus testis est qui non mentitur deus, apud quem et conscientia
tua testis est, cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus,
satis fidelis etiam in infido pectore, quoniam arbitrum omnium
3 quaecumque commissa sunt latere non possunt. nam si in iudicio
terrestri etiam is, qui ad mentiendum uenerit subornatus, tamen, si
testimonio fuerit conuictus alterius, solet prodere ueritatem, quanto
magis in iudicio caelesti apud dominum Iesum necesse habet quae
uera sunt confiteri, quem nouit scire quod factum est!

41. Et bene ait: hereditate quaesiui testi-
monia tua, quoniam, sicut ante heredes fuimus peccatoris, ita
nunc heredes sumus Christi. illa fuit criminum, haec est uirtutis
hereditas; illa nos obligauit, haec soluit; illa obaeratos faenore de-
lictorum adiudicauit inimico, haec redemptos dominicae titulo pas-
2 sionis Christo adquisiuit. mala Euae successio totum hominem de-
uorabat, praeclara Christi hereditas totum hominem liberauit. non
ad unum quidem, non ad paucos, sed ad omnes testamentum suum
scripsit Iesus. omnes scripti heredes sumus non pro portione, sed
pro uniuersitate. testamentum commune est et ius omnium, here-
3 ditas uniuersorum et soliditas singulorum. nouum tamen testamen-
tum et singuli adeunt et omnes possident nec minuitur heredi quic-
quid a coheredibus uindicatur. manet emolumentum integrum et eo
magis singulis crescit, quo pluribus fuerit adquisitum. alia condicio
est hereditatis humanae. si diuisa fuerit, emolumenta minuuntur
4 et heredis est damnum adscriptio coheredis. indiuisum regnum
Christi est, indiuisa hereditas. quomodo fieri poterat, ut diuisa esset
hereditas, cum hereditatis fructus sit indiuisus, quod est regnum

2 cf. Tit. 1, 2 3 cf. Rom. 2, 15 10 *Ps. 118, 111

1 testimoniis] testimonia *AGR* testimonii *O* satis] status *APm1R* 2 aput *M* 4 infimo, *s. scr. m2* uel infideli *P* peccatore *AN* arbitrem *Mm2N* 6 terrestris *Pm1R* 12 fuit] fit *O* 13 oberratos *OPm1R* foenore *AGMPR* 14 adiuuabit *G* titulo dominicae *Nav* 15 deuorauit *Na* 16 non] nec *M* 18 scripti] christi *O* 19 testamenti *A* communis *APm1R* et ius] eius *codd.* 20 tamen *om. ORv* 21 *pr.* et *om. GMNOPRav* adeunt] eum *ARm2* ad eum *Rm1* quidquid *G* 22 emolimentum *O* emulumentum *Rm1* 24 diuersa *O* fuerit *Pm2* fuerint *cet. av* emulumenta *Rm1* 25 ascriptio *NTa* discriptio *Pm1* descriptio *cet. v* coheredum *A* 27 sit fructus *O* quid *A*

caelorum? aurum argentum praedium ab homine pluribus derelictum distribuitur ac secatur, solida ad singulos Christi dona perueniunt; omnes habent et nemo fraudatur.

42. Audiamus igitur commoda hereditaria. remissio pecca-
torum hereditas Christi est. certe solida per singulos et in commune
est lucratiua; quibuscumque enim conlata fuerit, nulli decedit, acce-
dit omnibus. corpori adquiritur quicquid unicuique relaxatur. nam
si angeli super uno peccatore paenitentiam agente laetantur, quia
lucrum suum putant hominis redemptionem, quanto magis lucrum
est generis quod est lucrum naturae! hereditas Christi est resur- 2
rectio. hanc quisquam damnum suum dixerit, quae in uno com-
munis gratiae nomen inuenit? Christus enim resurgens omnibus
resurrexit, quoniam per hominem resurrectio mortuorum. quomodo
igitur potest singulorum esse dispendium quae est totius corporis
et humani generis reformatio? recitetur itaque testamentum et 3
institutiones eius consideremus: *testis est autem nobis
et spiritus sanctus; cum enim dixerit: hoc
autem testamentum quod testabor ad illos,
dicit dominus, dando leges meas in cordibus
eorum, et in sensibus eorum scribam eas et
peccati et iniustitiae eorum non ero memor.*
o uere testator aeternus, qui nostris cordibus leges adfigit suas et 4
scribit in sensibus, ut nihil aliud cogitare nisi diuina praecepta
possimus, nihil aliud sentire nisi dei oracula debeamus! dedit gratiam,
reformauit naturam, sibi qui obliuisci nihil solet memoriam meorum
abstulit peccatorum, mihi dedit praeceptorum suorum.

43. Noli ergo tollere de corde tuo legem dei et adfigere legem peccati; noli scribere in sensibus tuis diaboli inlecebras et dei delere

8 cf. Luc. 15, 7 13 cf. I Cor. 15, 21 16*Hebr. 10, 15—17

2 escatur *M* 5 certa *O* 6 enim *om N* fuerit] *add.* solida est *Tm2a* decidit *GPR* decidet *O* accidit *O* 11 han *Pm2* 12 surgens *Ov* 13 surrexit *Oa* 15 igitur *a* 16 est *om. Nav* 17 et] est *ab* enim *om. A* dixit *M* dixerit] *add.* testis sum testamentorum meorum quae testificatus sum in uobis: tunc testimonium perhibebit quod testatus sit dicens *a* 19 dando] donabo *ARm1* dono *et in mg.* uel dando *Rm2* dabo *Oμ* 21 peccatis *Rm1* ero memor (meror *Rm1*)] memorabor *Ov* 24 nil *O* 25 sibi qui *O* sibi quae *AGPm2R* sibique qui *M (in ras. m2) NPm1Tm1v* sibique comminiscens qui *Tm2a* 26 mihique *a* dedit] *add.* legem *A* 28 ledere *N*

mandata. ecce ego, inquit, pinxi muros tuos, dicit dominus ad Hierusalem, hoc est ad animam studiosam tranquillitatis et pacis quam fecit ad imaginem suam. noli, inquam, auferre
2 imaginem caelestem et imaginem mortis inponere. recusasti hereditatem saeculi; serua Christi testimonia, quoniam in his exultatio atque laetitia est, quandoquidem omnis fletus delebitur et mors non erit amplius neque luctus neque fletus neque clamor. passio Christi regni fuit imago caelestis. nemo audiuit in plateis uocem eius, quia illo silentio passionis suae clamorem omnem in posterum impiae
3 uocis abolebat. nolebat fleri qui dicebat ad filias Hierusalem: filiae Hierusalem, nolite me flere, sed uos ipsas flete. ablaturus enim omnes lacrimas suae beneficio crucis in passione propria futurae instar beatitudinis exhibebat, ut nemo fleret nisi qui Christi beneficia non teneret.

44. Merito ergo uir euangelicus dicit: hereditate quaesiui testimonia tua in aeternum, quoniam exultatio cordis mei sunt. quis non exultet, quia caelum et terram hereditate quaesiuit, quae duo elementa contestatus est etiam deus, cum legem daret, quia quaesiuit deum de quo dicit sanctus: portio mea dominus, quaesiuit dominum Iesum, quaesiuit spiritum sanctum et post illa quaesiuit angelos et cum illis uiuit non hodie tantum et cras, sed in aeternum nec ullis pro nomine domini contristatur iniuriis? denique gaudebant apostoli cum uerberarentur, cum in carcerem truderentur.

45. Exultans igitur in testimoniis domini iure dicebat: *inclinaui cor meum ad faciendas iustitias tuas in aeternum propter retributionem.* qui retributionem bonorum operum sperat a deo et ad eum festinat, inclinat cor suum, ut faciat Christi iustitias. quae est Christi iustitia? sine nos, inquit, implere omnem iustitiam, qua peccatum

1*Esai. 49, 16 5 cf. Ps. 118, 111 6 cf. Apoc. 21, 4 8 cf. Matth. 12, 19 11*Luc. 23, 28 15*Ps. 118, 111 18 cf. Deut. 4, 26 20*Ps. 72, 26 25*Ps. 118, 112 29 Matth. 3, 15

5 exultio *A* 7 neque fletus *om. O* 8 imago fuit regni *Nav* quia] *add.* in *N* 10 filios *Mm1* 13 beatitudinis] *add.* laetitiam *A* exibebat *M* 14 floret *Rm1* 15 dixit *ARm1* 17 quia] qui *OR* 18 hereditatem *AGMOR* quisiuit *Rm1* 22 uiuet *O* 24 traderentur *NTa* 25 igitur] autem *NPa* dicebat] *add.* VIII *AGNPR* 28 deo] christo *MNa* 30 quia *MN*

minuitur, culpa laxatur. et bene ait 'inclinaui', ut non sit tibi ar- 2 duum atque difficile, cum mentem tuam quasi ad humilia et plana conuertas. aut certe, quoniam sapientia carnis legi dei non est subdita, uidetur inclinare cor suum, qui legi facit esse subiectum extollentem se corporis sensum et contuitu religionis inflectit. atque ille dudum extollens se frustra et inflatus mente carnis suae, cum se humiliat, inclinat.

46. Humiliauit enim et ipse se Christus, ut nouum conderet testamentum. cum lego euangelium, audio filium dei carnem sumpsisse de Maria, uideor mihi cum Christo ipse descendere. lego enim eum, qui cum esset in forma dei semet ipsum exinaniuit, exinaniuit autem, ut formam serui acciperet, et specie inuentus ut homo humiliauit se usque ad mortem, lego dicentem: qui se exaltauerit humiliabitur, lego dicentem: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. non dixit: 'discite a me quia potens sum', non dixit: 'discite 2 a me quia gloriosus sum', sed: discite a me quia humilis sum, quod potestis imitari. nolite uos extollere, nolite exaltare cor uestrum. docuit me ergo humiliari et inclinare cor meum ad faciendas iustitias, non ad iniquitatem, sed ad aequitatem inclinare propter retributionem. retributio regnum caelorum et paradisi est incolatus.

3 cf. Rom. 8,7 4 cf. II Cor. 10,5 6 cf. Col. 2,18 9 cf. Matth. 1, 16 11*Phil. 2, 6—7 14 Matth. 23,12 15*Matth. 11,28—29 21 cf. Ps. 130,1 22 cf. Ps. 118, 112

3 conuerteris *a* subiecta *a* 4 extollente—sensu *Oa* 5 et *A, om. cet. av* contuituque *av* inflectitur *O* 6 frusta *M* 9 assumpsisse *O* 11 in forma dei esset *NRav* 12 acciperit *Rm1* 14 lego] *add.* eum *a* enim *v* qui se—15 dicentem *O et codd. Mediolanenses, om. cet.* 16 honorati *Mm1* honerati *Mm2OR* 17 reficiam uos *NOav* tollite—uos et *om. a* 19 corde *om. O* 20 *pr.* a me *om. NPa* sed] *add.* dixit *M* *alt.* a me *om. Ma* humilis] mitis *O* 21 imitare *Pm1* extollere uos *Nav* 22 cor] cornu *Mm2NTa* (*Ps. 74, 5*); *at cf. p. 221, 27* ergo me *ANav* 24 paradysi *AMNPR* 25 *nihil subscript. in codd.*

## XV.
## LITTERA SAMECH.

1. 'Samech' incipit littera quinta decima, quae interpretationem habet 'audi'. est et alia eius interpretatio quae dicitur 'firmamentum'. quid est 'audi'? non otiose dicitur quod commune est omnibus et suppetit uniuersis ipso iure naturae. et ideo non est otiosum, quod admoneris ut audias, cum etiam inuiti et aliud agentes sonum tamen aut uocem audire solemus. sed quia non est solum audire hoc quod suppetit officio naturae, sed etiam illud quod maius est, ut audias non usu tantum corporis quantum intellectu mentis, ideo diligentius considera istius litterae interpretationem seriemque uersuum qui secuntur.

2. Ut noueris autem mysticum esse audire, ut audias et intellegas mysteria, de Iudaeis scriptum est, quia mysteria legis audierunt, sed non intellexerunt. unde ait dominus: a u d i, p o p u l u s m e u s, e t l o q u a r. l e x utique s p i r i t a l i s e s t; audi ergo spiritaliter. denique qui sciuit audire, ait: a u d i a m q u i d l o q u a t u r i n m e d e u s, id est: cognoscam quid locutus in
2 me fuerit deus. ideoque alibi ait: q u a n t a a u d i u i m u s e t c o g n o u i m u s e a, ut conprehenderet non solum audisse se, sed etiam intellexisse; nemo enim cognoscit nisi prius intellexerit. audi ergo, ne, si te uideat neglegentem, ueniat Petrus, arripiat gladium, abscidat auriculam tuam, quod superfluo habeas aurem corporis, qui audire et examinare non noueris. et fortasse uirtutem

14 cf. Esai. 6, 9. Matth. 13, 13 15 Ps. 49, 7 16 Rom. 7, 14 17 Ps. 84, 9 19 Ps. 77, 3 22 cf. Matth. 26, 51

3 Samehc *G* Samech (Lamech *O*) littera decima quinta (*tr.* quinta decima *Om2*) incipit (*om. a*) *Oa* Incipit littera quinta decima samech *P* IncipitSamech *v* XVma *A* XV *GMR*, *om. N* decima quinta *v* 4 et *om. R* 6 ociosum est *O* 7 ammoneris *NOP* 8 soleamus *Nv* sed] *add.* id *APR* 12 que *G* sequuntur *ANav* 14 est] *add.* aure audietis *Ov* 16 loquar] *add.* israel *Rm2* est *om. P* 17 qui] *add.* se *Oa* quid] quae *AR* 18 loquetur *Mm1Pm1* me] *add.* dominus *Mav* id est] idem *Mm1*, *add.* ut *GMNa* fuerit in me *O* 20 se *om. AR* 22 si te] rite *AGPR* uideat] uel adeat *AR* audiat *GM* uiderit *O* adeat *P* 23 abscindat *MNv* superflue *NPRTa* habens *Ta* corporis] *add.* sis *Tm2a*

animae, qua examinantur quaecumque audiuntur, habeant amputatam, qui ea altitudine qua scriptum est audire non possunt.

3. Meritoque hanc litteram 'firmamentum' alii interpretati sunt, quod cum superiore interpretatione concurrit; nisi enim unusquisque audierit quid sequi debeat, nemo firmatur. in officio igitur audiendi omnium firmamentum est.

4. Dicit igitur tibi in Threnis Hieremias propheta per hanc litteram: 'audi'. et ut scias mysticum esse quod audire debeas, subiecit huiusmodi seriem huic litterae: abstulit omnes fortes meos dominus de medio mei, uocauit in me tempus, ut contereret in me electos meos; lacum calcauit dominus uirgini filiae Iudae. non tunc abstulit omnes Iudaeae fortes dominus, quando 2
in Babyloniam regionem captiuus ductus est populus Iudaeorum, sed quando Christus aduenit et libertatem animae suae captiua non uidit, nesciens grauibus incuruata peccatis mentis suae erigere ceruicem et quaedam fidei colla ad lucem cognitionis adtollere. ideo lacus factus est Iudaeis passio saluatoris, quae gentibus portum salutis ostendit, quia crux domini non credentibus praecipitium est, uita credentibus. hac ratione praemisit 'audi', ut futura cognosceres.

5. Alio quoque loco litterae huic ista subiecit: tenuerunt super te manus omnes transeuntes per uiam, sibilauerunt et mouerunt caput suum super filiam Hierusalem; haec est ciuitas, dicent, corona gloriae et iucunditas uniuersae terrae. passionem saluatoris prophetans reliquit deflere Hieremias

9*Thren. 1, 15 22*Thren. 2, 15

1 animi *O* quae examinat *MTa* habent *MNTa* 5 quod *O* 6 igitur] enim *O* 7 Threnis] *add.* suis *O* hanc *Mm2N*, *om. cet. av* (audi = Σαμχ) 12 locum *A* uirginis *Ob* 15 captiuam *OPb* 16 incuruatam *Ov* 17 cogitationis *O* 18 portam *OP* porta *R* 19 precium *Mm1* 20 est] *add.* sed *a* uita] ita *A* cognosceret *codd. av, correxi* 24 capud *M* 25 est *om. M* dicentes *μ* 26 et] ut *G* uel *MNPR* iocunditas *GMOPRa* 27 passionem] *add.* domini *a* propheta reliquit *Pm1R* prophetare liquet *GMm1* prophetari liquet *Mm2NOPm2Tav*, *add.* et *codd. praeter A, av* defleri *MNOPm2Tav* ab (a *O*) hieremia *GMNOPRTav*, *add.* non *MNTa*

2 excidium Iudaeorum. quod cum ex aliis tum ex illo intellegi potest, quia in posterioribus habet: spiritus ante faciem nostram Christus dominus conprehensus est in interitu nostro, sub cuius umbra diximus: uiuemus inter gentes. quid hoc manifestius, quando et nomen expressum est et conprehensio inter manus persequentium perfidorum est declarata et umbra uiuificans et gratia gentibus conferenda descripta est?

6. Sed etiam ipsa uerba significant quae in euangelio de passione domini legimus, quia hoc loco mors eius adnuntiata est per prophetam. sic enim Matthaeus scripsit: transeuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua et dicentes: uah qui destruebat templum dei et in triduo illud reaedificabat! libera te, si filius dei es. uulgus populi cum insultat alicui, sibilare consueuit.
2 simul quia uocem non habebant, qui uerbum negabant, sicut inrationabilia animalia sibilabant et ideo transibant uiam qui in uia stare debuerant. non stabant ergo quasi constantes, sed transibant quasi mobiles. iusti autem pedes stabant in atriis Hierusalem, in quibus perfidi stare non poterant et ideo praeteribant, sicut Marcus significauit. praeterit umbra, non ueritas. dies eius sicut umbra praeterit qui obliuiscitur, qui derelinquit. sed et transire infideles legimus, sicut est illud: et uindemiant eam omnes trans-
3 euntes uiam. quis enim nisi perfidus despoliat uineam Christi? sed et alibi scriptum est: et non dixerunt transeuntes uiam: benedictio domini super uos; stantibus enim dicitur: ecce nunc benedicite dominum. tamen et in bono legimus transire, ut est illud Moysi: transiens ui-

2*Thren. 4, 20 11*Matth. 27, 39—40 19 cf. Ps. 121, 2 20 cf. Marc. 15, 29 21 cf. Ps. 143, 4 23*Ps. 79, 13 25*Ps. 128, 8 27 Ps. 133, 1 28*Ex. 3, 3

1 cum] tunc *O* tum] istum *PR* 4 in *om. GMm1NPRm1* 11 matheus *AMNOP* 13 destruit *Pm2Rm2* 14 illum *AN* reaedificat *AOPm2R* aedificabat *GMm1NPm1* aedificat *Mm2* te] *add.* ipsum *P* 18 debuerant] consueuerant *Mm2NPT* constantes] *add.* non stabant *AR* transiebant *Mm1* 20 ideo] *add.* non *M* 22 praeteriit *G* praeteriet *MNP* praeterierit *R* *alt.* qui] quod *a* delinquit *GNTa* 24 despoliauit *M* dispoliat *NOPRm1* 27 domino *Nav* 28 Moysis *v*

debo hoc uisum magnum, et qui uidit impium exaltatum ultra cedros Libani: transiui, inquit, et ecce non erat, et nemo dicit seruo: transi, recumbe.

7. Quae ergo distinctio sit consideremus, nisi forte illa, quia,
ubi in bono accipitur transire, absolute dictum est, non dixit 'hoc'
aut 'illud transiens', sed tantummodo 'transiens', ubi in malo:
transeuntes, inquit, uiam. uia enim bona est quae a com-
meantibus frequentatur, non facile incursatur a latronibus, qui
auersa uiarum obsidere consuerunt; iter regale munitum est. Moy- 2
ses autem non transiuit uiam, sed in uia stetit, cui dictum est: tu
autem hic sta mecum. stetit cum illo qui ait: ego sum
uia, ueritas et uita. hanc qui uiam transit, labitur. Moyses
autem non lapsus est, sed pertransiuit a saecularibus ad spiritalia,
a temporalibus ad aeterna. et qui uidit impium nec remansit, sed
pertransiuit, euasit, quia non adhaesit impio, ne fieret unum corpus,
sed se ab eodem separauit. et cui dicitur: transi, recum- 3
be, euadit utique laboriosam praesentem seruitutem, ut habeat
gloriosam futurorum quietem. et sponsae dicitur: ades huc a
Libano, sponsa, ades huc a Libano; transibis
et pertransibis a principio fidei. transit et pertran-
sit quae festinat ad sponsum, pertransit saeculum, transit ad
Christum.

8. Nunc discutiamus quid sit mouere caput. quis est populi caput nisi Christus? caput enim mulieris uir, caput autem uiri Christus. sed etiam lex caput intellegibilis mulieris; denique mulier sub lege tamquam sub uiro fuit. mortificato autem ritu Iudaico, qui erat secundum litteram legis, innupsit ei mulier qui a mortuis resur-

2 Ps. 36, 36 3 Luc. 17, 7 7*Ps. 79, 13 10 Deut. 5, 31 11*Ioh. 14, 6 14 cf. Ps. 36, 36 15 cf. I Cor. 6, 16 16 Luc. 17, 7 18*Cant. 4, 8 24 cf. I Cor. 11, 3

1 uidet *GPR* superexaltatum *O* 2 ultra] ut *NTa* caedros *P* 5 lectum *GMOv* 9 consueuerunt *N*, *add.* ita *Ta* iter] inter *R* regale iter *Tav* 12 uia] *add.* et *GMNav* labetur *Pm1*, *add.* labitur (*del. R*) id est ruit *AR* 14 uidet *GPR* 15 haesit *a* 17 praesentiam *G* praesentium *v* 21 quae] et *O* transit] festinat *GN* et festinat *Mav* 25 capud *M* intelligibilis caput *a* 27 nupsit *MPm2*

2 rexit. unde quidam mystice interpretati mortificato ritu Iudaico tamquam fratri defuncti ritus ueteris euangelio mulierem illam intellegibilem nubere ex lege uoluerunt, quia lex euangelium fraterna quadam praedicatione praecessit. ergo synagogae caput mortuum est, hoc est caput eius lex mortua est, obseruatio uidelicet legis,
3 euacuata est legis littera, spiritalis eius intellectus adstruitur. huius commotionis meminit Dauid in quadragesimo tertio psalmo dicens: posuisti nos in parabolam gentibus, commotionem capitis in populis, eo quod a lege in euangelium sit facta commotio quasi transitus quidam. in uicesimo autem et primo psalmo, in quo totius prophetatur series passionis, sic habet: omnes qui conspiciebant me aspernabantur me et locuti sunt labiis et mouerunt caput. sperauit in domino, eripiat eum; saluum faciat eum, quoniam uult eum. mouerunt ergo legem quae inmobilis uidebatur et finis legis Christus intrauit.

9. Qui mouerant capita Pharisaei fuerunt, id est a ueritate diuisi, unde et in ueritatem non crediderunt. sed et sic potest accipi: mouerunt caput suum Christum qui in sua uenerat, sed mouerunt eum, quia sui eum non receperunt. mouerunt autem dicentes: tolle tolle, crucifige eum. et mouerunt caput suum qui onera sua mouere nolebant, cum ligarent onera grauia et aliis inponerent, ipsi autem digito, inquit, ea mouere
2 nolunt. quod est mysticum, quia corporalis ritus obseruationem numquam mutare uoluerunt et introducere intellectum spiritalem. digitum pro spiritu legimus, ut lex digito dei scripta est, et ideo lex

2 cf. Deut. 25, 5 8*Ps. 43, 15 12*Ps. 21, 8—9 16 cf. Rom. 10, 4 19 cf. Ioh. 1, 11 21 Ioh. 19, 15 23*Matth. 23, 4 26 cf. Deut. 9, 10 cf. Rom. 7, 14

1 interpretati] *add.* sunt *GMNPR* ritu] ritui *R* 2 fratris *GMT* defuncto *P* ritus] ritu *Tm2a* ueteres *Pm2* ueteri *Tm2a* euangelico *AR* 3 noluerunt *N* 4 sinagogae *AMNPR* 6 est *om.O* spiritualis *MN* 7 XLIII *AGMm1NOa* 10 XX *MP* 11 psalmo *om.M* quo] *add.* et *a* habetur *Ta* 16 et] *add.* ideo *Ov* 17 mouerunt *AGv* farisei *AMR* fuerint *Rm1* 19 mouerunt—uenerat *om. codd. praeter O* sed] et *Mm2* 21 capud *M* capita sua *a* 22 honera *NRm2* 23 inquit digito *R* 26 digitum] *add.* enim *Oav*

spiritalis est. noluerunt ergo onera sua mouere, quae sunt grauia, et leue Christi iugum atque onus eius suaue suscipere.

10. Uerum quia passio saluatoris omnes redemit, non absurdum est intellegere ita hos mouisse capita sua, sicut prophetabat princeps ille synagogae: *expedit unum hominem mori pro populo*. aliud dicere uolebat, aliud significabat. et isti aliter mouebant caput quasi insultantes et aliud adnuntiabant, quia ipse erat qui uenit, ut pigrum illud atque terrenum principale hominum commoueret, quo euacuata obseruatione litterae mysterium quae-
reremus in uerbis. unde ait: *posuisti nos in parabolam* 2
*gentibus, commotionem capitis in populis*. quod in bono utique accipitur, quia praemisit: *et in nationes dispersisti nos*. dispersi sunt enim Iudaei, ut reliquiae eorum saluae fierent secundum electionem gratiae, in parabolam autem positi, ut ea quae per parabolam dicta sunt reuelata esse illorum exitu disceremus uel eorum exemplo admoneremur cauere perfidiam.
tunc enim magis cognouit Hieremias Iudaeam esse deflendam et 3
ideo Hierusalem captam esse tunc temporis prophetauit, quando redemptorem proprium non recepit. illi igitur insultatur, de qua *dicent*, inquit: *haec est ciuitas uniuersae terrae*, eo quod, ubi erat ante fidei iucunditas, ibi nunc sit amaritudo perfidiae, uel certe mouendo caput suum et de corporalibus ad spiritalia transeundo mereatur audire, cum crediderit in Christum, quod corona sit gloriae.

11. Quae est autem corona gloriae nisi ecclesia, quae caput suum Christum coronat? quae iucunditas uniuersae terrae nisi domus populi christiani, aula sanctorum, de quibus scriptum est: *in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines*

2 cf. Matth. 11, 29 5*Ioh. 11, 50 10*Ps. 43, 15 12*Ps. 43, 12 13 cf. Rom. 11, 5 20*Thren. 2, 15 24 cf. I Thess. 2, 19 25.26 cf. Thren. 2, 15 27 Ps. 18, 5

3 redimet *Gm1Rm1* 5 sinagogae *AR* 7 et *om.GMNP* ipsum *AGR* 9 euacuato *GPR* queremus *O* 11 in *om.M* 12 in *om.Gm1R* 16 uel] ut *MN* admonemur *O* 17 cognouit magis *av* 18 quando] quoniam *O* 20 dicit *Rm2* inquit *del. Rm2* haec est inquit *a* 21 iocunditas *GNOPRa* 22 spiritualia *MN* 25 *alt.* qui *Rm1* 26 coronatur *Mm1* iocunditas *NOPRa*

orbis terrae uerba eorum? ergo quia corona gloriae
est ecclesia, ideo dicitur in Canticis: egredimini et uidete
regem Salomonem in corona qua coronauit
eum mater eius in die sponsalium eius et in
2 die iucunditatis cordis eius. ad animas dicitur, ut
e gurgustiis et claustris exeant corporalibus, extra corporis cogitationes exeant, egrediantur a cupiditatibus et a curis et a ceteris carnis istius affectibus et lubricis passionibus, supra mundum ascendant, de hoc mundo exeant, Christo occurrant, paratae adsint facibus ar-
3 dentibus relucentes. quasi angeli Christi haec loquuntur: 'non potestis uidere claritatem eius et gloriam eius, nisi egrediamini humanae fragilitatis curas, filiae Hierusalem', quasi dicant: 'quid uiuentem inter mortuos quaeritis?' non intra hunc mundum quaeritur
4 Christus, qui supra mundum suos uoluit esse discipulos. quae est corona qua coronatur Christus nisi corona gloriae? Ioseph coronam habuit castitatis, Paulus iustitiae, Petrus fidei — singularum uirtutum coronae sunt —: solus Christus habet coronam gloriae qua eum ecclesia coronauit. in hac corona omnes coronae sunt, quia gloria non portio unius coronae, sed praemium omnium coronarum est.

12. Tertia traditione mouerunt caput suum, hoc est Christum qui est caput suae plebis: caput eius aurum cephaz. unde Aquila petram aurum dixit, Symmachus lapidem aureum, quod significat stabilem eminentemque sapientiam. corpus Christi ecclesia est. huius 'caput aurum' sapientia pretiosa sanctorum est, hoc est uiri iusti atque prudentes. crines eius abietes, nigrae sicut corax, de quo alibi ait: capillamentum tuum ut grex tonsarum. ideo capil-

2*Cant. 3, 11 9 cf. Luc. 12, 35 11 cf. Ioh. 17, 24 12 cf. Luc. 24, 5 21*Cant. 5, 11 22 Aquila et Symmachus Cant. 5, 11 24 cf. Col. 1, 24 25*Cant. 5, 11 26*Cant. 6, 4

2 egrediemini *Rm1*, *add.* filiae syon *Ta* 3 qua] quum *Mm1* 5 iocunditatis *Mm2NOPRa* 6 cogitationem *GMNOPRT* 7 *alt.* et *om. a* 8 affectus *G* affectis *Rm1* et *om. G* et affectus lubrici *MNPTa* 10 Christi *om. R* hoc *GOPRa* locuntur *GMm1OP* loquantur *Mm2Rm2* 11 et *om. GMNOPav* 18 qui *ARm1* quae *Rm2* 21 aureum *Mm2* ephaz *A* •epha•*P* cephas *cet. av* 22 unde] *add.* et *ANPav* petra *G* petrum *T* 23 significabat *AGMR* 24 caput *om. O*, *add.* ut *GOR* aureum *Mm2*, *add.* id est *av* 26 abietis *codd.* coruos *Mm2* coruus *O* torax *a* 27 tuum *om. AGO*

lamentum, quia uirtus omnium sensuum in capite est; oculi enim sapientis in capite eius. profunda igitur doc- 2 torum prudentia, quae potest ea quae obscura sunt reuelare et alta aperire sensuum. et huiusmodi disputatores crines ecclesiae sunt, sicut pulli coruorum, quibus dominus escam dat, sicut dedit sancto Iacob a iuuentute eius et eum pauit. hos altos ac profundos ubertate doctrinae pascit dominus caelestibus sacramentis.

13. Oculi quoque eius sicut columbae. oculi sunt uiri uidelicet spiritalibus ornati sensibus, qui ad uidenda mysteria sunt acuti et parati ad penetranda scripturae secreta diuinae, rationabili lacte fulgentes, in quibus non sit aliqua doli maculosa confusio, sed simplicis affectus pura et inmaculata sinceritas. ideo in aquarum abundantia lotas has columbas in lacte memorauit.

14. Iam cetera, dentes et genas et sicut coccineum resticulum labia sponsae intellegimus animae esse uirtutes doctorumque diuersitates, qui uel spiritalem menti alimoniam dispensatione sedula subministrent uel praedicatione dominicae crucis sicut uerbi quadam linea alligent audientem uel modestia uerecundi et iuuentutis flore gratissimi etsi a tractatu pudore reuocentur, redoleat tamen in his odor Christi et, sicut in genas quasi de capite sacerdotali descendit unguentum, eluceat pulchritudo doctrinae. et hoc caput mouit 2 synagoga et ideo abstulit dominus mirabilem consiliarium et prudentem architectum et sapientem auditorem, caput, inquit, et caudam, quoniam qui caput non tenuerant nouissima habere non possunt. sed iam ea quae adnexa sunt consideremus.

1*Eccle. 2, 14  5 cf. Hiob 38, 41  cf. Gen. 48, 15  8 Cant. 5, 12  12 cf. Cant. 5, 12  14 cf. Cant. 6, 5—6  20 cf. II Cor. 2, 15  cf. Ps. 132, 2  22*Esai. 3, 3  24 Esai. 9, 14  25 cf. Col. 2, 19

3 alio *A* alia *R*  4 sensu *A* sensum *R*  6 iuuente *A*  ac] atque *O*  8 eius quoque *O*  9 sentibus *O*  10 sint *P*  rationali *AOPR*  12 habundantia aquarum *O*  14 iam cetera] Labia *A* iam certe *Ov*  coccinum *μ*  16 mentis *O*  17 quidam *Om1* quaedam *R*  18 alliget *R*  molestia *MR* modestiae *v*  19 tractu *Am1Mm1* tactu *O*  20 genas] genesi *codd. praeter O,a* descendat *A*  21 ut eluceat *O*  pulcritudo *M*  25 tenuerunt *MNORv*  ea *om. O*

15. *Iniquos odio habui et legem tuam dilexi.* quanto erga dominum propendat affectu, sanctus propheta Dauid hoc uersiculo declarauit, quia, cum suos inimicos nequaquam sit persecutus — utpote qui et regis Saul, a cuius insidiis periculum salutis cauere uix poterat, nec uitam putauerit adpetendam et mortem aestimauerit uindicandam et parricidae filii ingemuerit interitum et multorum persequentium se flagitiis adpetitus ignouerit, ut ipse ait, quia uicem iniuriae laedentibus non rependerit —, praeuarica-
2 tores tamen diuinae legis exosus horrescat. in quo utique et clementia morum eius mansuetudoque pietatis et uehemens deuotionis aperitur intentio euangelici praecepti conueniens disciplinae, quam prophetico spiritu praeuidebat. etenim dominus Iesus et nostrorum inimicorum dilectionem nobis expetendam esse praecepit et dei hostes, etiamsi nobis aut parentum aut filiorum aut coniugii germanitatisque necessitudine copulentur, odio persequendos. sic enim scriptum est: s i q u i s u e n e r i t a d m e e t n o n o d e r i t p a t r e m e t m a t r e m e t u x o r e m e t f i l i o s e t f r a t r e s e t s o r o r e s, a d h u c e t i a m e t a n i m a m s u a m, n o n e s t m e d i g n u s.

16. Quod si quis otiosis accipiat auribus, fortasse dicat: 'tu, domine Iesu, legem dedisti dicens: d i l i g e d o m i n u m d e u m t u u m, d i l i g e p r o x i m u m t u u m, et ut impleres hanc legem uenisti. dixisti per legem: h o n o r a p a t r e m e t m a t r e m, et in euangelio iubes ut parentes oderim? quomodo sibi conueniunt ista praecepta? sic mitis et humilis corde uenisti? non possum saluo pietatis iure odisse patrem, cui debeo quod creatus

1 Ps. 118, 113  8 cf. Ps. 7, 5  12 cf. Matth. 5, 39  16*Luc. 14, 26
21*Deut. 6, 5. Leu. 19, 18  23 Ex. 20, 12  25 cf. Matth. 11, 29

*def. A*  1 Iniquos—*p. 341, 1* patrem et matrem *desunt in A*  *praemittunt* I *GP* et legem] legem autem *b*  2 quantus *N* quando *Pm1*  erga *v* ergo *codd. a* dominum *scripsi* dominus noster (nos *O*) *codd.* dominum se *v*  propendat *Gm1Mm1* perpendat *Gm2NOPRTa* perpendatur *Mm2* protendat *v*  affectum *NPRTa*  4 qui *om. NOPRT*  a *om. R*  a cuius] accitus *Tm2*  7 ut] et *R*  8 rependeret *R*  9 exosus *a* exosos *codd. v*  horrescit *R*  15 prosequendos *GPRv*  20 quis] *add.* etiam *O*  22 et dilige *Mm2*  tuum *om. R*  26 iure pietatis *O*

sum, matrem longo decem mensium fastidio pii fetus onera portan-
tem, cui in absolutione plus periculi, in dilatione plus taedii est.
quid dulcissimi merentur liberi, ut a paterno excludantur amore, 2
cum sit impium mori nolle pro liberis? quid uxor carissima, quae-
dam uitae coheres et consortium commune naturae? quid fratres
isdem concreti uisceribus atque formati eodem naturae hospitio in
hunc usum lucis emissi? oderim ergo pignora caritatis? ita euangelii
lenitate rigorem praedurae legis inflectis, ut, quorum lex condemnat
iniurias, eorum tu euangelio tuo condemnes gratiam?'

17. Uideo istiusmodi adsertioni me respondere non posse. sed
tu, domine, responde; nec enim indiges ut excuseris, qui non eguisti
ut uinceres. respondebit igitur: egone condemno pietatem qui odi
iniquitatem? ego parentes praecipio non amandos qui inimicos
suadeo diligendos? sed non legisti: tempus amandi et
tempus odio habendi, et tempus belli et tem-
pus pacis? de quo hoc dicit Ecclesiastes? nonne de eo quod 2
ratione temporis fiat, ut aliquos pie et amare et odisse possimus,
ut quos dilexeris odisse et quos oderis amare conueniat? non ego
parentum infudi odia pectoribus filiorum nec coniugum suasi fasti-
dia mentibus maritorum. naturam interroga quid exegerim, quae 3
utique auctoris arbitrium genitali singularum necessitudinum
testatur affectu. amare patribus filios lex naturae est, maritis coniu-
ges lex diuina est, quae coniugii caritatem in naturam uertit, ut fiat
una caro et unus spiritus. diligere fratribus fratres naturae praero-
gatiua est, quae eodem domicilio diu fotos adsuefecit ad gratiam
caritatis.

18. Non ergo necessitudinum intestina bella mandaui, sed in-
lecebram suspectam habui. an non iure suspectam, cum serpens ille

1 *matrem* cet.] cf. Uerg. Ecl. 4, 61 12 cf. Hebr. 1, 9. Ps. 44, 8 13 cf. Matth. 5, 44 etc. 14 *Eccle. 3, 8 22 cf. Gen. 2, 24

def. A 1 sum] *add.* nec *a* nouem *OR* mensuum *Pm1* 2 solutione *O* delatione *O* 3 merent *Ra* liberi] filii *NOPav* a *om. GOPa* excludant *G* 5 uitae *om. O* commonis *Mm2* communis *Ta* fratris *O* 6 iisdem *v* 9 condempnas *Pm1* 10 adsertione *R* 12 uinceres] diceres *v* egone] ego non *a* ego *b* 13 non praecipio non *a* 15 odio habendi] odiendi *O* (*om.* et) 18 ut] et *v* ergo *Nm1ORv* 19 peccatoribus *Pm1* coniugium *Rm1* 20 exigerim *Rm1* 21 singularium *O* 22 parentes *O* patres *R* parentibus *a* maritos *OR*, *add.* amare *O* coniuges] *add.* amare *R* 25 assuefacit *v* 27 inlecebras *Mm1* 28 ipse *O*

callidus et astutus ad construendas nequitiae suae artes, quo incorruptae ac rudis naturae dote fundatum primogeniti Adam labefactaret affectum, femineis magis inlecebris quam suis commisit uenenis?
2 itaque femina uirum, quem serpens temptare non ausus est, cibo oris et ui amoris inflexum molli quadam et conciliatricula uxoriae sedulitatis affectione traduxit. et adhuc Eua liberos non habebat, quorum gratia ut dulcis ad amorem, ita facilis ad lapsum plurimos
3 a martyrii consummatione saepe reuocauit. denique saepe cognouimus, quoniam, quem formidolosa carnificum pompa non terruit nec diuisi lateris sulcus infregit nec ardentes laminae a triumphalis fortitudinis abducere rigore potuerunt, eum inter sacra iam praemia constitutum uxor tenerae subolis oblatione miserabilis unius lacrimae miseratione decepit. Samson captus est per uxorem: numquid tu fortior? Salomon captus est in uxore: numquid tu sapientior? ille igitur, cuius sapientia totis celebratur saeculis, factus est insipiens, quia nimium amauit uxorem.

19. Quid de fratribus dicam? experta est in liberis et prophetae domus detestabiliora oscula quam odia esse fraterna. itaque fratricidium quidem pater fleuit, sed magis est indignatus incestum. denique licet parricidam, percussorem tamen reuocabat incesti.

20. T e m p u s igitur a m a n d i t e m p u s o d i o h a b e n d i, hoc est tempus martyrii, quando ea quae diuina sunt omni caritati necessitudinum praeferenda sunt, t e m p u s b e l l i, quo etiam bellum pro Christi nomine perfidis pignoribus inferamus, t e m p u s p a c i s, quia i n p a c e l o c u s e i u s. denique ipse in euangelio euidenter exposuit, qua ratione nostros debeamus

13 cf. Iudd. 16 14 cf. III Reg. 11 17 sqq.] cf. II Reg. 13.14 21 *Eccle. 3, 8 25 Ps. 75, 3

*def. A* 1 quod *O* incorreptae *R* 5 inflexerit *O* consiliatricula *GNPm1Ra* 6 non liberos *O* 7 uti *a* ita] *add.* esset *a* lapsum] *add.* quam *a* 10 lamminae *a* triumphali *N* 11 deducere *GM* rigore abducere (deducere *v*) *Oav* 12 subolis *Rm2* sobolis *cet. av* oblatio *GM* 13 sampson *P* 14 sapientior] *add.* es *Rm2* 17 libris *GMm1NPm1Rm1* 18 detestabiliora] *add.* inimici *Tm2a* fratricidium— 19 denique *om. PR* parricidium *Ov* 19 pater quidem *Nav* 20 parricidam licet *OPR* parricidam *om. G* percursorem *G* incesti (incestum *O*) reuocabat *Ov* incerti *Pm1Rm1* 22 omnia *OPR*

odisse, dicens: qui diligit patrem et matrem plus quam me, non est me dignus. non dixit indignos esse 2
qui parentes suos diligunt, sed eos indignos ait, qui plus parentes quam Christum diligunt. si enim ideo deferimus parentibus amorem, quia nostrae generationis auctores sunt, quanto magis Christum amare debemus, qui ipsorum est auctor parentum! isti dederunt quod non potestatis est, sed ministerii sui; Christus donat salutem, qui parentum beneficia conseruat.

21. Pulchre autem dixit: iniquos odio habui, legem autem tuam dilexi, quia, si legem amamus, odisse debemus aduersarios legis, qui operibus suis praecepta legis inpugnant. Graecus melius eos et proprie nuncupauit dicens: παρανόμους ἐμίσησα. παράνομος exlex uocatur, qui extra legem est. hos ergo odit qui in lege Christi est, quia legis mandata non seruant. non 2
solum enim qui legem nescit, sed etiam ille qui non agit secundum legem exsors legis est, quia non auditores legis, sed factores legis iustificabuntur. redarguit me ipse Dauid, si aliter intellegam. quomodo iniquos homines oderat, qui parricidam filium commendabat proeliatoribus, ne eum aliquis occideret, qui Saul regis mortem etiam uindicauit in eum qui a se nuntiauit occisum?

22. Ergo non iniquos homines, sed iniquos sermones oderat. denique iniquos, dixit, odio habui, non addidit 'uiros'. deinde cum dicat Iesus in euangelio: diligite inimicos uestros, dicat apostolus: benedicite eos qui persecuntur uos et nolite maledicere, quomodo excusaretur

1*Matth. 10, 37 9*Ps. 118, 113 16 Rom. 2, 13 19 cf. II Reg. 18, 5 20 cf. II Reg. 1, 15 23 Ps. 118, 113 24 Matth. 5, 44 25*Rom. 12, 14

1 et] aut *NOav* plus] *pergit A* 2 esse] se esse *O* 3 *pr.* qui] quia *P* quam christum parentes *O* 4 amorem *om.GMNa* (dilectionem *s.* deferimus *scr.Mm2*) 5 generationes *Rm1* 6 oportet amare (*om.* debemus) *a* qui] quia *Mm1* quia est *Mm2* est *om.M* 8 que *O* 10 autem *om.AGm1R* 11 *pr.* legis] leges *Rm1* 12 noncupauit *Mm1* *Graeca om.N, plus minus corrupta in cet.* 13 *ἐμίσησα b EKEINA AGMPR* echeyna *O καί a,om.μ* qui] quia *b* 14 non seruant] seruat *APR* 16 sed] tantum sed *Mm2Na* 17 redarguet (*om.* me) *O* 20 regis *om.O* 23 iniquos *v* hos *codd.* iniquos hos *a* 24 deinde] denique *Mm2Na* hiesus *P* 25 dicat] *add.* et *Rm2* persequuntur *Aav*

iste uir secundum euangelicam uiuens disciplinam, si iniquos homines odisset, nisi intellegas quod iniquitatem odio habuit, non eos qui, etsi operarentur iniquitatem, possent tamen euangelica praedica-
2 tione conuerti? aut certe nisi ita accipimus, accipiamus quia, sicut ille qui non honorat patrem iniquus est, idem tamen secundum illud exosus patrem, quod scriptum est: *qui non odit patrem aut matrem aut fratres aut sorores aut animam suam, non potest meus esse discipulus*, etiam laudabilis habetur, sic et iste iniquos odio habuit, eodem modo et eos oderat quo patrem praeuaricantem aut animam suam, praeferens uidelicet uitae huius suauitati gratiam Christi.

23. Sequitur uersus secundus: *adiutor et susceptor meus es tu, et in uerbum tuum spero.* adiutor per legem, susceptor per euangelium. quos lege adiuuit, in carne suscepit, quia scriptum est: *hic peccata nostra portat*, et ideo in uerbum eius spero. Graecus tamen ἐφήλπισα habet, quod est 'supersperaui', quod de eo dicitur qui semper addit ad sperandum et, cum sperauerit aliquid, iterum sperat et spe proficit, extendens se semper ad superiora et ea quae praeteriit obliuiscens.

24. Pulchre autem ait: *in uerbum tuum speraui*, hoc est: non in prophetas speraui, non in legem, sed in uerbum tuum speraui, hoc est in aduentum tuum, ut uenias et suscipias peccatores, delicta condones, ouem lassam tuis in cruce humeris bonus pastor inponas. si quis sperat in Christum, separare se debet a consortio perfidorum.

6*Luc. 14, 26 12.20*Ps. 118, 114 15*Esai. 53, 4 16 cf. tractat. 19, cap. 20 18 cf. Phil. 3, 13 23 cf. Luc. 15, 4—5

1 secundum] sub *AOPm2Rv*, *om.NPm1a* euangelica—disciplina *NOPav* 3 operentur *a* 4 ista *PR* accipimus *AR*, *om. cet. av* accipiamus *om.AR* 5 idem] id est *Rm1* 7 *pr.* aut] et *P* 10 quo] qui *GMNPR* 11 huius uitae *O* eius *GMNPRa* gratia *GPm1* gratiae *M* 12 Sequitur—secundus *om.a* uersus *om.GMNOPRm1v* secundus] II *GNPR*, *om.AMOv* 13 speraui *b* 14 lege] per legem *Pm2* 16 *ΕΦΝΑΝCΑ AGMR* efnansa *O* *ΕΠΙΕΛΠΙCΑ Pa* ἐπήλπισα *v*, *om.N* 17 de eo] ideo *APR* qui] quia *A* 19 praeterit *A* praetereunt *Mm2O* 21 *pr.* non in—22 hoc est *om.O* prophetis *R* lege *A* 24 debet se *N*

25. Ideoque dicit: *discedite a me, maligni, et scru-
tabor mandata dei mei.* cuius uersiculi testimonio signi-
ficatur, quia, ubi malignitas est, ibi custodia mandatorum caelestium
esse non possit; in maliuolam enim animam non in-
trat sapientia, et alibi: quaerent me mali et
non inuenient. simplicem mentem, purum ac defaecatum
animum diligit Christus nec potest inmaculatae uirtuti ullum cum
maculosis contubernium esse flagitiis. odit refugit aspernatur con- 2
tagia, qui dicit: discite a me quia mitis sum. malignos
repellit, laborantes uocat. dicit illis Iesus: discedite a me
omnes qui operamini iniquitatem, istis ait: ue-
nite ad me omnes qui laboratis et onerati estis,
non utique malignitate mentis, sed infirmitate carnis onerati, one-
rati, inquam, alieni hereditate peccati. laborantibus subuenio, frau-
dulentis prodesse non debeo, ne pluribus noceant. hos poena con-
pescat, illos emendet gratia. malitia enim fons peccati est, culpa 3
infirmitatis est lapsus. illi debeo subuenire qui laborat, illum etiam
odisse qui decipit. malas igitur operationes repellit. nam nisi ita
accipias, uidetur dicere: 'discedite a me, quia mundus sum, quia
purus sum'. hoc Pharisaeus dicebat et reprehensus a Christo est.
non ergo propheta dicit 'mundus sum', sed: cor mundum
crea in me, deus.

26. Ideoque relegato consortio malignorum, quasi qui ante permixtus illis suscipi non possit a domino, dicit: *suscipe me secundum eloquium tuum et uiuam, et non confundas me ab expectatione mea.* si uiuit qui in sinu est patriarchae Abrahae ut ille Lazarus pauper, quanto magis uiuit

1*Ps. 118, 115 4*Sap. 1, 4 5*Prou. 1, 28 9 Matth. 11, 29 10*Matth. 7, 23 11 Matth. 11, 28 20 cf. Luc. 18, 11.14 21 Ps. 50, 12 24 Ps. 118, 116 27 cf. Luc. 16, 23

1 dicit] *add.* III *GNP* uersus (*add. m2*) III *R* 4 non poterit *Pm2*, *om. Pm1* maleuolam *v* 6 inueniunt *Pm1R* purum *om. GPRa* 7 immalatae *A* 8 esse *om. N* flagiciis. Flagiciosa *O* flagitiosa *R* flagitia *a* 9 discite—10 Iesus *Oav*, *om. cet.* mittis *O* 12 honorati *M* 14 fraudolentis *MN* 15 prodeest *Rm1* 17 est] et *in ras. Mm2* 18 ista *PR* 19 discite *Om2* *alt.* qui *M* 20 et] sed *Ov* 23 religato *GNOPm1R* 24 posset *AOv* dicit] *add.* IIII *AGNPR* 27 abrahae patriarchae *O*

qui suscipitur a Christo! quomodo enim potest non in aeternum
uiuere quem sempiterna uita suscepit, quem totum sibi Christus
adsumpsit, qui totus uerbi est, cuius uita abscondita est in Christo
2 Iesu? sed et qui in sinu Abrahae sedet susceptus a Christo est. in-
tolerandae autem praesumptionis uideretur dicere deo: 'suscipe me',
nisi promissum eius adiungeret, hoc est: 'ut auderemus ipse fecisti,
tuo te chirographo conuenimus qui nostrum chirographum sustu-
listi. nos fecimus chirographum mortis, tu scripsisti chirographum
uitae'.

27. Ergo non confundas ab expectatione sua seruulum tuum,
quia in te spero; s p e s enim n o n c o n f u n d i t. et si tribula-
mur, patientiam subministra, ut ferre possimus, ut, quia te expecto,
non obprimar infirmitatibus, non subcumbam temptationibus,
non adfligar procellis in quibus est probanda patientia, ut probatio
consequatur, quae spem confirmat et roborat, quae non confundit;
hoc est: frangimur frequenter laboribus, fatigamur; si spes desit,
2 confundimur et tota mente turbamur. sed esto, sint aliqui duri ad
labores, firmi ad iniurias perferendas: si spem auferas, non potest
perpetua esse patientia. ipsa patientia non probatur, si fides desit,
cuius radix spes est. quae enim potest probatio esse, nisi pro Christi
nomine uel incommoda uel pericula uniuersa sustineas? ideo spes
est sola quae nostrum non confundit affectum. ubi est spes, aposto-
licum illud: f o r i s p u g n a e, i n t u s t i m o r e s nocere non
possunt.

28. Alia interpretatio ⟨habet: n o n e r u b e s c e r e f a c i a s⟩. non erubescet qui sperat in Christum; ideo qui bene sperat dicit: i n t e c o n f i d o; n o n e r u b e s c a m. et bene ait 'confido';

3 cf. Col. 3, 3  7 cf. Col. 2, 14  11 Rom. 5, 5  23 II Cor. 7, 5  25*Ps. 118, 116  27 Ps. 24, 2

3 uerbi] ubique *Rm2*  in] cum *O*  4 et *om. a*  sedit *AGPR*  est a christo *O*  5 deo dicere *O*  domino *a*  6 adiungeret] *add.* secundum eloquium tuum *Pm2*  ut] *add.* hoc *MOav*  audiremus *GMm1Rm2* adderemus *O*  7 cyrographo (—fo) *codd., item infra passim*  cumuenimus *A*  qui] quoniam *a*  12 subministrat *AOR* subministres *μ*  qui *Ma*  15 spem quae *Ma*  *all.* quae] qui te *R*  16 frangimus *Rm1*  si] sed si *a*  18 auferas] non proferas *Pm2*  22 spes est *O*  23 illud] *add.* audi *A*  25 habet—facias *om. codd.*  26 erubescit *O* ideoque *a*  qui *om. Mm1*

robur enim spei nostrae et quaedam sperantis auctoritas confidentia
est. spera igitur semper, et nemo te ab expectatione confundit.
expectatio nostra uita aeterna est, expectatio nostra regnum dei,
angelorum consortium, benedictiones sunt spiritales. spera cotidie;
finem ista res non habet, nescit indutias. spera etiam positus in 2
aduersis. si quis tibi dicat aliqua forte necessitudinum amissione
percusso: 'quid tibi prodest iustitia tua?', tu tamen spera, non
deficiat fides tua. si quis tibi dicat: 'quid tibi cotidiana profuere ieiu-
nia, quid castitas corporis, pudor mentis? ecce sicut iniustus et
impius uulneratus es', non deficiat fides tua. nam etiamsi infirmus
es, fidelis tamen sollicitus est pro te Christus; dicit ad discipulos:
date illis uos manducare, ne deficiant in uia. habes 3
apostolicum cibum; manduca illum, et non deficies. illum ante man-
duca, ut postea uenias ad cibum Christi, ad cibum corporis domi-
nici, ad epulas sacramenti, ad illud poculum quo fidelium inebriatur
affectus, ut laetitiam induat de remissione peccati, curas huius sae-
culi, metum mortis sollicitudinesque deponat. hac ergo ebrietate
corpus non titubat, sed resurgit, animus non confunditur, sed con-
secratur.

29. *Adiuua me*, inquit, *et saluus ero et meditabor iustificationes tuas semper*. qui sperat, praesumit iuuari; ubi autem adiumentum dei, ibi certum salutis auxilium. supra dixit: adiutor meus et susceptor meus es tu, hic iterum iuuari petit, quasi dicat: 'sine cessatione me adiuua. non mihi satis est quod poposci, iterum peto ut saluus fiam. hic non magna, non uera est salus. tunc saluus ero, cum fuero in para-

12 Matth. 14, 16. 15, 32 15 cf. Ps. 22, 5 20*Ps. 118, 117
23*Ps. 118, 114

1 sperandi *NTa* 2 ab expectatione te confundat *O* 3 regnum] regnum est *M* est regnum *NTa* 5 non habet res ista *AR* indutias *PR* inducias *cet. av* etiam] tamen *O* 6 dicat tibi *av* 7 ne *M* 8 dicat tibi *av* 10 non] ne *O* nam] non *GMm1PR* 11 discipulos] *add.* suos *AOv* 12 dante *Am1* uos *om. GMm1OPR* 13 illum—manduca *om. M* ante] autem *O* 14 dominice *Rm1* 15 illum *Rm1* 16 peccatorum *Ov* saeculi huius *av* 17 hec *Rm1* 18 titubabat *Pm1* surgit *O* 20 *praemittunt* V *AGR* sequitur uersus V *O* sequitur *v* salus *O* meditabor] *add.* in *Gm1R* 23 *pr.* meus *om. AOv* *alt.* meus *om. MN* 26 paradyso *AMm2PR*

diso, cum uiuere coepero inter electos tuos angelos, cum laqueos terrae huius euasero'.

30. Sed ne forte adiuti in necessitatibus postea in prosperis positi neglegamus, docet nos inmemores beneficiorum caelestium nequaquam esse debere, sed meditari iustificationes domini, ut et, cum boni operis aliquid fecerimus, semper tamen nostra ei peccata fateamur; haec enim est iustificatio domini. denique Pharisaei non iustificauerunt deum, qui baptizari baptismo paenitentiae noluerunt.
2 ergo ille iustificat, quem suorum paenitet delictorum; quem enim paenitet, confitetur, ut est illud: tibi soli peccaui et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis. ideoque publicanus magis iustificatus exiuit e templo, quia Pharisaeus se iustificabat suas iustitias praedicando, publicanus autem iustificabat deum iniquitates proprias confitendo. ergo qui meditatur iustificationes domini, semper humiliatur, non hodie humiliatur et cras exaltatur, sed semper humilis corde et mitis
3 affectu est. plus est autem semper quam die ac nocte uel tota die; hoc enim supra tempus est. ergo uel inter angelos adnumeratus dicas oportet iustificationes dei semper et illam quam adeptus es gloriam non tuis meritis adroges, sed diuinae miserationi semper adscribas, ne tibi dicatur: quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? omnis enim creatura quaecumque bona habet accepit a Christo, qui totius auctor est creaturae.

31. *Spreuisti*, inquit, *omnes qui discedunt a iustificationibus tuis, quia iniqua cogitatio eorum.* omnis superbus inmundus est in conspectu domini, quia non potest per superbiam sua mundare peccata, qui adroganti spi-

7 cf. Luc. 7, 30 10 Ps. 50, 6 12 cf. Luc. 18, 11—14 16 cf. Matth. 11, 29 21 I Cor. 4, 7 25 *Ps. 118, 118

6 ei nostra *Oav* 7 est (*s.l.m2M*) enim *MNO* est *om.AG* 9 iustificatur *GMRm2* *alt.* quem] qui *Rm2* 12 maius *AGMm1NPm1R* (magis *in mg.m2*) 13 de *M* se *om.O* 15 domini *AOv*, *om. cet.* 17 affectum *Mm1* effectu *Rm1* 19 dicat *AOPR* oportet] *add.* meditari *GM* domini *O* semper] *add.* laudari *AOR* laudare *Pm2* et] *add.* si *Mm2N* quam *om.N* est *Rm1* 21 autem *om.MNa* 24 accipit *Om2* est auctor *av* 25 *praemittunt* VI *AGNOPR* discendunt *Rm1* 27 dei *a* quia] qui *M* 28 suam *OPRv* qui] quae *Am2PR*, *add.* ea *A*

ritu coacerbat errorem, ideoque spernitur atque despicitur, quia
despectui habet diuina mandata. bene autem caelestis seruatur 2
praerogatiua clementiae, quia nullum repellit, sed quicumque
noluerint peccata propria confiteri, ipsi discedunt a domino deo
nostro. denique ille discessit, qui peregre profectus omne quod acce-
perat a patre fidei et gratiae patrimonium dissipauit. et quia eum
discessisse paenituit, postea est regressus ad patrem, quem reli-
querat, cum peccatum proprium nollet fateri. non ergo interuallo 3
locorum deus relinquitur, sed prauitate morum et deformitate ge-
storum. discedit a domino qui se elongat ab eo, quemadmodum
audita praesentia dei Adam latere cupiebat. sed discedens a do-
mino salutem habere non poterat, quoniam scriptum est: *ecce
qui elongant se abs te peribunt.* unusquisque igitur
suis studiis sese aut iungit aut separat. denique quam plerosque nec 4
locorum interualla secernant uel finitima et uicina conectant, in-
dicio est, quia sunt plerique in corpore siti, qui peregrinantur a cor-
pore et adsunt deo, ut ille, qui dicente deo: *quem mittam?*
respondit: *ecce ego, mitte me.* audet et Paulus adesse deo,
quia nihil in se praeter carnis màteriam uidebat esse corporeum.
exiuit et Cain a facie dei, postquam commisso parricidio gerendam
peccatorum suorum paenitentiam non putauit.

32. Recte autem ait: *ad nihilum deduxisti praeuaricatores.* non 'peccatores' dixit, sed 'praeuaricatores'; nam quae nobis spes foret, quando omnes sub peccato sumus? etiam illud pulchre: *omnes ad nihilum deduxisti praeuaricatores.* siue ille diues sit, nihil illi diuitiae suae prosunt,

5 cf. Luc. 15, 12 sqq. 11 cf. Gen. 3, 8 12 Ps. 72, 27 16.18 cf. II Cor. 5, 8 17 Esai. 6, 8 20 cf. Gen. 4, 14 22.25* Ps. 118, 118 24 cf. Rom. 3, 9

1 coaceruat *AGMNPm2Rm2av* 2 seruatur] *add.* excellens uel superabundans *APm2R* excellens *O* 3 clementia *A* quia] que *ex* qui *Mm2* 4 noluerunt *GNPR* 6 eum] cum *GMNPRTa* 7 discessisset *codd. praeter O, a* liquerat *N* 8 tunc cum *a* nollit *Gm1* confiteri *av* ergo] enim *O* 10 ab eo] a (ab *MN*) domino *GMNPRa* a deo *O* 11 dei] domini *O* 12 poterit *Mm1Na* 13 abs] a *AOR* igitur] enim *Pm2* 14 iungit] *add.* deo *Pm2* quam] quod *Mm2* quia *Rm2* 15 et] uel *NTa* 17 ut] quia ut *O* dicenti *GMOv* domino *AR* 18 mitte me *om. AGMNTa* 20 et *om. a* 24 sub peccato] peccatores *NT* 26 illi] ille *Mm1N*

siue honoratus, nihil dignitas, siue potens, nihil potentia. sed aliud est praeuaricatorem esse discedentem a iustificationibus dei, aliud praeuaricatorem esse terrae; illud grauius, hoc leuius.

33. Ideoque subiecta ne te turbent, uide quae subiecit his: *praeuaricatores aestimaui omnes peccatores terrae, propterea dilexi testimonia tua semper.* recte praeuaricator dicitur qui discedit a domino; denique Graece a discedendo apostata nominatur. unde et ille: uinum et mulieres faciunt, inquit, apostatare. cauenda
2 ergo incentiua et lenocinia delictorum, ne in scelus uergant. praeuaricator autem Latine et transgressor uocatur, eo quod a domini lege transeat ad errorem et transgrediatur mandata caelestia, cui dictum est ut adhaereret domino deo suo. adhaereto igitur indiuiduo semper affectu, ne te ab eo uis ulla possit euellere. si quid rarum, si quid intermissum aduersarius uiderit, statim se inmittit in pectus et cor tuum, ut te laqueo teneat suae fraudis et hostilis
3 uinculo potestatis innexus a deuotione retraharis. sed non solus ille praeuaricator est, qui posthabet ecclesiam et ad cultus transgreditur idolorum, sed etiam quicumque legis mandata non seruat. omnis ergo peccator praeuaricator est; unde est illud: omnis praeuaricatio iustam accipit remunerationem. nomen commune, sed diuersa merita delictorum; et pretia ergo diuersa culparum.

34. Quid sibi uult quod ait: peccatores terrae? sunt ergo et caeli peccatores, sicut ille qui ait: pater, peccaui in caelum et coram te. sunt qui dicunt, quia is, qui caelestia non seruat oracula, praeuaricator est caeli. sed siue hoc

5*Ps. 118, 119 8*Eccli. 19, 2 13 cf. Deut. 10, 20 20*Hebr. 2, 2 24 Ps. 118, 119 25 Luc. 15, 21

4 te *om.GOPRa* quae] iam *G* quid *Mm1NTa* quod *Mm2* nam *Ov* his] *add.* VII *AGNOPR* 7 deo *Am1* 8 apostata a discedendo *O* discendendo *Rm1* απωcτατα *AR* 9 inquit *om.Na* 11 Latine *om.N* et *om.O* lege domini *Nav* 13 adhaereat *NRav* adhaere *AOR* adhaere deo *Mm2* 15 intermissum] *add.* est *O* 18 postponit *AR* posthabit *G* posthabita ecclesia (*om.* et) *Oav* 20 ergo] enim *a* *pr.* est *om.O* *utrumque* est *om.GMNav* 21 praeuaricatio] peccator *AOR* accepit *Pm1*, *om.Rm1* 25 pater *om.MN* 26 dicant *GMNOav*

sine quia minuit gratiam quam accepit e caelo, quam spiritus sanctus infudit, siue quia auis caeli factus non debes in terram redire de caelo. in caelum ergo peccas, si caeli incola caelum relinquas. diuersitas igitur est eorum; alii peccatores caeli, alii peccatores terrae sunt.

35. *In matutinis*, inquit, *interficiebam omnes peccatores terrae.* quomodo unus omnes interficere poterat peccatores terrae? sed si consideres iustum, cui *nox praecessit, dies adpropinquauit*, potes uidere quomodo exoriente tibi sole iustitiae de luce uigilans interficias fomenta omnia delictorum. utinam mihi adspiret haec gratia, ut gladio spi- 2
ritali, qui est uerbum dei, ab ecclesia domini incentiua uniuersa possim abolere uitiorum et terrena auferre delicta, quibus in foueam quandam lubrici praecipitamur erroris, ut de ciuitate dei expellatur iniquitatis operator! ciuitas dei ecclesia est, ecclesia corpus est Christi. peccat in caelum, qui caelestis ciuitatis iura contaminat et inmaculati corporis uiolat sanctitatem suorum conluuione uitiorum.

36. Et uide, ne forte sint qui caeli et terrae peccatores sint. nam utique Adam, cum in paradiso esset, caelestis erat, post lapsum autem terrenus est factus et de paradiso expulsus est et eiectus. unde apostolus ait: *primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis.* abiciatur ergo a nobis imago terreni, suscipiatur imago caelestis non fuco expressa, non ceris, non coloribus adumbrata sed moribus, in qua se Christus agnoscat.

37. *Confige clauis a timore tuo carnes meas; a iudiciis enim tuis timui.* qui diligit domini testimonia,

2 cf. Ps. 54, 7 et tractat. 14, cap. 38 5*Ps. 100, 8 7 Rom. 13, 12 9 cf. Mal. 4, 2 cf. Ps. 62, 2 10 cf. Hebr. 4, 12 14 cf. Hebr. 12, 22. Col. 1, 24 21 I Cor. 15, 47 26*Ps. 118, 120

1 siue] *add.* illud sit, e diuerso unum significamus peccatorem, alterum praeuaricatorem *T s. l., a* 2 caeli] *add.* es *A* 4 sunt terrae *O* 5 inquid *G* 6 poterat interficere *O* 8 dies] *add.* autem *R* adpropinquabit *Mm1* potest *O* 11 uniuersorum *M* 12 quandam foueam *O* 14 iniquitas operatorum *N* 15 caelestis] caeli *O* 18 qui] *add.* et *O* 20 est factus et] factus *MN* unde] *add.* ait *AR*, et *v* 21 ait *om. R* 24 cereis *Mm2N* non *om. N* Christus se *av* 26 *praemittunt* VIII *AGNPR* glauis *P* 27 enim] autem *APR*

configit clauis carnes suas, sciens quia uetus homo suus cum Christo
confixus cruci luxuriam destruat carnis, ne cupiditates eius indo-
mito feruore lasciuiant, ne radix auaritiae serpentibus se fundat
2 radicibus. confige ergo clauis et destrue fomenta peccati, moriatur
in carne tua omnis inlecebra delictorum, libertatem uagandi cupi-
ditas uoluptatum cruci adfixa non habeat. est quidam clauus spiri-
talis, qui patibulo dominicae crucis adfigat has carnes. et fortasse
sunt carnes quaedam animae, sicut corpus est animae. carnes ani-
mae sunt carnales cogitationes; configat has carnes timor
3 domini et iudiciorum eius et seruituti redigat. quodsi carnes
istae reiciunt clauos diuini timoris, haud dubie dicitur: non
permanebit spiritus meus in his hominibus,
quoniam carnes sunt. nisi igitur adfigantur hae
carnes cruci et configantur clauis a timore dei nosrri, non per-
manebit in his spiritus dei.

38. Sicut sunt aculei timoris quibus conpungimur, ita sunt
claui timoris quibus configimur. qui conpungitur excitatur, qui con-
figitur mortificatur, ut peccato deficiat, deo uiuat. ut sciamus autem
clauos spiritales esse, etiam stimuli spiritales sunt, de quibus scri-
ptum est: durum tibi est aduersus stimulum cal-
2 citrare. hoc stimulo Paulus stimulatus surrexit e terra et se le-
uauit, ut conuersaretur in caelo. confixus est clauis apostolus Tho-
mas, ut diceret: nisi uidero in manibus eius fixu-
ras clauorum et mittam digitum meum in
locum clauorum. claui erant bonae cupiditatis, claui erant,
etsi non perfectae fidei, tamen fidei incrementa quaerentis.

39. His configitur clauis qui pro Christo commoritur, ut cum
Christo resurgat; his configitur clauis qui mortificationem domini

1 cf. Gal. 2, 19   11*Gen. 6, 3   20*Act. 9, 5   23*Ioh. 20, 25   27 cf. II Tim. 2, 11   28 cf. II Cor. 4, 10

2 confixus] *add.* est *Mm2N*   luxoriam *Rm1*   destruit *Pm1*   3 serpentinis *AOR*   4 peccandi *M*   5 uacandi *APm1R*   6 spiritalis] christi talis *AGNPR* christi spiritalis *M*   7 crucis dominicae *av*   8 sint *OPRv*   11 *amoris *N*   haut *ORm1*   13 quia *O*   heae *AR*   cruci hae carnes *Nav*   14 confingantur *O*   dei nostri] domini *Na*   17 claue *Rm1*   18 scimus *ARm1*   19 esse spiritales *O*   20 contra *M*   21 stimulatur *Mm1*   25 clauorum] *add.* non credam *Rm2*   cupiditates *a*   26 perfectae *om.O*   quaerentes *Mm2O*   27.29 his—resurgat *post* his—portat *tr. A*   pro *om.Oav*

Iesu in corpore suo portat; his clauis configitur qui meretur audire
dicente Iesu: pone me ut signaculum in cor tuum,
ut sigillum in brachium tuum, quia ualida
est ut mors caritas, durus sicut inferi zelus.
infige ergo pectori tuo et cordi tuo signaculum crucifixi, infige et 2
brachio tuo, ut opera tua peccato mortua sint. nihil in his criminis
reuiuescat, nihil resurgat erroris. fortasse hanc imaginem claui
non solum timoris, sed etiam caritatis adfigunt, quia ualida
est ut mors caritas, durus sicut inferi zelus.
non te ergo offendat duritia clauorum, quia est duritia caritatis, nec
ualidus clauorum rigor, quia ualida est etiam caritas sicut mors.
caritas enim culpam et omnia peccata mortificat, caritas sicut mortis 3
ictus interimit; denique morimur flagitiis atque peccato, dum
domini mandata diligimus. caritas deus est, caritas dei
uerbum est, quod est ualidum et acutius omni gladio acutissimo
usque ad diuisionem quidem animae et spiritus artusque et intima penetrans medullarum. est durus ergo zelus caritatis qui non
cedat inferis, cum pro dei zelo unusquisque nec suis parcat. his cla- 4
uis caritatis configatur anima nostra et caro nostra, ut et ipsa dicat:
quia uulnerata caritate ego sum. habet ergo
clauum suum caritas, habet gladium suum quo anima uulneratur.
felix qui hoc gladio meruerit uulnerari. haec sunt uulnera quae osculis praeferuntur: utilia uulnera amici quam uoluntaria oscula inimici.

40. His nos uulneribus offeramus, quibus quicumque mortuus fuerit mortem gustare non poterit. talis eorum mors qui dominum sequebantur, de quibus dictum est: sunt aliqui de istis adstantibus qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno

2.8*Cant. 8, 6 14*I Ioh. 4, 8 15 cf. Hebr. 4, 12 20*Cant. 2, 5 23*Prou. 27, 6 27*Matth. 16, 28

1 configitur clauis *AR* 2 dicentem Iesum *MNOP* 5 corde tuo *Rm1*, *add.* hoc *MNav* 7 reuiuiscat *ANPm2Rm2av* reuiuificat *O* erroris resurgat *Nav* 10 ergo *om.N* 14 est deus *Rav* 16 *pr.* et] ac *Aav* intimo *Mm1* 17 est durus] edurus *P*, *in mg. m2* edurus id est ualde durus durum *R* 18 infernis *MNPm1a* purgat *Am1R* 21 *alt.* suum *om.N* 23 utiliora *Oav* 26 talis] *add.* enim *v* eorum] *add.* erat *a*

s u o. merito Petrus non timebat hanc mortem; non timebat enim qui dicebat, quia, etsi oporteret eum pro Christo mori, non eum relinqueret aut negaret. tollamus ergo crucem domini quae configat carnes nostras, peccatum destruat. est timor qui configit carnes: n i s i q u i s t u l e r i t c r u c e m s u a m e t s e c u t u s m e f u e r i t, n o n e s t m e d i g n u s. ille enim dignus qui habet Christi timorem, ut crucifigat carnale peccatum. hunc timorem sequitur caritas, quae consepulta cum Christo non diuellatur a Christo, moriatur in Christo, adtumuletur Christo, ut cum Christo resurgat.

## XVI.
## LITTERA AIN.

1. Incipit littera sexta decima 'Ain', cuius interpretatio est 'oculus' siue 'fons'. oculus utitur uidendi munere, sed saepe uidemus ea quae conplacent et saepe quae displicent, nec in eo oculi est uel culpa uel probitas pro eorum qualitate quae uiderit; oculi est enim officium nuntiare quod uiderit. est sane uel offensa uel gratia, si aut delectetur suauibus aut offendatur aduersis. ideo frequenter oculus suppliciorum dicitur, oculus temptationis, oculus haedi, oculus uitulae, oculus generationis aut fons generationis.

2. Legimus in euangelio, quia baptizabat Iohannes in Aenon. Aenon oculum suppliciorum interpretati sunt. itaque nemo uenit ad baptismum nisi qui desiderat sibi propria peccata dimitti, quorum supplicia corde prouido perhorrescat. itaque licet oculus supplicio-

2 cf. Matth. 26, 35 5*Matth. 10, 38 7 cf. Rom. 6, 4 21 cf. Ioh. 3, 23

2 oportuerit *GMm1a* oportuerat *OR* 5 nisi] *add.* inquit *a* tollerit *Rm1* 6 enim est *Mm2* est enim *N* dignus est *a* 9 ut] et *Rm1*, *om.GMNPm1av* resurgat cum Christo *NRav*, *add.* de psalmo centesimo octauo decimo (CXVIII *AOR*) *AOPR* 13 Incipit—Ain] IN̄ litera *N* XVI *GMOP* decima sexta *av* Ain *ante* incipit (*om. a*) *tr. GMa* 14 siue] uel *GM* *alt.* oculis *Gm2MR* oculo *NPTa* utimur *GMNPRTa* saepe *om. GMNPm1Ta* 15 *alt.* quae] qui *Rm1* 16 enim est *O* 17 quod] quae *a* *pr.* uel *om.NPa* 18 *pr.* aut] autem *Rm1*, *om.A* 19 oculi haedi (edi *O*) *GMNOPm1Ra* oculi uitulae *O* 21 aenom *AP* aeno *G* emom *Rm1* enon *Rm2* Ennon *Oav* 22 aenom *AP* aenum *G* aenoni *MN* enom *Rm1* enon *Rm2* Ennon *Oav* suppliciorum] *add.* dicitur *A*, *sed exp.*

rum dicatur, praeuidentis est tamen supplicia, non sustinentis, licet baptismum paenitentiae habeat aliquam de suppliciorum susceptione tolerantiam. oculi est, ut intuendi officio fungatur, tuum est cauere quod uideris.

3. Denique et oculus temptationis dicitur, quia per oculum saepe temptamur. oculus meretricis laqueus amatoris. sed oculus nihil delinquit ideoque saluatoris sententia plena iustitiae est dicentis: qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterauit eam in corde suo. non dixit 'qui uiderit mulierem', sed 'ad concupiscendum uiderit'. oculum absoluit, mentem ligauit. nec dixit 'adulterauit eam in oculo', sed 'in corde'. in oculo uisus est, in corde peccatum.

4. Oculus haedi qui ad sinistram est, quod ea quae dextra sunt peccator uidere non possit. sanctus autem dicit: prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris mihi est, ne commouear. et Petro sancto apostolo, cum tota nocte nihil cepisset, ut legimus in euangelio, a saluatore dictum est: mitte in dexteram partem retia nauigii. itaque fretus imperatis caelestibus misit retia et plurimum piscium congregauit. in sinistra nox erat, in dextera diuini sermonis diurna claritudo fulgebat.

5. Est et oculus uitulae, quod aeque ad peccatores refertur, quia sicut iugi loro uitulae adtrahunt iniquitates, non disrumpentes neque abscidentes proprium, sed longo trahentes fune peccatum. indomita enim uitula sero mansuescit et trahit lora, non suscipit, quia inpatiens est tenendi; quo diutius traxerit, eo amplius inpeditur.

2 cf. Matth. 3, 11 6 cf. Ambros. de bono mortis 6, 24. de paenit. I 14, 73 8*Matth. 5, 28 13 cf. Matth. 25, 33 14*Ps. 15, 8 18*Ioh. 21, 6 23 cf. Esai. 5, 18

1 est *om.O* 7 delinquid *M* iustitia *AR* 8 concupiscendam *N* 11 nec] non *Oa* 13 aedi *AR* edi *M* qui *om.a* dextera *Oa* 14 praeuidebam *Pm2* 16 est mihi *GMNOav* 18 mittite *Na* 19 nauigii retia *v* 21 diuturna *OR* claritudo fulgebat diurna *Nav* 22 aeque] ea quae *GPR*, *om.O* referunt *G* 23 uitulae] *add.* ita peccatores *Tm2a* 24 dirumpentes *NOav* abscindentes *ORav* 26 loram *NPm1Tm1* lorum *Pm2Tm2* tenendi] *add.* et *Av* 27 traxerat *Rm1*

6. Oculus quoque generationis aut fons generationis dicitur,
quia ex oculi conspectu aut bona aut aduersa generantur. uidisti
mulieris pulchritudinem, laudasti artificis opus, uenustatem na-
turae: generatio fidei, deuotionis est partus. contentus fuisti formae
decore, non census ambitione sumpsisti in uxorem, genuit filios
2 liberalioris gratiae: oculus tibi fuit generatio prosperorum. con-
templatus es sacram puellam, pressit oculos tuos augustae reueren-
tia castitatis, praedicasti dominum Iesum, qui senilem dedisset in
adulescentula aetate grauitatem inmaculatamque uitam inter in-
firmas tam lubricae huius carnis inlecebras humanis infudisset affec-
3 tibus: oculus tibi factus fons bonorum est. uidisti possessiones
pupillorum non ad inuadendum, sed ad tuendum et paternis in-
gemuisti uisceribus, si quid aduertisti de minoris commodis esse
neglectum, reppulisti eum qui fines eius uolebat inuadere, iudicasti
4 pupillo: oculus tuus fons tibi fuit et origo iustitiae. iudicasti uiduae
— sicut enim mala dragma non dragma, sic malum iudicium non
utique iudicium —, iudicasti ergo sicut iustus et bonus iudex, uidisti
usurpatorem inprobum, qui maritali auxilio destitutam suam prae-
dam putaret, iniquitatem non passus es, tulisti indefensae opem,
quo adiuta praesidio inoffensa opera castitatis exercuit nec auxilium
quaerere maritale conpulsa est. dicit tibi dominus: 'uenite,
disputemus, quia iustificasti uiduam': oculus tuus fons gra-
5 tiae tibi factus est. uidisti nudum corpus inopis iacere defuncti, non
praeteristi ut ille qui exponitur in euangelio sacerdos atque leuita,
sed continuo miseratus sepulturae solaciis tradidisti: generauit
tibi oculus materiam redemptionis.

7. Contra si aspiciens agrum pupilli uineis consitum, laetum segetibus, nemoribus umbrosis aut fluuiis decurrentibus aut fon-

9 cf. Sap. 4, 9  14 cf. Ps. 9, 39 (10, 18). Esai. 1, 17  18 cf. Esai. 10, 2  21 *Esai. 1, 18  22 cf. Esai. 1, 17  24 cf. Luc. 10, 31—32

2 oculorum *AORv*  4 contemptus *O*  5 accensus *Mm2*  6 liberioris *ex* liberi *Gm2*, *ex* liberalioris *O*  7 angustae *ANOPm1Ra*  9 adolescentula *GNOPRav*  10 huius *om. a*  11 oculus tibi factus *om. GMNOPav*  factus *om. R*  12 populorum *GPm1R*  13 auertisti *T*  14 repulisti *GNOav*  16 drachma (*bis*) *v*  *pr.* non] *add.* est *Mm2Na*  17 bonus et iustus *O*  uidisti] *add.* ergo *O*  19 attulisti *a*  21 tibi *om. MN*  22 iustificastis *MN*  iudicasti *Oav*  tuus *om. AR*  25 sepulturae] *add.* te *a*  solatiis *AGMNPm2av*  27 aspexisti *O*  laetum] uel *O*  28 umbrosus *Mm1*

tibus scaturrientibus aut riparum herbosis amoenum toris, et auaritiae facibus accensus transtulisti patrum limites atque in possessionem indefensam inprobus inruisti, oculus tuus tibi mortis perpetuae acerba generauit. uicinae uiduae iura temerasti, coegisti eam, 2 quae aut dolorem suum aut pudorem secretis clausa parietibus fouere deberet, prosilire in publicum, inuerecundius quam iniustius litigare: oculus tuus partus iniquitatis est factus. uidisti inopem superbo oculo et insatiabili corde, despexisti precem pauperis et, quem miserari debueras, cum fastidio praeteristi: oculus tuus fons tibi fuit et origo peccati.

8. Ideoque oculi tui non lupi oculi sint et insidiantes ad praedam, sed, sicut sponsae dicitur: oculi tui stagna in Esebon, in portis filiae multorum. nares tuae sicut turris Libani. stagna in Esebon quid est nisi in cogitationibus rationabilibus abundantia, quae est in portis ecclesiae, cui merito defertur multitudo doctrinae? filia enim multorum, plu- 2 rimarum doctrinarum posteritas et fetus est, cuius nares odor est sacrificiorum floribus omnibus praestans. quid enim Christi odore sublimius, qui adolebat terris fragrantiam? oculus ergo iste prouideat quae futura sunt et, si aduersa inminere praeuiderit, fletu lacrimisque emollire ac mitigare non desinat.

9. Ideo Hieremias in captiuitate gentis Iudaeae positus futuram praeuidens perpetuae captiuitatis aerumnam, quam perfidiae pretio Iudaeorum populus habebat exsoluere, dicebat in Threnis sub hac eadem littera: in hoc ego fleo. oculi mei caligauerunt a fletu, quia elongauit a me qui me con-

1 *riparum—toris*] cf. Uerg. Aen. 6, 674  12*Cant. 7, 4  25*Thren. 1, 15—16

1 scaturientibus *AGMNOav*  riparарum *Pm1*  erbosis *M*  thoris *GMNOav*  4 acerua *P*  5 pudorem] *add.* suum *O*  6 prosilere *Pm1*  8 insatiabile *Rm1*  dixpexisti *NPm2*  preces *O*  9 miserari *NOPm2* misereri *cet. av*  11 insidiantis *NOPRv*  12 sponso *GOR*  14 turres *GMm1Rm1*  stagnum *A* stagnae *G*  15 rationalibus *O*  16 filie *A*  17 posteritatis *A*  et fetus] effectus *AMNRa* effecta *GOv*  naris *a*  odor est] odorem *AOR*  18 praestantius *MNTa* praestant *O*  19 abolebit *GMN* abolebat *ORv* aboleuit *a*  terrarum *GMN*  turis *O* thuris *av*  fraglantiam *AP* flagrantiam *GMNORv*  20 prouiderit *GMR*  21 ac *ARm1*  25 ergo *Gm2NOPR*  fleo] fletu *AOR*, *om. N*

2 solabatur. non igitur abductum se esse de terris suis dolebat,
sed a Christo populum relinquendum consolationemque futurae
uitae cernebat amissam. haec est dolenda captiuitas, quae aeternae
spe libertatis priuata uidebatur. alio quoque loco sub hac eadem
littera repetiuit in Threnis dicens: dominus quae cogitauit consummauit, uerbum suum quod mandauit a diebus antiquis; destruxit et non
pepercit et laetificauit super te inimicum
3 et exaltauit cornu tribulantis te. nonne euidenter
futurum iudicium Christi adnuntiatur, sicut in psalmo quoque praesenti declarari certum est? oculus ergo praeuideat quae uentura sunt et ea aut profusione lacrimarum aut erroris correctione detorqueat. denique Hieremias flebat, quia malam causam impiae plebis suspiceret, quae perfidiae pertinacia proprium negabat auctorem.

10. Dauid autem prophetico spiritu iudicium praeuidens Christi, in quo nemo innocens periclitabitur, nemo sceleratus eludet, bona fretus conscientia dicit: *feci iudicium et iustitiam, ne tradas me nocentibus me.* non quasi gloriosus insolens ipse se laudat, cum utique peritus legis alterius potius quam proprio ore unumquemque laudandum esse non
2 ignoraret. non, inquam, praedicatarum iactantia est hic ulla
uirtutum, sed uitae innocentis adsertio iure praesumpta, ne dignus aestimaretur qui propter grauia peccata relinqueretur a domino et traderetur nocentium potestati. defensio est igitur, non adrogantia, quando non excellentia aliqua honoris adsumitur, sed
3 formidabilis propulsatur aerumna. denique Petrus hoc genere

5 *Thren. 2, 17 18 *Ps. 118, 121 20 cf. Prou. 27, 2

2 a Christo] christi *O* 3 est] *add.* uere *av* 4 spei *AGMNOab* libertate *AGNOPRab* ac *ARm1* 11 futura *a* 12 *pr.* aut *om.O* terroris *PRa* 14 suspexerat *ARm2* suspicerat *Pm1Rm1* susceperat *Oav* perfidia *NT* pertinaci *NPT* actorem *O* 16 dauit *M* 17 periclitatur *O* 18 eludit *a* dicit] *add.* I *AGNR* feci] ecce *MRμ* 19 ne] non *O* 20 gloriosus] *add.* et *O* ac (!) *v* se ipse *av* 21 potius] magis *AGOav* 22 praedicaturum *Pm1Rm1* praedicatoris *GMNa* 24 a domino relinqueretur *Nav* 25 et] ut *Pm2* nocentium potestati traderetur *Nav* igitur est *O* 26 exellentia *P* sed] et *a* 27 aerumna pulsatur (propulsatur *av*) *NTav*

defensionis utitur dicens: ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te; quid ergo erit nobis? in quo si dicti adrogantis decolor aliqui ausus fuisset, non tantum gratiae de domini saluatoris sententia retulisset, ut non solum minime subdendus ipse iudicio, sed etiam iudicaturus de aliorum meritis ipse nuntiaretur. neque enim in iudicio, si quis innocentiae suae tuendae gratia quid fecisset aperiret, ad iactantiam potius quam ad defensionem causae dictum aestimaretur. aliud est dignum se praemio dicere, aliud indignum iniuria.

11. Et tamen ille ipse philosophiae summus, ut aiunt, magister cum accusaretur, interrogatus qua tandem poena se dignum putaret, respondisse fertur, ut in prytaneo publico cotidie conuiuio susciperetur. ille honorem usurpauit, hic praecauit aerumnam; ille adrogauit gloriam, hic seruauit humilitatem. nam quae maior esse humilitas potest quam ut conscius sibi iudicii et iustitiae reseruatae tradi potestati diaboli uereretur? hominem se esse cognouit, inpar 2
sibi bellum aduersum spiritalia nequitiae in caelestibus. raptum esse Enoch nouit, ne malitia mutaret cor eius, Noe inebriatum, Loth incestatum, sacerdotum primum ipsum Aaron cum Maria sorore temptatum, leprae maculis aspersam Mariam primum, post absolutam, Moysen paene internecatum, nisi circumcisione filii et eiusmodi sanguinis fusione Sephora mulier eius omne ab eo

1 Matth. 19, 27 5 cf. Matth. 19, 28 12 cf. Plat. Apol. cap. 26. Cic. De or. I 54, 232 17 cf. Eph. 6. 12 cf. Sap. 4, 11 18 cf. Gen. 9, 21 19 cf. Gen. 19, 33. 35 cf. Num. 12 21 cf. Ex. 4, 24—25

1 relinquimus *Rm1* 3 adrogandis *AR* aliqui ausus *scripsi* aliquid usus *AOPR* aliquis naeuus *GMNav* 7 quid] quod *M* aperiret *om. O* 8 se dignum *O* 9 aliut *Pm1* iniuriae *O* 10 ille *om. O* 11 dignum se *O* 12 in *om. GM* pitaneo *GMa*, *add. Pmg.*: Aliter pireo. Nomen loci ubi conuentus erat iuuenum siue ad ludos siue ad iudicandas causas uel etiam ad commessationem. TER̄. Miror quid ex pireo abierit. nam ibi custos publice est nunc (*Terent. Eun. 290*) quottidie *P* 13 praecabuit *A* precatus est *Tm2a* aerumnam praecauit *N* aerumna *G* 14 gloriam adrogauit *MNav* humilitatem seruauit *Nav* 15 seruatae *M* 16 potestate *Am1GMR* uereatur *MNPa* 17 aduersus *O* spiritalia *om. N* 18 nouit esse enoch *O* nouit Enoch esse *v* nouit *om. AGMNPm1Ta* nohe *P* 19 Lot *Rv* sacerdotem *GMOPav* primum *om. MO* 20 primo *AO* primam *Pm1*, *add.* et *O* 21 ablutam *O* internecatum] in itinere captum *Rm2* 22 effusione *AMm2* seffora *AGMOPR*

periculum depulisset. his igitur commonitus exemplis nequaquam se fortitudini suae credit, sed cauta humilitas diuinum sibi precando adsciscit auxilium, petens ne tradatur nocentibus.

12. Scit enim auctorem esse principem mundi omnium delictorum. ipse indiuiduos proximorum irarum stimulis excitatos scindit affectus, ipse flammam accendit libidinis, ipse adolet auaritiae cupiditates, ut quo plus rapuerimus amplius requiramus, ipse suggerit et ministrat fomenta luxuriae, ipse odio exasperat
2 et inmodicae studio ambitionis inflammat. quod uitium blandum in exordio, saeuum in processu nec fraternae potuit germanitatis contemplatione reuocari: dum dolet sibi gratiae caelestis ambitor fratrem esse praelatum, de sacrificio processit ad parricidium. auctorem igitur incontinentiae diabolum esse apostolus docet: ne temptet uos satanas propter incontinentiam
3 uestram. incentorem quoque auaritiae ipsum esse legimus dicente Paulo: qui uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et laqueum diaboli, et alibi: mortificate ergo membra uestra quae sunt super terram, fornicationem, inmunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et auaritiam quae est idolatria. in his enim diaboli uoluntatem facimus et exsequimur potestatem, qui per carnis istius desideria incentiuum suae fraudis operatur.

13. Quemcumque ergo in uitiorum suorum possessione reppererit, tamquam obnoxium suo iuri uindicabit. adulterium quis facit, luxuriam exercet, aliena diripit: portio diaboli est. pudicus autem et continens et misericors Christi portio est. Christi ergo seruum sibi non potest uindicare, nisi forte lapsum in uitia depre-

4 cf. Ioh. 12, 31. Eph. 2, 2  10 cf. Gen. 4, 3 sqq.  13 I Cor. 7, 5  16*I Tim. 6, 9  18*Col. 3, 5

2 humilitate *O*  predicando *M*  5 excitatis *MNTa*  6 flamma *A*  8 luxoriae *ARm1*  odia *AMav*  9 studium *Ov* studia *a*  10 processu nec] processum in *M*  germanitatis potuit *av*  12 de] dum de *AR*  14 uos] *add.* inquiens *Ta*  sathanas *Oa, om.* μ  continentiam *A*  16 Paulo dicente *O*  17 *pr.* et] *add.* in *Aav*  18 igitur *Na*  21 idololatria *Mv*  24 repperit *NP* reperit *O*
*def. A* 25 uindicabit—*p. 361, 20* iustitiae tuae *desunt in A*  uindicat *ORv*  quisquis *Mm2* qui *a*  26 luxoriam *Rm1*  28 illapsum *Ov*  deprehendit *a*

henderit. ne tum quidem uindicat, sed tamquam suum sibi tradi
postulat. ideo ergo dicit Dauid: feci iudicium et iu- 2
stitiam, non ut adroget, sed excuset, ne quasi peccator de-
seratur a Christo. exemplo sit nobis apostolica lectio, quam ob rem
unusquisque tradatur. illum enim qui uxorem patris habuit, quia
sic operatus est, tradidit satanae, ut dicit, apostolus. non ergo
esset traditus, nisi diaboli opera fecisset. unde non inmerito recusat 3
propheta nocentibus tradi, qui allegat non diaboli opera se fecisse,
sed Christi. Christus enim dicit: iudicate pupillo et
iustificate uiduam. hoc est ergo feci iudicium
et iustitiam: in iudicio non contempsi pauperem, non oppressi
uiduam, personam diuitis non recepi, in omnibus operibus iustitiam
reseruaui.

14. Iudicii finis iustitia est; in altero ueritatis custodia, in
altero fructus est aequitatis, utraque tamen non priuata uirtus,
sed publica. nam inmaculatum corpus a uirili permixtione seruare
et palmam castimoniae limoso in corpore usque ad angelorum
conuersationem custodia integritatis euehere utilitas priuata,
laus publica est. frugi esse ac modestum et sobriae parcitatis
tenere mensuram probatur a pluribus, sed sibi soli proficit. for- 2
titudo in proeliis eminet, in otio friget, cuius opus in tempore neces-
sarium, in uoto aduersum; malunt enim homines non pugnare quam
uincere. sola iustitia est, quae omnibus temporibus aliis potius
nata quam sibi cotidiano usu et fructu publico, suo damno alienas
custodit utilitates, quae nihil habeat utilitatis et plurimum laudis.
hanc igitur propheta praetendit ad sui meriti commendationem 3
dicens: feci iudicium et iustitiam, ne tradas
me nocentibus me. ubi iustitia, ibi misericordia; miseri-
cordia a peccato liberat: quomodo ergo peccatoribus trador?

2.10 Ps. 118, 121 5 cf. I Cor. 5, 4—5 9*Esai. 1, 17 27*Ps. 118, 121
28 cf. Tob. 12, 9

*def. A* 1 nec *Gm2MNOPav* tunc *Mv* hunc *O* dum *P* quidam *R* 3 sed] *add.* ut *Rm2* 6 sic] ita *Mm2* tradidi *Ov* sathanae *OPm2a* ut *om.NTav* dicit *om.NTa* 7 opera fecisset diaboli *av* 8 quia *OR* alligat *NPm1*, *add. in mg.* aliter dicit *Pm2* dicit *OR*, *add.* se *O* se *om.O* 9 popillo *Rm1* 11 obpressi *R* 13 seruaui *MNa* 19 et] ac *O* 20 a pluribus probatur *R* soli sibi *N* 25 nil *R* 27 ne] non *O* 28 ibi] ubi *Mm2N*

simile illud in Canticis: *exui tunicam meam, quomodo induam eam? laui pedes meos, quomodo inquinabo eos?* exui tunicam peccatoris uelamenque terreni, cur quasi peccator atque terrenus adiudicor? laui pedes meos, ne qua delicti sors posset adhaerere uestigio, cur das in me delinquentibus potestatem?

15. Sequitur uersus secundus: *suscipe seruum tuum in bono, non calumnientur me superbi.* quasi
iudicii et iustitiae conscius auctoritate prophetica progreditur,
ut seruum domini se dicere non reformidet; seruus enim domini
nihil debet alienis. pretiosa haec seruitus quae uirtutum constat
expensis. cur autem timet nocentibus tradi, aperit euidenter: quia
calumniatores sunt qui oderint ueritatem, inpugnent innocentiam,
2 quia superbi sunt. qualis enim aduersum seruulos dei potest superbus esse, qui aduersus deum se exaltat et dicit: *in caelum ascendam, super sidera caeli ponam sedem meam, sedebo in monte excelso super montes altos qui sunt ab aquilone, ascendam super nubes et ero similis altissimo?* quid mirum igitur,
si grauare homines possit, qui peruicaci spiritu nec deo cedit?
3 quomodo mensuram ueritatis et fidem in hominem reseruabit, qui sacrilego inpudentique mendacio omnipotenti se domino adaequandum esse promittit? quomodo calumniatur singulis, *qui totam inritauit terram, concussit reges, posuit uniuersum orbem desertum et ciuitates destruxit, eos qui in abductione erant non soluit?*

16. Caueamus ergo, ne muros animae nostrae destruat, ne propugnacula nostrae mentis diruat, ne super sidera thronum

1*Cant. 5,3    7*Ps. 118, 122    15*Esai. 14, 13—14    23*Esai. 14, 16—17

*def. A*    3.5 quur *P*    5 in me das *OR*    7 Sequitur—secundus *om. a*    II uersus *ante* Sequitur *Rm2*    uersus *om. NOPRv*    secundus] II *GNP*, *om. MORv*    9 iustitiae] *add.* sibi *MNa*    proditur *P*    11 haec] est haec *GM* haec est *v*    12 timeat *a*    aperte uidenter (*sic*) *Gm2Rm1* aperte uidetur *Rm2*    uidetur *O*    13 oderunt *et* inpugnant *Rm2*    14 quia] qui *b*    *pr.* aduersus *O*    esse superbus qui aduersum *O*    19 igitur mirum *av*    igitur *om. O*    20 potest *a*    21 homine *Pa*    seruabit *a*    22 sacrilegio *MR*    inprudentique *M*    23 quomodo] *add.* non *ab*    kalumniatur *P* (*item infra per* k)    singulos *GMNTa*

suum ponat. ponit super sidera, quando electum decipit, quando
iustum circumuenit, cuius opera lucent sicut stellae in caelo. nonne
et Iudas proditor inter ceteros audiebat: uos estis lux
huius mundi? nonne diabolus lumen eius extinxit? quin 2
etiam quos non potuerit circumuenire calumniatur, inuidens regni
caelestis gloriam, ut, quos inlecebris suis a Christo non potuit
separare, eos calumniis suis debiti honoris fructu fraudare conetur.
fugiamus ergo malos calumniatores, qui peccatum operantur in
nobis et ipsi nobis calumnias infestissima accusatione conponunt,
id quod ipsi fecerint arguentes. ecce manus domini parata est, quae
te fugientem ab aduersariis tueatur ac protegat. Pharao te in patri- 3
bus tenebat superbus inmitis. fugisti ab eo, suscepit te manus
domini et de periculis liberauit. non dimisisset te Pharao, nisi tu
ad dominum refugisses. dicebat Pharao: dominum nescio
et Israel non dimitto. uides quam superbus. merito
ergo susceptus in bono est qui malum fugit. non patitur ergo deus
in malo nos esse, suscipit in bono nec patitur suos calumniis
subiacere.

17. *Oculi mei defecerunt in salutare tuum
et in eloquium iustitiae tuae.* qui sint isti oculi con-
sidera, qui in Christum deficiunt, dum eius praestolantur aduentum:
animae uidelicet oculi, non corporis, tota fidei intentione defixi;
in eo enim quem diligimus totis oculis occupamur nec quicquam
aliud uidere delectat. non potest hoc dicere nisi qui a mundanis
sollicitudinibus et saecularibus uoluptatibus intentionem omnem
suae mentis auertit. nam quomodo hoc dicit qui theatralibus ludi- 2
briis occupatur? sed ille hoc dicit, qui supra dixit: auerte
oculos meos, ne uideant uanitatem. qui autem

3*Matth. 5, 14  14*Ex. 5, 2  19 Ps. 118, 123  27 Ps. 118, 37

*def. A*  1 suum *om. N*  super sydera ponit *M*  2 opere *Gm1*  eluceant *NP* elucent *RTa*  4 huius *om. Pa*  nomen *Mm3NOT*  extinexit *M*  quin] qui *O*  8 in *om. OPRm1*  10 operata *O*  11 farao *MR*  tenebat superbus in patribus *a*  13 te *om. GMNPa*  farao (*bis*) *GMR* pharaho *P*  14 deum *O* confugisses *av*  15 et *om. GMOPR*  israhel *PR*  17 nos *om. O*  19 *praemittunt* III *GNPR*  20 qui sint] *pergit A*  sunt *a*  22 intentione] *add.* in deum *Pm2*  dixi *Pm1*  23 ne *Rm1*  quidquam *R*  26 auertat *Pm1* 28 meos *om. AMOμ*

sunt oculi, qui deficiunt in eloquium dei, nisi oculi hominis interioris obtutusque animae, qui tenduntur, ut uideant dei uerbum, et nimia intentione et expectatione deficiunt in salutare dei, defectum sui patientes, ut adsumant quod uerbi est?

18. Et quia 'eloquium dei' plerosque mouere potest, ideo
addidit: eloquium iustitiae, ut mouere non debeat.
mouere autem poterat, quia scriptum est: maior seruiet
minori — nam nisi ad mysterium accipias, naturae iniuria
est — et: dedi uobis praecepta non bona — ergo
deus mala dat praecepta? — et: ego dominus creans
2 mala. sed et de praeceptis sic soluitur, quia infirmibus non debuit
dare perfecta praecepta quae sustinere non possent. quando
audiret Iudaeus: dimitte omnia tua et sequere me?
quando audiret Iudaeus: qui non tulerit crucem suam
et secutus me fuerit, non est me dignus? sed
3 haec perfectiora praecepta euangelio reseruata sunt. et mala non
creauit deus, sed haec quae nobis uidentur austera, uerbera, mors
et huiusmodi alia, quae propter emendationem praescripta sunt
noxiorum; iustis enim lex non est posita, sed iniustis. nam si noxii
nihil timerent, innocentes semper timerent.

19. Qui sunt igitur oculi isti qui deficiunt in salutare dei?
diximus oculum suppliciorum esse, qui praeuidens futura supplicia
peccatorum gerendam adnuntiet paenitentiam. demonstrauit hunc
oculum Baptista Iohannes dicens: generatio uiperarum,
quis ostendit uobis fugere ab ira uentura?
2 facite ergo fructus dignos paenitentiae. ad
Iohannis baptismum ueniebat qui habebat oculum suppliciorum,
ad Christi autem baptismum uenit qui uidet gratiam; hic

6 Ps. 118, 123 7 Gen. 25, 23 9*Ezech. 20, 25 10*Esai. 45, 7 13*Matth. 19, 21 14*Matth. 10, 38 19 cf. I Tim. 1, 9 22 cap. 1—2. 8—9 24*Luc. 3, 7—8

1 *pr.* oculi *om.NO* hominis *om.O* interioris hominis *av* 2 uerbum dei *O* 4 patientis *Rm1* 5 dei *om.O* mouere] *add.* non *N* 8 ministerium *M* 10 deus] dominus *AOR* 11 qui *R* infirmioribus *GM* infirmis *NOPRm2av* dare debuit *Gv* 12 perfecta praecepta dare *O* possunt *AO*, *add.* quod si non faceret *Tm2a* 15 fuerit me *N* 16 perfectionis *GM* 17 uidentur nobis *av* 18 alia *om.O* 19 non est lex *Aav* 20 *pr.* temerent *A* tenerent *N* *alt.* pertimerent *MNT* pertimescerent *a* 21 isti oculi *av* 24 locum *NT* 25 nobis ostendit *N* 27 Iohannis] *add.* enim *O* baptismum enim (*om. a*) Iohannis *av* impiorum *MN*

enim oculus est, quem dominicae passionis umbra tuetur et protegit. aliud ergo Aenon, aliud Ain: in Aenon baptizatur conscius grauium delictorum, qui autem purum oculum habet gratiam suscipit spiritalem. et inperfectae fortasse 3 animae oculus suppliciorum est, perfectae autem oculus gratiarum est purior atque sincerior, qui significatur hac littera, ad quam iusti forma dirigitur, quia inperfecta peccati tantummodo iudicium declinare desiderat, perfecta uero meritum regni caelestis adquirere. praesumimus tamen, eo quod utrumque oculum una anima habeat, et oculum suppliciorum et oculum gratiae, laeuum oculum suppliciorum, dextrum gratiae, quia non a primo homines possunt esse perfecti, sed per processum uirtutis ascendunt. ante igitur unaquaeque anima quasi ad baptismum Iohannis uenit, 4 ut praemittat paenitentiam delictorum, et in processu paulatim, ubi sua peccata defleuerit, spiritali abluta baptismate Christi accipit sacramentum. unde uidetur et in Canticis canticorum ecclesia praedicari, cui dicitur: c o r n o s t r u m c e p i s t i, s o r o r m e a s p o n s a, c o r n o s t r u m c e p i s t i u n o a b o c u l i s t u i s, ut iste oculus gratiae sit, qui Christi sibi pleniorem adquisiuerit caritatem.

20. Plerique tamen hoc loco accipiunt duos oculos ecclesiae, unum qui mystica uideat, alterum qui moralia, eo quod sancta ecclesia non solum moralium teneat disciplinam, sed etiam caelestis doceat secreta mysterii. unde dictum est de ea: o c u l i t u i s i c u t c o l u m b a e e x t r a t a c i t u r n i t a t e m t u a m. quod et spiritaliter uideat et nouerit tempus tacendi esse et tempus loquendi, ut in tempore sermonem suum proferat, ne inportunitate loquendi peccatum possit incurrere.

21. Habe ergo oculos columbae ad similitudinem Christi, quia

2 cf. Ioh. 3, 23 17*Cant. 4, 9 24*Cant. 4, 1 26 cf. Eccle. 3, 7

1 est enim oculus *O* 2 aennon (*bis*) *Pm2* Ennon (*bis*) *Oav* aim *O* eyn *a* 5 perfecte *a* 6 sincerio *A* haec *A* ha *Rm2 in ras.* 9 praemisimus *GM* presumamus *O* eo *om. GMNOPav* 11 dexterum *v* a *eras. R* 12 homine *O* 15 peccata sua *av* accepit *ORm1* 17 *utrumque* nostrum] meum *MNa* soror mea *om. O* 18 cor nostrum cepisti *om. O* 19 adquisierit *O* 22 uidet *GMNPRa* 26 *pr.* et *om. T* 27 infortunitate *R* 29 habet *AMOv* quia] *add.* et *Oav*

de ipso lectum est: *oculi tui sicut columbae super
abundantiam aquarum lotae in lacte, seden-
tes super plenitudinem.* baptizat in lacte dominus, id
est in sinceritate, et isti sunt qui uere baptizantur in lacte, qui
sine dolo credunt et puram fidem deferunt, inmaculatam induunt
2 gratiam. ideo candida sponsa ascendit ad Christum, quia in lacte
baptizata est. ideo mirantur eam uirtutes dicentes: *quae est
haec quae ascendit dealbata?* ante paululum dicebat:
*nigra sum,* nunc dealbata cernitur et ascendit ad caelum et
innixa dei uerbo alta iam penetrat. nec inmerito illic aquarum
abundantia, ubi Christus, ut mens humana repleri cupiat. has
sitit aquas ceruus, quas cum biberit sitire non possit. has aquas
sitit propheta, cum dicit: *sitiuit in te anima mea.*
3 sedet ergo Christus super abundantiam aquarum et super plenitu-
dinem, et ideo qui baptizatur in lacte dicit: *et nos omnes
de plenitudine eius accepimus.* unde et oculus
suppliciorum non alienus est ab ecclesia, quia, etsi baptizabat
Iohannes in Aenon, baptizabat iuxta Salim, ubi erat aquarum
abundantia et duodecim fontes et septuaginta palmarum arbores.

22. Hos fontes habet ecclesia, hoc est in ueteri testamento
duodecim patriarchas, in nouo duodecim apostolos. ideoque dictum
est: *in ecclesia benedicamus dominum deum
de fontibus Israel.* his fontibus ante perfunditur qui-
cumque mysteria sacrosancta consequitur; isti enim fontes ex
aeterno fonte manantes toto orbe fluxerunt. ubi isti fontes, ibi
2 ascensio animarum. denique Salim interpretati sunt 'ipsum ascen-
dentem'; ille enim uere ascendit qui propria peccata deponit.

1*Cant. 5, 12 7*Cant. 8, 5 9 Cant. 1, 5 (4) 12 cf. Ps. 41, 2 13*Ps. 41, 3 15*Ioh. 1, 16 17 cf. Ioh. 3, 23 18 cf. Ex. 15, 27 (*legebat Σαλείμ pro Αἰλείμ*) 22*Ps. 67, 27

2 sedentis *AGNOPRm1av* 5 deferunt] *add.* ut *v* induant *v*, *om. O* 7 uirtutes] *add.* et potestates *Ov* 8 haec] ista *O* 11 ut] unde *NTa* 12 poterit *GM* aquas has *O* 13 sitit] sitiuit *v* dixit *Mv* sitiuit] sitit *GMm1* 14 sedit *AR* 15 et ideo—dicit *MNOv* unde *APRTa*, *om. G* 18 enom *O* Ennon *av* saalim *Pa* erat *om. O* 19 *pr.* et *om. GMm1v* 20 testamento *om. M* 21 patriarchas] *add.* et *ANOv* 22 in ecclesiis benedicite *O* deum *om. GMNPRa* 23 israhel *P* quicumque] *add.* Christi *Ov* 26 saalim *a*

hoc igitur uerbo purificatoriae sanctificationis usus exprimitur. unde bene etiam in Canticis Christus dicit ad ecclesiam: dentes tui sicut grex tonsarum quae ascenderunt a lauacro, quae omnes geminos creant et infecunda non est in eis. quod specie tenus de capris dicitur, mystice autem de ecclesiae grege.

23. Nec uilia tibi ista uideantur animalia. denique audi, quae de his sanctus loquatur spiritus: capillamentum tuum ut grex tonsarum quae reuelatae sunt a monte Galaad. dentes tui ut grex tonsarum quae ascenderunt de lauacro. uides quod in altis grex iste pascitur, audis in monte. itaque ubi aliis praecipitia, ibi capris nullum periculum, ubi aliis periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior. spectantur a pastoribus suis 2
dumosa de rupe pendentes, ubi luporum incursus esse non possunt, ubi fecundae arbores fructum integrum subministrant. cernere licet uberi lacte distentas super teneram subolem materna pietate sollicitas. ideo elegit eas sanctus spiritus quibus coetum uenerabilis ecclesiae conpararet.

24. Et ut mystice audias, capillamentum uerbi est altitudo et eminentia quaedam iustarum animarum, quoniam sensus sapientis in capite eius; in altitudine enim cogitationis humanae certum est esse sapientiam. et quemadmodum tondentur caprae, ut superflua deponant, ita etiam tonsarum animarum gregem, hoc est multarum animarum uirtutes habet sancta ecclesia, in quo grege nihil possis insensibile repperire, nihil superfluum, quoniam fides sapientes fecit, spiritalis autem gratia ab omni superfluorum labe mundauit.

2 *Cant. 4, 2    8 *Cant. 4, 1—2    15 cf. Uerg. Ecl. 1, 76    17 cf. Uerg. Ecl. 4, 21 sq.    21 cf. Eccle. 2, 14

2 etiam bene *av*    4 gemellinos *T* gemellos *v*    5 tenus *om. NTa*    capreis *Pm2*    7 uideantur (uideatur *N*) ista *NPav*    animalia uideantur *O*    8 loquitur sanctus *O*    loquitur *v*    10 galaath *P*    12 audisti *GMTa* audi *N* audax *v*    montem *GNTa*    capreis *Pm2*    14 expectantur *AR*    15 ibi *Av*    possint *APR*    16 ibi *AGNOPRav*    17 ubera—distenta *A*    tenerem *O*    sobolem *GMORm1av*    18 spiritus sanctus *NORav*    coitum *AR*    19 comparasset *O*    22 cogitationes *Mm1*    23 est *om. Pm1*    tonduntur *AN* tundentur *Rm1*    ut] et *Am1*    26 reperire *MNOPav*    sapientis *Om1*

25. Merito igitur reuelatae sunt animae iustorum et reuelatae
a monte Galaad, hoc est a transmigratione testimonii, eo quod a
synagoga ad ecclesiam testimonium caeleste migrauit. in hoc itaque
monte nascitur thymiama, resina et ceteri odores, quos negotiatores
illi Ismahelitae, ut habes in primo libro testamenti ueteris, defere-
2 bant. hos odores habet ecclesia, quos mercatores ex gentibus
congregati fide et deuotione uexerunt. itaque sicut caprae bonis
refectae cibis et solis calore uernantes lauantur in flumine et exul-
tantes mundae surgunt de flumine, ita animae iustorum ascendunt
ab spiritali lauacro.

26. Istae sunt uere quae geminos creant, in quibus non est infecunditas aliqua uirtutum, sterilitas ulla meritorum. bene geminos creant, quia congeminant sensus suos. unde habes in Prouerbiis scriptum: et tu scribe haec tibi tripliciter in consilio et cognitione. triplicem praemisit scriptionem et duo subdidit, consilium et cognitionem; sed cognitio gemina est, una incorporalium, altera corporalium.

27. Diximus de fecunditate, dicamus de dentibus. nam et
nauigantes plerique et properantes itinere terreno ubi uiderint
speciosum aliquem locum, delectationis gratia demorantur, pascunt
oculos animumque ableuant nec mora ulla commeandi putatur,
sed gratia; ita et nobis pulcherrimos dentes iustarum animarum
2 considerare cordi est. docuit enim scriptura pulcherrimos dentes
esse iustorum, dicens secundum litteram quidem de patriarcha
Iuda, spiritaliter autem de Christo: hilares oculi eius
a uino et dentes sicut lac. in quo non utique carnis
humanae officia, sed diuinae gratiae munera praedicauit. docet
igitur exemplum dentes non esse praetereundos, ubi de oculis
dixerimus.

28. Qui sunt igitur iustarum dentes animarum nisi qui informem ac durum accipientes cibum uel frigidum plerumque uel

3 cf. Hier. 8, 22. Gen. 37, 25  14*Prou. 22, 20  25*Gen. 49, 12

1 ergo *Om1*  sanctorum *O*  2 galaath *P*  5 hismahelitae *OP* hismaelitae *a*  9 mundo *G*  resurgunt *v*  12 ulla] aliqua *O*  15 et] in *Na*, *add.* in *μ*  19 uiderunt *T*  21 ableuant *Pm2* abluunt *ARm2* alleuant *GMNOPm1av* abluelant *Rm1*  22 pulcherrimas *Rm1*  23 corde *Rm1*  26 qua *O*  27 officia humanae *O*  munere *Rm1*  31 ac] et *O*

supra modum calentem nunc comminuunt, nunc fouent, nunc temperant, prout qualitas fuerit alimentorum? dura comminuunt, ne asperitas litterae in ueteri testamento et saecularis intellectus rigor, nisi fuerit spiritali dente resolutus, uitalia ipsa interclusis ciborum salutarium meatibus et gulam quandam animae incuriosa edacitate suffocet. par est igitur ut diuidas primum, si solida tibi 2
uidetur esca quae sumitur, et distinguas eam atque emollitam sine noxa aliqua animae in omnia eius membra naturali diuisione transfundas, ut uitalem sucum omne eius corpus epuletur. nihil cadauerosum, nihil mortuum ore tuo sumas, ne dicatur: sepulchrum patens est guttur eorum, sed uiuum haurias uerbum, ut in tuae mentis uisceribus possit operari.

29. Hi dentes super lac candidiores, quia dentes iustorum sunt. denique cum omnes in Moyse baptizati in nube et in mari patres nostri fuerint, non otiose tamen scriptum est, quia omnes eandem escam spiritalem manducauerunt et omnes eundem potum spiritalem biberunt, ut istis sanctorum dentibus maior quidam fulgor accederet, quos post transitum Maris Rubri Myrrae fontis amaritudine per ligni gratiam temperata cognoscimus esse mundatos, deinde duodecim fontium potu, postremo petrae spiritalem undam uomentis inriguo; petra enim erat Christus. ideo et manna manducauerunt, 2
ut totiens abluti manducarent panem, ut scriptum est, angelorum. nunc quoque in euangelii mysteriis recognoscis, quia baptizatus licet toto corpore postea tamen esca spiritali potuque mundaris.

30. Merito ergo Dauid, et oculos interiores purificatus et dentes, tamquam inluminatos spiritalium dentium candore sermones

10 Ps. 13, 3 14 cf. I Cor. 10, 2 15 I Cor. 10, 3—4 19 cf. Ex. 15, 23.25 20 cf. Ex. 1, 27 21 cf. Ex. 17, 5—6. Num. 20, 11 22 I Cor. 10, 4 23 cf. Ps. 77, 25

4 ni *R* solutus *NTa* 5 quadam *Pm2* 6 suffocent *O* tibi *om.M* 9 uitale *ARm1* uitali *ORm2* suco *ORm2* corpus eius *O* 10 sepulcrum *Am2v* 11 aurias *R* 14 babtizati *P* (*sic saepe* babt.) 18 accideret *AR* 19 mirrae *OR* mirrei *a* myrrhae *v* 20 agnoscimus *a* 21 petrae *om.AR* inrigua *AR* 22 ideo] unde *a* manna *om.NT* 24 euuangeliis (*sic*) *O* qui *AGR* baptizatos *GTa* babtizatis *Pm1* 25 mundaris *OPm2v* mundari *cet. a* 26 purificatus *Pm2* purificatos *cet. av* proferens sermones dicit *O*

profert dicens: f e c i i u d i c i u m e t i u s t i t i a m. ille est enim uerus dentium fulgor, ubi bene consciae mentis resonat canora confessio, ille mundus oculus, quem peccatorum grauium trabes nulla depresserit, quem purgamentorum leuium festuca nulla tur-
2 bauerit. iste oculus iustitiae defecit; qui enim Christo adhaeret unus est spiritus. et Balaam petebat, ut anima sua deficeret in animis iustorum, id est ut proprii obliuisceretur erroris, quod suum erat, deponeret, quod iustitiae et aequitatis, adsumeret. sed progrediamur ad cetera.

31. Sequitur: *f a c c u m s e r u o t u o s e c u n d u m m i s e r i c o r d i a m t u a m e t i u s t i t i a s t u a s d o c e m e.* praestruxit uiam et commendationis suae incrementa praesumpsit. supra poposcit ne nocentibus traderetur, iterum petiit ut susciperetur in bono, ne calumniarentur ei superbi; hoc est: 'non declino iudicium, sed calumniam perfidorum; illi enim iudicare nesciunt, calumniari sciunt. ad te confugio, qui nosti repraesentare iudicium'.
2 et bene non uult calumniatoribus tradi; multa enim Iob passus est iustus, postquam traditus est nocenti. sed difficile fuit illud et grande certamen, quod nisi Iob nimia patientia haud facile quisquam superare potuisset; et tamen ille non totus est traditus, sed meliore exceptus est portione. qui dicit: n o n t r a d a s m e, quae maiora sunt conprehendit. plus autem in anima quam in carne sumus; iustis enim dicitur: u o s a u t e m n o n e s t i s i n c a r n e s e d i n s p i r i t u. tradi ergo animam suam recusat qui corpore sicut aranea tabescebat.

1 Ps. 118, 121 3.4 cf. Matth. 7, 3 5 cf. I Cor. 6, 17 6 cf. Num. 23, 10 10*Ps. 118, 124 13 cf. Ps. 118, 121 cf. Ps. 118, 122 17 cf. Hiob 2, 6 21 Ps. 118, 121 23*Rom. 8, 9 25 cf. Ps. 38, 12

1 proferit *Am1* proferet *Pm1* proferret *Rm1* proferat *Rm2* 2 uere *Ta* bene] *add.* sibi *AOav, cf. Explan. ps. 48, cap. 1* conscientiae *Pm1* 3 oculos *Rm1* oculis *Rm2* 4 fistuca *Pm1* 5 oculus] *add.* in uerbum *Oav* deficit *GMT* 6 spiritus] christus *ARm1* in] cum *AR* 7 animas *MN* animabus *P* anima *Ta* erroris] *add.* et *AR* 10 Sequitur *om. a, add.* IIII *AGPRm1* IIII uersus *Rm2* 11 iustificationes *AMN* tuas *om. O* 13 petit *GPRa* 15 nesciunt] *add.* set *O* 16 ka(ca-*R*)lumniare *Pm1R* 20 et *om. Nv* 21 melior excepta est portio *AR* exeptus *P* parte *O* 25 haranea *ANPR*

32. Hoc igitur loco maiore quodam familiaritatis usu potiora praesumens ait: *fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam et iustitias tuas doce me.* misericordiam deferri sibi poscit, iustitias doceri. alibi quoque [id est in posterioribus] habes hunc sensum: *et ne intres in iudicium cum seruo tuo.* etenim nostrorum conscii peccatorum misericordiam magis petere dei nostri quam iustitiam inplorare debemus; alia ueniam largitur, alia examen inpertit. quae spes hominibus certandi apud eum, quem occulta non fallunt, 2 quem latere peccata non possunt? ideoque sciens eius potentiam, qui hominem non timeret, ait: *tibi soli peccaui.* non potest hoc iustus negare, quia nemo sine peccato, non potest rex, quia, etsi leges in potestate habet, ut inpune delinquat, deo tamen subditus est, immo plus ipse debet, cui plus commissum est.

33. Hoc ergo dicit: '*fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam*, quia, etsi quid boni feci, plura debeo quasi seruus'. non uno facto seruus absoluitur, quia nemo seruum habens arantem aut oues pascentem dicit illi: *transi, recumbe*, sed dicit illi: *para quod cenem et praecinge te et ministra mihi. numquid gratiam habet seruus, si fecit quod imperatum est ei?* ergo et cum fecerimus quod nobis imperatum est, non statim nos 2 exaltare debemus, sed magis humiliare, quia non statim, si aliquid fecimus, impleuimus omnia seruitutis obsequia. quis tanta naturae munera, uitae salutisque seruatae diuina beneficia digno possit aequare seruitio? quis potest soluere quod accepit? ideoque sciens omnia misericordiam petit potius quam audientiam, *quo-*

2*Ps. 118, 124 5*Ps. 142, 2 11 Ps. 50, 6 15 Ps. 118, 124 18*Luc. 17, 7—8 20*Luc. 17, 9 27*Ps. 142, 2

1 ergo *O* maiori *AR* maiora *G* quedam *GM* 4 sibi deferri *NPav* sibi *om.GMO* 5 id—posterioribus *deleui* id est] idem *Gm1* hoc est *Ov* 6 iudicio *GMPm1Rm1* etenim] *add.* nos *O* 8 alii—alii *A* aliis (*ex* alia *m2*)—alii *G* aliis—aliis *a* largiri *Gm1* 11 potes *P* 12 non] esse *AR* esse potest non *P* *alt.* qui *N* 14 debet ipse *O* 17 quasi] quam *a* 21 seruo *Pa* seruos *Rm1* inperatum *P* 22 et *om.AR* 24 fecerimus *O* implebimus *APR* omnia *om.O* tantae *O* 25 seruare *a* 27 sapientiam *AOPm2R* auientiam *Pm1*

niam non iustificabitur, inquit, in conspectu tuo omnis homo uiuens.

34. Quintus uersiculus sequitur: *seruus tuus sum ego; da mihi intellectum, et scibo testimonia tua.* intellectus spiritale munus est et ideo quod dei est a domino postulatur. nec quasi extraneus poscit qui seruum se confitetur; bene
2 ait: seruus tuus sum. seruus enim uoluntatem domini sui facit, seruus quaerit seruitutis stipendia, remunerationem sperat. seruus domini non potest idem seruus esse peccati et ideo intellectum dari sibi poscit, ut possit cauere peccatum. habebat quidem intellectum, sed non ut redundare sibi crederet; uberiorem requirit.

35. Est autem et intellectus naturae et est intellectus non bonus. ideo Salomon ait: intellectus autem bonus dat gratiam. nam si omnis intellectus bonus esset, non opus fuisset additamento. iure ergo gratiam domini sui quaerit; aliter enim scire non potest secreta domini, nisi intellectus spiritalis munus acceperit. habes hoc in Hieremia: notum mihi fac, domine, et scibo, quia, nisi deus notum fecerit hominibus mysterium suum, scire non possumus.

36. Sequitur uersiculus sextus: *tempus est faciendi, domine; dissipauerunt legem tuam iniqui.* bene ait tempus faciendi esse; est enim tempus tacendi et tempus loquendi. sed loquendi tempus aduenit ac per hoc dominici aduentus tempus iam esse commemorat, ut, quia legis facta est praeuaricatio, ueniat finis legis et consummatio eius et plenitudo dominus Iesus, qui donet hominibus uniuersa delicta

3*Ps. 118, 125 9 cf. Ioh. 8, 34 13*Prou. 13, 15 17*Hier. 11, 18 20*Ps. 118, 126 22 Eccle. 3, 7 25 cf. Rom. 10, 4 26 cf. Col. 2, 13—14

1 inquit non iustificabitur *av* inquid *GM*, *om.N* 3 uersiculus sequitur V *A* sequitur] *add.* V *GP* 4 et] ut *a* cibo *Am1* sciam *Am2a* sciuo *Pm1* 5 postolatur *Rm1* 7 domini sui facit uoluntatem *O* 8 fecit *PRm1* remunerationem] *add.* non *GMNTa* 9 esse seruus *ORav* 10 sibi dari *av* possit] sciat *v* cogere *A* cohibere *NPTa* 11 non *om.MNTa* inquirit *a* 12 et est] est *GMP* est et *Na* est autem et *O* et *R* 13 ideo] *add.* et *av* 14 intellectus omnis *O* 15 ergo *om.v* 16 non potest scire *O* 18 cybo *A* scio *a* 20 Sequitur—sextus *om.a* VI *AGMm1O*, *add.* VI *P* est *om.Am1Oav* 21 tuam *om.AR* 24 esse iam *a* memorat *v* 25 legis finis *O* 26 plenitudo] *add.* hoc est *A* deleat uel donet *Ma*

et abolito chirographo debitorum absoluat omnes et liberet pecca-
tores. tempus est faciendi, ut si ingrauescente aegritu- 2
dine alicuius incommodi curras ad medicum, ut citius ueniat, ne
postea subuenire non possit. medicus enim tunc amplius desideratur,
cum grauis incubuerit aegritudo languenti. ergo cum uideat in
spiritu sanctus propheta praeuaricationes populi, luxuriam delicias
dolos fraudes auaritiam temulentiam, quasi pro nobis interueniat,
currit ad Christum, quem solum tantis sciebat subuenire posse
peccatis, urget ut ueniat nec patitur fieri moras. tempus, 3
inquit, faciendi, domine, hoc est: ut pro nobis crucem
ascendas, mortem subeas. totus in periculum ultimum mundus
urgetur: ueni ut tollas peccatum mundi. ueniat uita morientibus,
ueniat resurrectio iam sepultis. factum tuum subueniat, quoniam
nec tua praecepta prodesse potuerunt. in lege praeceptum est,
in euangelio ministerium.

37. Caecus omnis populus proprium non uidebat auctorem,
claudus erat mundus et titubante uestigio fidei fluctuabat. non
erat qui malagma inponeret neque oleum neque alligaturam. omne
patrimonium suum in medicos erogauerat mulier illa euangelica,
speciem habens congregationis humanae quae coibat ex gentibus,
nec fluentem sanguinem et inueteratae passionis letale profluuium
poterant saeculi huius medici restringere. principis populi posteritas 2
interierat et omnis occiderat eius hereditas. uidens haec propheta
dicit ad Christum: tempus faciendi, domine; non
'iubendi' inquit, sed 'faciendi', quia non legatus neque nuntius,
sed dominus saluaturus erat populum suum. et ille quidem tempus
sciebat et non differebat, sed nos nesciebamus quo melius tempore
subueniret.

2*Ps. 118, 126 9.24 Ps. 118, 126 12 cf. Ioh. 1, 29 18 cf. Esai. 1, 6 19 cf. Luc. 8, 43

1 ablyto *A* abolyto *R* cyrografo (-pho) *codd.* delictorum *O* 3 incommodo *Pm1T* 6 sanctus *om.a* luxoriam *ARm1* 9 urguet *P* urgit *Rm1* 10 inquid *Pm1* 12 urguetur *NP* 14 praecepta tua *O* 15 mysterium *Mm2NOPTa* 16 omnis] *add.* erat *Mm2* 17 titubat a te *R* 18 qui *om.Gv* inponere *Gv* 19 in *om.a* medicis *MNOPRTa* 20 cohibat *APRm1* gentibus] *add.* cui *a* 21 loetale *AMNPm2* 22 restringere medici *O* 25 inquid *Rm1* 26 quidem *om.O* 27 sed] et *GMm2PRa* 28 subueniret] *add.* iam (et iam *a*) uenit et abiit et iterum uult uenire et tempus nescire *Tm2a*

38. Aut fortasse uult a nobis admoneri, uult rogari, immo si rogatus fuerit, et ante tempus uenit. uenit ad ficulneam et ante horam uenit, ut dicit ad matrem. illa rogabat pro nobis, illa festinabat dicens: uinum non habent, fili. respondit Iesus: quid mihi et tibi est, mulier? nondum uenit
2 hora mea. et mater, quae sciebat eius affectum, dicit ministris: quodcumque dixerit uobis facite. Iesus quoque, qui horam suam uenisse negauerat, fecit quod ante differebat; nam omnia deus tempore fecit. quicquid facit, non est extra tempus,
3 sed totum oportunum est quod fecerit. et mihi tempore suo aduenit; omne enim tempus oportunum saluti, nihil praeposterum pro salute periclitantium. sed uolebat expectare adhuc synagogae correctionem. ideo ante tempus ad ficulneam uenit, hoc est Iudaeis cito uenit, oportune gentibus; cito uenit perituris, commode credituris.

39. Sequitur uersus septimus: *propter hoc dilexi mandata tua super aurum et topazion.* lex adnuntiatrix Christi est. praecepta ergo legis spem futurorum bonorum deferunt; mandatum est enim domini: adtende tibi, ne derelinquas leuiten per omne tempus quo uixeris super terram. quis est iste leuites? intellegis, si consideres, qui sit ille qui uenit ministrare, qui sacerdos est in
2 aeternum. aliud mandatum ait: custodi mensem nouorum et facies pascha domino deo tuo, et infra: in loco quem elegerit dominus deus tuus inuocari nomen suum ibi, occides pascha uespere ad occasum solis in tempore quo

2 cf. Matth. 21, 19. Ioh. 2, 4 4*Ioh. 2, 3—4 7 Ioh. 2, 5 9 cf. Eccle. 3, 11 16*Ps. 118, 127 19*Deut. 12, 19 22 cf. Matth. 20, 28. Hebr. 5, 6 23*Deut. 16, 1 25*Deut. 16, 6

1 fortasse se *M* ammoneri *N* 2 *pr.* et *om.Ov* *pr.* uenit] *add.* et *MNPTa* 4 respondit] *add.* ei *a* 8 rogauerat *AR* 9 nam *om.MNTa* deus] *add.* suo *Ov* tempora *ANPRTa* facit] fecit *O* 10-11 opportunum *v* 11 salutis *NPTa* nil *P* 14 cito Iudaeis *av* opportune *v* 16 VII *AGMOR* 17 nuntia *GMm1* 19 bonorum *om.O* defecerunt *Mm1* differunt *O* enim *om.O* 20 relinquas *O* leuiten *Pa* leuitem *cet. v* 21 quod *Na* 22 *pr.* qui] quis *v* est *om.MNPm1* 23 ait] audi *a* 25 deus *om.M* 26 occidas *NTa* occidis *Pm1* pasca *a* 27 uesperi *M*

e x i s t i d e A e g y p t o. ergo mandata dei habent redemptionis futurae indicia, resurrectionis insignia; ideo super aurum et topazion memorat sibi esse dilecta. quid enim salute gratius, resurrectione pretiosius?

40. Uel quia quae stulta sunt mundi Christus elegit, ut, quoniam per sapientiam mundus non cognouit deum, per stultitiam praedicationis salutem adferret credentibus, ideo ait: 'super sapientiam operationis caelestis et mundanae constitutionis et super ornamenta solis et lunae stellarumque pretiosa monilia dilexi obaudientiam dominicae passionis. plus enim redimendo mihi contulit quam creando; tunc enim sine sensu natus sum, nunc cum uoluntate seruatus'. sed non quicumque dicit: d i l e x i m a n- 2
d a t a t u a s u p e r a u r u m e t t o p a z i o n. non dicit auarus qui auro incubat, diuitiis inhiat, ornamenta desiderat, sed ille dicit qui potest dicere: a r g e n t u m e t a u r u m n o n h a b e o, quoniam non requiro, quoniam nihil mihi aurum prodest; praeceptum autem et mandatum caeleste me redemit.

41. Diximus continentiam sensus, nunc de topazio lapide exprimamus historiam. de quo inuenimus scriptum in historia Xenocratis, qui scripsit quasi Lithognomonem, nasci eum uel inueniri circa Thebaidis ciuitatem Alabastrum uel Topazion, ut aliqui putant, unde et nominatus est ab eo loco in quo gigneretur. sunt autem qui 2
putauerunt insulam nuncupari Topazion, ad quam adpulsos Trogo-

5 cf. I Cor. 1, 27 6 cf. I Cor. 1, 21 12 Ps. 118, 127 15*Act. 3, 6 19 Xenocrates in Lithognomone; cf. Plin. Nat. hist. 37, 25.27. Hieronym. In Amos III 7. Buecheler, Mus. Rhen. XL p. 304 sq. Haupt, Hermes I p. 34 sq. 21.23 cf. Plin. Nat. hist. 6, 169.37, 109

1 existis *R* aegypti *P* futurae redemptionis *av* 2 in indicia *A* indicia *GPR* 3 tobazion *M* delecta *Am1* 7 ideoque *v* 9 munilia *AGMm1Nm1Pm1R* 10 abaudientiam *ARm2* audientiam *GMNRm1Ta* habundantiam (h *del.*) *P* mihi redimendo *O* 12 non] *add.* hoc *a* 14 qui] *add.* cum *O* aurum *R* diuitias *Pm1* 15 aurum et argentum *a* 16 *alt.* quoniam] quod *O* aurum *om.O* 18 topazion *AOR* topazyon *G* topatio *Mm1P* 19 hystoriam *O* 20 Lithognomonem *Ihm* lithosnomen *AGR* lithosnomon *MNPav* lithognomon *O* 21 alabaustrum *O* uel] et *M* topazyon *G* 22 loco *post* gigneretur *tr. GMv* in quo] ubi *O* gignitur *Mm2Tm2* 23 putauerint *v* noncupari *GMm1* topazon *P* trogloditas *O* trogoditas *cet. a* Troglodytas *v*

dytas orta subito commotione maritima, quod nauium usum non haberent, regredi nequiuisse. deinde plurimo inmorantes tempore in insula inuenisse lapidem et delectatos colore eius repetisse domum
3 et Arabis negotiatoribus aduenientibus uendidisse. ab illis emisse Philonem et ad matrem Ptolomaei secundi, cui nomen erat Beronice, ab ipso esse perlatum. illam autem, quamuis regalibus ornamentis abundaret, supra modum tamen colore eius stupefactam elaborasse, ut diutius species tam pretiosi lapidis non lateret, ideoque studio eius quaesitum lapidem in usus frequentiores uenisse.

42. Diximus quomodo innotuerit topazion lapis; nunc expressius de eius qualitate dicamus. duorum colorum est in hoc lapide *κρᾶσις*, hoc est quaedam temperata permixtio, *πρασοειδὴς* et *χρυσωπός*, similis chrysoprasso, secundum utrumque uelut quasdam extendens colorum figuras, et plenius quidem a peritis fertur extendere. est autem parygrus et satis purus et chrysochrus et pinguis, resplendenti similis, maxime cum solis splendore percutitur. est etiam pulcherrimus et mirabilis super omnes chrysoprassos magni-
2 tudine et, ut dixi, uisu pinguior. natura huiusmodi, ut, si polire et leuigare eum uelis, asperetur magis, et usu minuitur. est autem quodam genitali opere naturae euglyphus, hoc est bene insignitus atque mirabilis et, ut summo studio dignus haberetur, difficile in-

10 sqq.] cf. Plin. Nat. hist. 37, 107—109

1 subita *Na* sibita *T* cummotione *Mm1* eo quod *Av* 2 haberet *O* reuerti *NPTa* denique *A* 3 infula *Mm1* 4 arabibus *Pm2* 5 filonem *codd.* ad *om. AGMNPm1* matri *AMm2* matre *Mm1* tolomei *ex* polomei *A* ptholomei *GMRT* ptolemei *Oa* Berenice *v* 8 studium *AGMNR* 9 in *om. N* inuenisse *AGMNPR* 11 est] *add.* similitudo *OR*, *post* lapide *add. P* 12 PRACOIΔHC *GM* *πρασοιδὴς v*, *om. N* *χρυσωπός* *Engelbrecht* chrysopa *GMNPTav* chrysoprassi *AR* crisoprasi *O* 13 chrysopaso *GPm1* chrysopraso *Mav* crysopraso *O* 14 colorem *GM* a *om. O* 15 parygrus *Engelbrecht* parycrus (-chrus *a*) *ARa* pasycrus *GM* parichrus *NPv* paricrus *O* crisocrus id est pinguis *O* 16 quum *Pm1* 17 etiam] autem *O* supra *GOPRT* chrysoprasos *GMPav* crisoprassos *O* magnitudinem *A* 18 et *om. NPm1Ta* huiusmodi] *add.* est *A* ut] *add.* et *AR* 19 *alt.* et *om. GMNTa* usus *Am1* minuatur *Pm2Rm2* 20 natura *G* euglyfus *AGMPR* euglifus *NOT* insigniter *Gm1* 21 atque *om. MNPm1Ta* et *om. Pm1* ut *om. APR* et ut *om. GMNTa* habetur *GMNPTa*

uenitur et repertus raro tamen in usu hominum est, quasi is quem diues regina mirata sit.

43. Sed iam, sicut Trogodytae illi quasi pretio suae remansionis inuento repetierunt domum, ita et nos emolumento morae huius recepto redeamus eo, unde deuertimus. nec par est nos ornamentis regiis diutius sermonis nostri quaedam admouere brachia, cum habeamus in manibus crucem Christi, quam admonet propheta super aurum et topazion praeferendam, quae ab omni errore culpaque reuocat et corrigit. quis enim iustorum non ambiat Christi in morte 2
solacium, in resurrectione consortium? quis non reflectat gradum, quando audiat sibi superiora omnia peccata donari? hoc enim plerique a conuersionis studio reuocari solebant, quod delictorum suorum conscii nullam spem ueniae praesumerent et ecclesiae quanto sanctiora praecepta, tanto sine uenia putarent esse peccata.

44. Ideoque ait octauo uersiculo: *propterea ad omnia mandata tua corrigebar, omnem uiam iniustam odio habui.* merito corrigebatur, quoniam diligebat; caritas enim multitudinem operit peccatorum. uide quanta operiat, quanta corrigat: caritas patiens est, benigna est, caritas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non inritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati; omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. caritas numquam excidit. in inferioribus tria perfecta posuit, spem 2

15*Ps. 118, 128 17*I Petr. 4, 8 19 I Cor. 13, 4—8 26 cf. I Cor. 13, 13

1 repertus] *add.* insignitur *Tm2a* his *O* 3 iam *om. A* roglodytae *A* throcloditae *O* troglodytae *Rv* illi] *add.* qui *O* pretiosiore (-a *Ta*) mansionis *AMNPRTa* suae *om. G* mansionis *O*, *add.* lapide *Tm2a* 4 emulomento *GM* 5 diuertimus *ANPRav* nos *om. O* 6 diuitiis *ARm2* 7 ammonet *O* 10 solatium *codd. v* gradum] *add.* quis *M* 11 donari] *add.* propter *Ov* 12 a] ad *AOPRTa* conuersationis *AN* studium *AOPRTa* reuocare *AMNPRTa* nolebant *AOR* 13 ecclesiae] in ecclesia *GMNOv* artiora *GM* 14 uenia *om. O* 15 uersiculo] *add.* VIII *G* 17 hodio *OP* 18 operit multitudinem *Oav* 19 quanto *ARm1* 23 iniquitatem *AMPm1R* 26 excidet *GMm2Nm1* excedit *Pm1Rm1* in *om. AGRm1*

fidem caritatem, maiorem autem dixit caritatem, et recte; caritas
enim omnia sperat, omnia credit. cum igitur spes et fides in caritate
sint, non est dubium quod maior caritas sit. et bene sibi respondit
propheta. supra enim dixit: l e x d o m i n i i n r e p r e h e n s i-
b i l i s, c o n u e r t e n s a n i m a m; si lex animam conuertit,
3 utique qui diligit legis dilector est. deinde in hoc ipso centesimo
decimo octauo psalmo primum posuit: b e a t i i n m a c u l a t i
i n u i a, q u i a m b u l a n t i n l e g e d o m i n i. si inmaculatus
est qui in lege dei ambulat, utique conuertitur qui diligit dei legem.
ergo si lex inmaculatum facit, recte caritas multitudinem operit
peccatorum, quia plenitudo legis caritas est.

45. O m n e m, inquit, u i a m i n i u s t a m o d i o h a b u i.
si is, qui praecepta iustitiae diligit, facit illa quae diligit, utique is,
qui odit iniquitatem, non facit quod exosus est. nec inmerito ad
omnia domini praecepta corrigitur, qui omnem uiam odit iniqui-
tatis; nam nisi omnem uiam iniquitatis oderis, non potes in omnibus
2 praeceptis dei corrigi. potest enim fieri ut aliquis temperet a crudeli-
tatis horrore, lubrico tamen deceptus amore meretricis et semitas
incontinentiae iuuenilis ingressus inpressum semel non queat reuo-
care uestigium; multos enim uitia blandiora decipiunt et contra
auertit a se plurimos tristis et nimium seuera crudelitas. sed iuuentus
ad amorem liberior, ad lapsum incautior, ad infirmitatem fragilior,
3 ad correctionem durior est. alius se restringit a luxu, sed auaritiae
cupiditate raptatur. plerumque enim peccata huiusmodi sunt, ut,
si alterum declines, incurras alterum, et naturae usus adiuuat infir-
mitatem. odisti luxuriam quasi frugi, sed frugalitatis studio habendi
cupiditas frequenter inrepit, auaritiae ipsi rapina est subdita. et
4 quanto tolerabilius propria profundere quam aliena diripere! sunt

2 cf. I Cor. 13, 7 3 cf. I Cor. 13, 13 4*Ps. 18, 8 7 Ps. 118, 1
11 cf. Rom. 13, 10 12*Ps. 118, 128

3 sint] sit *NPa* 5 conuerterit *T* 6 CXVIII *AGOPR* 7 octauo decimo *N*
9 *pr.* dei *om.O* legem dei *O* 12 hodio *P* 13 illa] ea *O* his *Pm1*
14 hodit *P* (*passim per* h) exosum *a* 15 domini omnia *O* praecepta
domini *NPav* 17 aliquis] *add.* se *Aav* temperet] *add.* de *A, sed del.*
20 et contra] e contra *GMm1Nm2Pa* 21 sed] si *O* 23 restringe *A* restringi
*Rm1* luxuria *Ov* 26 odis tu *AGMNa* luxoriam *Pm1Rm1* 27 auaritia
*AOP* rapinae *AOP* subditicia *GM* 28 tanto *AR* tolerabilius] *add.*
est *av* sunt—377, 2 putent *om.O*

qui metuentes aliquid proprio minuere de censu etiam inopi sumptum negent et misericordiam detrimentum putent. sunt qui degenerem uitantes ignobilitatem flabro saecularis ambitionis agitentur et sicut quassatae harundines huc atque illuc ferantur incerti. sunt etiam qui, dum maiorum suorum statum secuntur, ueluti digna conuersatione contenti ne errores quidem patrios existiment declinandos, ut fide mutandam perfidiam non arbitrentur, cum in melius mutare propositum non leuitas, sed uirtus, neque culpa, sed gratia sit. alius circensibus ludis aut theatralibus sollicitatus uoluptatibus aut ceteris uanitatibus occupatus ecclesiam non frequentat; alium ruris quieta delectant eaque causa ad ecclesiam rarus accessus est. itaque diuerso usu in eundem indeuotionis errorem uterque concurrit. sed qui omnem uiam iniquitatis odit, ad uniuersa corrigitur et emendatur. et bene posuit 'uiam iniquitatis'; ille enim facilius iniquitatem declinat, qui uias eius non fuerit ingressus.

## XVII.

## LITTERA PHE.

1. 'Phe' littera septima decima, quae Latine significat 'erraui' siue 'os aperui'. merito ergo lacrimabilis series psalmi subiecta est huic litterae: r e s p i c e i n m e e t m i s e r e r e m e i e t n o n d o m i n e t u r m i h i o m n i s i n i q u i t a s. f a c i e m t u a m i n l u m i n a s u p e r s e r u u m t u u m, ut ei qui erat in umbra mortis populo caelestis misericordiae lumen oriretur, adueniret Christus remissio peccatorum, captiuorum redemptio, subsidium labo-

4 cf. Matth. 12, 20 14 cf. Ps. 118, 128 20 *Ps. 118, 132—133 21 Ps. 118, 135 22 cf. Ps. 22, 4

1 inopis *AMm1Tm1* inopibus *Tm2a* 3 denegere (*sic*) utentes ignobilitate *A* 4 arundines *v* incerti *OPm2av* infesti *cet.* 5 sequuntur *Nav* uelud *M* 6 contenti ne] contentione *Om2* 7 quum *Pm1* 9 aut] atque *a* 11 rarus ad ecclesiam *O* 13 sed] *add.* is *M* 15 ingressus] *add.* Explicit de littera XVI quae dicitur ain *T*, *ras. in N* 18 Phe—19 aperui *eras. N* Fe *AGMPRTa* septima decima *O* XVII *AGPRT* decima septima *Mav*, *add.* sequitur *Rm2* quae *om. MOTa* signifat *G* errauit *O* erraui—19 aperui *om. G* 19 siue—aperui *om. O* siue] sicut *Am1* seu uel *M* seu *T* os] ouis *APR* ergo] haec *GMa* ergo haec *b*, *om. NT* 20 mei] mihi *AMNμ* 21 mihi] mei *Aaμ* omnes *GRm1* 23 orietur *A*

rantium. sed quia uenire tardius desiderantibus uidebatur: *exitus,*
inquit, *aquarum traxerunt oculi mei.*

2. In Hieremiae quoque Threnis lacrimabilior series sub hac
littera est: *expandit Sion manus suas, non est*
*qui consoletur eam.* dignam remunerationem recepit, ut,
quae expandentem manus audire neglexit et sub alas eius succedere,
ipsa postea expanderet manus et consolantem inuenire non posset.
2 nam etsi ante aduentum domini Hieremias captiuitatem Iudaeorum
inlatam eis a Babyloniis deflere uideatur, tamen prophetico spiritu
istam magis captiuitatem praeuidens, qua eos intellegibilis Baby-
lonius in perpetui erroris uincla subiecit et domesticae uirtutis ex-
torres de statu paternae deuotionis eliminans longinquae adfecit
3 peregrinationis exilio, miserabili dolore deplorat. nulla enim patria
uerior quam fides, quae eos qui longe erant prope esse fecit et ad-
uenas atque peregrinos ciuitatis supernae iure conexuit, sicut scri-
ptum est: *ergo iam non estis aduenae atque pere-*
*grini, sed estis ciues sanctorum et domestici*
*dei.*

3. Alibi quoque Hieremias dicit sub hac littera: *aperu-*
*erunt in te os omnes inimici tui, sibilauerunt*
*et fremuerunt dentibus, dixerunt: degluti-*
*uimus eam; tamen haec est dies quam spera-*
*bamus, inuenimus eam, uidimus.* et hic sic[ut]
Iudaeorum populus os aperuit in Christum, quemadmodum in uice-
simo primo psalmo de eius passione legisti, quod aperuerunt os suum
2 maledicentes. dignae sortem remunerationis agnoscis, ut ipsi ab

1*Ps. 118, 136 4 Thren. 1, 17 6 cf. Esai. 65, 2 16*Eph. 2, 19
19*Thren. 2, 16 24 cf. Ps. 21, 14

1 tardius] *add.* a *A* desiderantibus *om.N* uidebatur desiderantibus *M*
2 tracxerunt *M* deduxerunt *AORμ* transierunt *a* descenderunt *b* 4 syon *NOPa*
5 recipit *NPm1a* 6 et—succedere] ut—succederet *N* 9 inlatam eis (eis *ego,*
esse *AR, om.O*) a babyloniis *AOR* et quae inlata sunt a B. *GM* a B. inlatam
(latam *ex* ablatam *P*) *NPav* 10 quae hos intelligibiles babilonios *O* 11 uin-
cula *MOv* unda (*sic*) *a* 12 longeque *AGMNRa* afficiens *a* 14 adue-
nis—peregrinis *Ov* 15 iura *AOv* 16 iam *bis A* 20 os] *add.* suum *v*
21 et *om.v* dentibus] *add.* et *v* deglutt iuimus *GP* 23 eum *codd.* uidimus]
*add.* eum *AOR* eam *v* sic *scripsi* sicut *codd. av, cf. tractat. 15, 5 et Explan.*
*ps. 61, 18* 25 aperuerint *G* 26 agnoscit *Pm2*

inimicis suis talia sustinerent et fremeret in eos dentibus intellegibilis ille peccator diabolus, sicut leo rugiens et requirens quem deuoret. isti igitur non dixerunt: benedictus dominus qui non dedit nos in capturam dentibus eorum, quia sperandum de domino non putarunt. ergo excidium eorum diabolus quod praesumebat inuenit. deglutiuit eos, quoniam deerat pastor offensus qui extraheret de ore leonis crura ouis aut cartillaginem.

4. Sequi noluerunt, audire noluerunt. ideo decedente pastore uestigia eorum atque aures suis faucibus occupauit, quia faciem sanctorum non receperunt et nobilibus misericordiam non dederunt, ut tertio Hieremias sub hac littera dicit in Threnis. qui erant nobiles nisi qui non obscuram hanc uitam, sed in lumine sanctitatis egerunt? et omnibus quidem misericordia inopibus iure debetur, sed maior quidam, cum ex diuitibus atque nobilibus in ultimum statum atque egestatis necessitatem aliquos aerumna deiecit, miserationis pulsat affectus.

5. Hieremias ergo flebiliter satis, utpote qui perpetuae aculeo mortis deploraret amissos; Dauid uero moderate, quasi qui obreptionem doleret erroris, remedium non desperaret correctionis, ut contristaretur, non absorberetur.

6. Denique confirmatus sobrietate paenitentiae et spe ueniae prouocatus sic coepit: *mirabilia testimonia tua, propterea scrutata est ea anima mea.* moralis oratio, ut, quoniam eum puderet erroris, deum tamen propriae miserationis testimoniis conueniret. hoc est dicere: 'ego in exordio

1 cf. Ps. 111, 10 2 cf. I Petr. 5, 8 3*Ps. 123, 6 7 cf. Am. 3, 12 10*Thren. 4, 16 21 cf. II Cor. 2, 7 23*Ps. 118, 129

1 suis *om.NP* et *om.GMNa* 3 deuoraret *ARm1ab* 5 putauerunt *MNav* 6 quod] de quo *Pm1* degluttiuit *R* 7 crure *Rm1* aut] ad *Rm1* artillaginem *A* cartilaginem *GMOav* 9 decidente *GMPRm1a* 10 faucibus] *add.* leo *Tm2a* 13 non] *add.* secundum *μ* in obscuro *b* 15 quidam *v* quaedam *GMNTa* quosdam *AOR*, *om.P* quum *Pm1* 16 ultimum *OPm2v* ultimo *cet. a* statum *OPv* statu *cet. a* necessitates *Am1* necessitate *GMNTa* 17 dejicit *v* 18 satis] *add.* dolet *v* 20 disperaret *Rm1* correptionis *NO* 22 sobrietate *Gm2Ov* sub pietate *cet.* sobrietate sub pietate *a* 23 coepit] *add.* I *GP* 24 moralis] mirabilis *Gm1Rm1* 25 quoniam] cum *O* 26 miserationibus *A*

sermonis loqui mea peccata non audeo, leuare oculos meos ad te
deum uiuum. sed tu, domine, me ad sperandam ueniam tantarum
2 indulgentiarum titulis prouocasti. *mirabilia testimonia*
*tua*, cum in Abraham non lapsu incuriae iuuenalis offensus es,
sed eum permouisti, ut Chaldaeorum errores, patrum cognationem
relinqueret, et euocatum uirtutis exercitiis erudisti, cum Hebrae-
orum populum a paternae studio nobilitatis auersum et uiles escas
Aegypti super diuina munera praeferentem non solum solidatis
Rubri Maris fluctibus liberasti, uerum etiam triumphis plurimis
euexisti ad gloriam et uberis terrae possessione donasti ad quietem.
3 te fotus securitate deseruit, te bellorum acerbitate depressus in-
uocauit et ut iniurias tuas obliuiscereris emeruit. te Iesus Naue
ducem sibi caelestis militiae uenisse cognouit. te populus trium-
phator, ut Madian sibi dominaretur, offenderat, te, ut Madian
uinceretur, orauit. tibi in Saul rege non obtemperauit, ut de eo
alienigenae triumpharent, tibi Dauid praeeunte seruiuit, ut de
alienigenis uictoriam reportaret. ego quoque pastor malignum feci
4 et confessione peccati ueniam reportaui'. pulcherrimus itaque uer-
siculus ad martyrum cohortationem. denique prophetica anima
sic proficit in melius, dum mirabile credit dei testimonium et, quia
credidit, diligenti indage quaesiuit. profectum quaeris? agnosce
ex his uersiculis qui secuntur.

7. *Manifestatio sermonum tuorum inluminat me et intellectum dat paruulis.* in euangelio cum

3 Ps. 118, 129 5 cf. Gen. 12 7 cf. Num. 11 12 cf. Ios. 1 14 cf. Iudd. 6 17 cf. II Reg. 24, 17 23 *Ps. 118, 130

1 non loqui *A* loquens *GMOav* meos *om. GMNOPR* 4 in *om. GMNOPT*, *eras. R* non lapsu] conlapsu *APR* cum lapsu *O* iuuenilis *Mm2OPav* offensum *GMNT* es, sed eum *scripsi* esset (esse *GN*) deum *AGNOPR* es dum *Mav* deum esse *T* 5 permouisti *scripsi* permisisti sed *GMNT* monuisti *v*, *om. AOPRa* patriam *ORm2v* patrumque *a* 6 et *om. OPRa* educatum *AO* edocatum (u *s.* o) *P* etlocatum (u *s.* o) *R* uirtutum *M* exercitus *A* 8 soliditatis *MNR* 9 etiam] *add.* cum *a* plurimis *om. AR* 10 possessionem *A* 12 hiesus *codd.* 13 triumphato *ARm1* 14 madiam (*bis*) *AR* 15 orabat *GMRm1* 17 alienis *NTa* reportarent *R* quippe *Ov* pastor] peccator *GMm1* 19 coortationem *ARm1* 20 profecit *Pm2a* credidit *P* 21 indagine *GMOav* 22 sequuntur *Nav* 23 *praemittunt* II *AGPR* 24 paruolus *Rm1*

mitteret discipulos suos Iohannes ad dominum Iesum, dicebat: tu es qui uenturus es, an alium expectamus? respondit Iesus caecos uidere, claudos ambulare, audire surdos; hoc enim aduentus sui testimonium fore per Esaiam prophetam significauerat. haec ergo quae adnuntiauit per prophetas in euan- 2 gelio manifestauit et quod ipse locutus est per prophetas in euangelio ipse conpleuit. ipsius ergo sermo erat propheticus sermo, sicut habes scriptum: audi, caelum, et percipe auribus, terra, quoniam dominus locutus est.

8. Intellectus ergo datus est etiam his qui perfectam sapientiam non haberent, dum muti locuntur, mortui resuscitantur. his enim signis intellectum est ab his qui rudes erant et adhuc quasi in cunabulis fidei constituti, ut erat populus nationum, ipsum uenisse qui expectabatur. inluminat igitur fidei claritatem resurrectionis suae gloria, diuinorum operum potestate, et intellectum dat paruulis. quibus utique nisi de quibus in euangelio gratias 2 agit patri in eo quod ipse operabatur filius, quod mysteria sua deus abscondisset a sapientibus et paruulis reuelasset, ostendens citius plebem ex gentibus uel status inferioris uiros quam scribas et principes Iudaeorum et diuites huius saeculi credituros? ideo diuites eguerunt et esurierunt, pauper autem clamauit et exauditus est.

9. Sequitur tertius uersiculus: *os meum aperui et duxi spiritum, quoniam praecepta tua concupiscebam.* habemus in euangelio quod dominus Iesus aperuit os suum, cum benedictiones ediceret. sed ille os aperuit, ut daret aliis spiritum, Dauid aperuit, ut acciperet. denique Iesus dicit: 2 accipite spiritum sanctum, Iesus dicit: dilata os

2 Matth. 11, 3   3 cf. Matth. 11, 5   4 cf. Esai. 35, 5. 61, 1   8*Esai. 1, 2   15 Ps. 118, 130   17 cf. Matth. 11, 25   20 Ps. 33, 11   23*Ps. 118, 131   25 cf. Matth. 5, 2   28 Ioh. 20, 22   *Ps. 80, 11

3 surdos audire *O*   6 per *om. AN*   7 *alt.* sermo *om. O*   8 auribus percipe *O*   12 iis *v*   13 ipse *PRm1*   14 claritate *av*   15 gloria] *add.* et *GMav* diuinorumque *NP*   17 operaretur *O*   18 et *om. NPR*   23 Sequitur—uersiculus *om. a*   uersiculus (uersus *N*) tertius *AN*   24 adduxi *A* attraxi *Oamg.*   25 Iesus *om. P*   26 daret *Mm1Oa* ederet *Mm2NT*   27 alii *Pm1* illis *O*   28 Iesus] Dauid *Aμ*, *cf. Explan. ps. 36, cap. 65*

tuum et adimplebo illud. hoc homini dicit; plenitudo
enim Christus est: qui implet omnia, implet os tuum. scribe ergo
quae dicit in latitudine cordis tui, hoc est: os tuum clamet ad do-
minum. clamat os tuum et cum tacet, sicut et Moyses, cum taceret
3 uoce, clamabat spiritu. ab hominibus non audiebatur, apud deum
personabat; est enim interioris clamor affectus qui auditur e caelo.
Anna quoque, cum oraret, tacita clamabat, labia non mouebat et
interioris uoce pia mentis excitabat Iesum. denique cum effectu
rediit quae cum silentio precabatur, quia clamabat in ea spiritus dei,
qui etiam tacentibus nobis clamat: abba pater.

10. Intellege ergo quid os sit, utrum cor an interioris hominis
habitus. habet os anima quae habet membra. hoc os aperi non solum
Christo, sed etiam Christi discipulo, qui os suum Christo inplendum
praebuit et ideo dicit: os nostrum patet ad uos, o Co-
2 rinthii, cor nostrum dilatatum est. ideo imitatores
nos sui esse debere admonet, sicut ipse Christi est. qui sanctior est,
Christo aperiat os suum, qui inferior, apostolo. prius propheta lega-
tur et apostolus et sic euangelium, in quo uerba lucida, sed ualidiora
praecepta. lex dicit: diliges proximum tuum, et euan-
gelium dicit tibi: diliges inimicum tuum.

11. Dauid ergo quasi perfectus propheta os suum Christo ape-
ruit et ideo in parabolis aperuit os suum. aperuit os, duxit spiritum.
merito ait: quam dulcia faucibus meis uerba tua,

1 cf. Col. 1, 19. Eph. 4, 10 2 cf. Prou. 7, 3 3 cf. Ps. 65, 17 4 cf. Ex. 14, 15 7 cf. I Reg. 1, 13 10 Rom. 8, 15 14 II Cor. 6, 11 15 cf. I Cor. 11, 1 19*Leu. 19, 18 20*Matth. 5, 44 22 cf. Ps. 77, 2 23*Ps. 118, 103

1 implebo *ANR*, *cf. Explan. ps. 36, cap. 65* hoc] *add.* est *APRa* 3 clamat *O* 4 quum *bis Pm1* 5 dominum *Am1M* 6 interiores *Rm1* e] et *M* 7 tacite *GM* 8 interiori *NPm2RTav* uoce pia] suo copia *NPT* piae *Pm2av* effectum *G* affectu *NPm1* 9 redit *AGm1OR* cum silentio] consilio *Pm1* 10 nos *Am1Rm1* 11 quod *AG* 12 *pr.* habet] *add.* et *a* aperi *Gav* aperuit *cet.* 13 *pr.* christus *O* discipulus *O* *tert.* christum *A* 14 o *om. O* chorinthii *P* 15 nos imitatores *O* 16 esse] et *O* ammonet *MP* 17 aperiat *scripsi* aparuit *Pm1* aperuit *cet. av* quis *ARm1* legatur *scripsi, cf. p. 345, 13* legetur *Rm2* legitur *cet. av* 19.20 *utrumque* diligis *Rm1* et *om. O* 21 propheta perfectus *O* 23 merito] *add.* ergo *v* uerba] eloquia *NOPav*

super mel et fauum ori meo. sponsa Christi os suum sponso aperuit, percepit omni melle dulciora praecepta et ideo testata est dicens: fauces eius dulcedinis et totus desiderium. delectata igitur tenuit eum et non dimisit eum. et introduxi, inquit, eum in domum matris meae et in secretum eius quae me concepit. fortasse 2
domus est in qua praefulget moralium disciplina, secretum autem illud in quo sunt altiora mysteria. merito ergo concupiscebat praecepta domini, in quibus diuinae gratiae mella redolebant. an non omni melle dulcior peccatorum remissio, non omni flore gratior resurrectio mortuorum?

12. Quartus uersiculus: *respice in me et miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum.* pulchre addidit: respice in me et miserere mei, quia respicit et iratus, ut respexit super castra Aegyptiorum et ligatis axibus curruum omnes eos deiecit in fluctus. respexit super Sodomam et Gomorram, quarum utraque peccatorum suorum luitura supplicium diuinae pretium soluit offensae. scriptum est etiam: aspicies super terram et facies eam tremere, et contra: respexit super munera Abel, super Cain autem munera non respexit. quo exasperatus Cain parricidali crimine cruorem fratris effudit.

13. Quid sit autem respicere deum euidentissime illo testimonio declaratur: quia respexit super filios pauperum et non despexit preces eorum; oculus enim domini non aspernatur iustorum munera. denique oculos nostros, cum in

3*Cant. 5, 16 4 cf. Cant. 3, 4 5*Cant. 3, 4 12.14*Ps. 118, 132 15 cf. Ex. 14, 24—25 16 cf. Gen. 18, 21 19*Ps. 103, 32 20*Gen. 4, 4—5 24*Ps. 101, 18

2 percipit *M* 3 testatus *Pm1* dicens] *add.* esse *M* dulcedinem et totum *M* 5 inquid *M* 7 quo *O* 8 illud] *add.* est *MNav* 10 non] nonne *Aav* 12 quartus uersiculus *om. a* uersiculus] *add.* IIII *G* sequitur *Rm2* 14 pulcre *M* 15 respexit] *add.* deus *R* castrorum *Mm1* 16 currum *ARm1*
def. *A* omnes—*cap. 17 init.* homines uerbum *desunt in A* fluctibus *GM* 17 gomurram *G* gomarram *Rm1* 18 etiam] enim *O* 19 aspicit *Ov* facit *Ov* econtra *a* 20.21 cahin *P* 21 rexspexit *R* 23 declaratur testimonio *M* 24 pauperum] hominum *Gm1*, *add.* hominum *R* 25 dispexit *Pm1* 26 munerun: *Mm1* quum *Pm1*, *post* denique *tr.* *M*

aliquem mouemur, auertimus, quasi indignum eum aspectu iudicemus quem oderimus affectu.

14 Sequitur: *gressus meos dirige secundum uerbum tuum, et non dominetur mihi omnis iniquitas.* gressus pro profectibus animae accipiendos frequen-
tibus scripturarum testimoniis admonemur. nam quis tam stolido
ingenio est, qui putet Dauid de pedum suorum corporali gressu esse
2 sollicitum et his diuinae directionis auxilium postulare? ille uero ut
sanctus uitae suae cursum dirigi gestiebat, sicut et alibi scriptura
testatur dicens: a domino diriguntur gressus uiri.
denique ipsius utamur testimonio, qui ait in superioribus: paulo
minus effusi sunt gressus mei, quia zelaui in
peccatoribus pacem. animi itaque sui ostendit claudicasse
3 uestigium, dum pacem peccatorum putat esse mirandam. uidentur
quidem habere tranquillitatem, uidentur quiete frui, sed non est
quies ubi animus inquietus est, non est tranquillitas mentis ubi ani-
mus exagitatur obnoxiae stimulis conscientiae. quomodo securitas,
ubi diuersarum pugna est passionum, ubi conflictus grauium conci-
4 tationum? unde dominus definiens quid sit pacem habere ait:
pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis;
non sicut mundus dat ego do uobis, ostendens pacem
quam mundus dat uerae pacis gratiam non habere. ideoque non in
homine esse pacem uolens docere addidit: pacem relinquo
uobis, et iterum: pacem meam do uobis. denique pro-
pheta dicebat: pax pax; et ubi est pax? manifestum
est igitur eum de titubatione suae dixisse sententiae, in qua animi,
non corporis titubauerat gressus.

3*Ps. 118, 133 10 Prou. 20, 18 (24) 11*Ps. 72, 2—3 20.23*Ioh. 14, 27 25*Hier. 6, 14

*def. A* 1 indicemur (*sic*) aspectu *O* 3 sequitur *om. a, add.* V *G* quintus uersiculus *Mm2NRm2* uersus quintus *v* 4 mei *M* 5 pro *om. Gm1Rm1* affectibus *O* effectibus *Pm1* 7 corporali..m *a* gressu corporali *O* 10 diriguntur] *add.* uiam *GPm1Rm1* 13 sui itaque claudicasse ostendit *O* 16 requies *O* 17 agitatur *O* 18 concitationum *scripsi* cogitationum *codd. av* 20 *pr.* pacem] *add.* meam *GMm1O* pacem meam do uobis *om. G* pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis *av* 21 sicut] quomodo *GM* 22 uere *a* 23 nomine *GR* *alt.* pacem] *add.* meam *GMOav* 24 denique] *add.* et *O* 26 animus *P* 27 corpus *Mm1* titubauerit *MO*

15. Et Moyses ait: transiens uidebo hoc uisum magnum. etenim ut deum uideret, progressione quadam uirtutis ad altiora processit. pastor erat ouium et dux factus est ciuium. et ad sponsam dicitur in Canticis: speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis, filia Aminadab. moduli femorum tuorum similes torquibus opere artificis. non est dubium gressus hic quoque ecclesiae uel animae profectus significari: quam speciosi sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! utique speciosos dicit euangelicae praedicationis et dispu- 2 tationis progressus, ut alibi dicitur: transgredere flumina, hoc est: fluentia et lubrica istius mundi transcurre stabili mentis incessu. quod de animae gressu dici in posterioribus hic ipse Dauid euidenter ostendit, adserens quod torrentem iniquitatum sua anima transisset.

16. Sed reuertamur ad sponsae gressus. quid sibi uult quod addidit in calciamentis speciosos gressus esse ecclesiae? legimus itaque dictum ad Moysen: solue calciamentum pedum tuorum, quo uidetur admonitus, ne corporalibus uinculis teneretur adstrictus. ergo speciosam significat in Canticis animae pulchritudinem, quae carne tamquam calciamento utitur et in ipso calciamento inpedimentum non patitur, sed incessus decore praecellit. calciat se ergo carne anima [ecclesiastica gratia], ut cursum uitae 2 huius et transitum cum decore praetereat. quod fit, si calciamentum

1*Ex. 3, 3 4*Cant. 7, 1 8*Esai. 52, 7 11*Esai. 47, 2 14 cf. Ps. 123, 5 18*Ex. 3, 5

*def. A* 3 ulteriora *GMOv* 5 filiorum *MNTa* 6 similis *Nm1Rm1* operi *Pm2* operae *Engelbrecht* 7 quoque] *add.* sanctae *O* 8 progressus *O* significare *P* quam] quia *M* sunt *om. M* pedes sunt *NRav* 9 euangelizantium pacem *om. P* 10 praedicationes *Rm1* et *om. O* disputationisque gressus *O* 13 gressibus *Mm2NPTa* dicit *GRa* 14 iniquitatem *Rm1* 15 transiret *Mm2NTa* 16 reuertamus *O* addidit] ait *NPTa* 17 speciosus *M* esse gressus *v* est *M*, *om. a* itaque] *fort.* utique 18 dictum] *add.* esse *O* 19 nec *Rm1* adstrictus teneretur *O* 20 igitur *O* 21 carnem *Rm1* in ipso calciamento *om. P* calciamento *om. NTa* 22 impedimento *O* incensus *Rm1* 23 ergo se *GOv* carnem *GOPm1Rm1v* carnis *MNTa* anima] *add.* uel *Tv* ecclesiasticam *O* ecclesia *v* gratiam *OPm1Rv* ecclesiastica gratia *deleui*

suum non inquinet luto corporali nec in uitiorum merset uoraginem, si castiget carnem suam, ne moretur ad cursum et aruinae pinguis pondere degrauetur. bonum calciamentum animae pudicitia est,
3 bonus gressus est in uestigio castitatis. sapientia autem amictus est animae, unde scriptum est: *h o n o r a e a m, e t a m p l e c t e t u r t e.* utamur igitur corpore tamquam calciamento ad inferioris opera uirtutis, ad ministerium, non ad praeceptum, ad obsequium, non ad delectationem, ad oboedientiam, non ad dissensionem et in uia sapientiae uestigium conlocemus, ne gressus nostros uis torrentis aliqua concludat.

17. Ideo ad Moysen dictum est: *s o l u e c a l c i a m e n t u m,* dictum est et ad Iesum Naue, ad Christum autem non est dictum, sed magis scriptum est dicente Baptista: *p o s t m e u e n i t u i r c u i u s n o n s u m d i g n u s c a l c i a m e n t a p o r t a r e,* quia illi bene admonentur ut soluant calciamentum suum, qui sine
2 peccato esse non poterant. hic autem non solum calciamentum non soluit, sed etiam calciamenta aliorum absoluit, quia non solum corpus suum peccatis inmune seruauit, sed etiam omnium dedit indulgentiam peccatorum. ergo ecclesia ad imitationem Christi speciosa est et in calciamentis omni abluta delicto.

18. Et fortasse, quando sapientiam inter perfectos loquitur, speciosa est in superioribus membris; quando autem etiam inferioris status aut doctrinae homines uerbum secuntur, fidei seriem non obliuiscuntur, sacerdotis praecepta custodiunt, speciosa est in calciamentis. plerumque clerus errauit, sacerdos mutauit sententiam,

2 *aruinae pinguis*] cf. Uerg. Aen. 7, 627 5*Prou. 4, 8 11 Ex. 3, 5. Ios. 5, 16 13*Matth. 3, 11 21 cf. I Cor. 2, 6

*def. A* 1 suum *om. P* luto non inquinet *O* mergat *Rm2a* uoragine *ORav* 2 corpus suum *O* 3 praegrauetur *a* 4 est in] est *PRm2Ta, om. N* uestigium *NPRTa* amictus] amica *O* 5 amplectatur a te *G* 6 ergo *Oav* 7 praeceptum *v* praecipitium *GMPRTa* pretium *N* opsequium *G* non delectationem (*om.* ad) *GO* 8 non dissensionem (*om.* ad) *MO* 11 ad *om. M* 12 et *om. OPR* hiesum *GMR* de Christo autem dictum non est *a* 13 babtista *PRm1* 14 portare] soluere *O* 16 non soluit *om. OPR* 17 aliorum] non *OPR* absoluit] non soluit *Gm1* soluit *OPR* 18 suum] *add.* a *GMa* peccati *v* immune peccati *O* inmunem *Rm1* omnibus *O* 22 etiam] iam *O* inferiores *R* 23 hominis *RT* sequuntur (*sic AP*)] *pergit A* 25 sacerdotes *GMa* sacerdotis *NPRT* mutauerunt *GMa* sententia *NT*

diuites cum saeculi istius terreno rege senserunt: populus fidem propriam reseruauit. unde etiam de domino Iesu bene possumus dicere, 2 quia et in his quae corporalia sunt speciosos gressus uerbum habeat, cum de moralibus disputatur. et apostoli ideo fortasse nudis mittuntur pedibus, ne obumbraretur eorum disputatio, sed eluceret. itaque ecclesia, filia Aminadab, hoc est uoluntarii uel beneplaciti, quia uoluntarius eam et beneplacitus congregauit, et in calciamentis speciosa est.

19. Meritoque additum est in Canticis: moduli femorum tuorum similes torquibus opere manuum artificis, ut posteritatis ecclesiae ornamenta canerentur. per femur enim insigne generationis agnoscimus iuxta illud: accingere gladium tuum circum femur, potentissime, quo significatur, quod filius dei, cum semet ipsum exinanisset, uerbi accinctus diuinitatem et generationem calciatus humanam prodiret ex uirgine, omnibus daturus salutem. moduli autem dicuntur ornamenta 2 pretiosa quae suspendi matronarum ceruicibus solent. tantus ergo processus ecclesiae significatur, ut ornamentis pretiosissimis conparatus sit et torquibus triumphantium; haec enim ornamenta sunt bellatorum. unde et Symmachus περιτραχήλια dixit, hoc est quae sunt circa collum. siue ergo generatio Christi ex uirgine siue ecclesiae propagatio specie quidem tamquam manu artificis torquibus adornatis, uere autem uirtutis insignibus spiritalibus ceruices fidelium coronauit.

20. Denique tota ista descriptio membrorum ecclesiae plena decoris et laudis est. nam et umbilicus eius tamquam crater tornatilis praedicatur mixto non deficiens, eo quod in omni doctrina tornatus

4 cf. Matth. 10, 10 9*Cant. 7, 1 12*Ps. 44, 4 14 cf. Phil. 2, 7 20 Symmachus Cant. 7, 1 26 cf. Cant. 7, 2

2 seruauit *N* 3 in *om. a* 5 umbraretur *O* luceret *O* obumbretur—eluceat *a* 6 amminadab *O* 10 similis *Rm1* operi *MNPa* operae *Engelbrecht* 13 gladio tuo *OPm2* circa *NP* super fermur (*sic*) tuum *O* 15 diuinitate—generatione—humana *GMNPTa* 16 omnibus] *add.* esset *A* daret *ex* datur *Mm2* salutem daturus *O* 18 preciosis *O* 19 sit] est *R* triumphantum *OR* 20 simmachus *O* symachus *PR* περιτραχήλια *Engelbrecht* me(ine-)pitrachelia *codd.* μεπιτραχηλια *a* ἐπιτραχήλια *v* dicit *PRv* 23 uerae *v* insigniis *a* 25 discriptio *P* 26 claudis *A* tortiatilis *O* tornatibilis *a* 27 praedicator *GRa*

plenitudine cognitionis et potu non deficiat spiritali et uenter eius non solum aceruo tritici, id est cibis fortioribus caelestis mysterii saginetur, uerum etiam tamquam liliis quibusdam moralium suauitate repleatur.

21. Unde et ipsa tamquam bene merita regina Christi sanguine coronatur, sicut scriptum est: et ornatus capitis tui sicut purpura. sanguis Christi purpura est, qui inficit sanctorum animas, non solum colore resplendens, sed etiam potestate, quia reges facit et meliores reges, quibus regnum donet aeternum.

22. Meritoque ad tantum ecclesiae decorem, cui Christi sanguis inrutilat, spiritus sanctus inclamat: quam pulchra et suauis facta es, caritas, in deliciis tuis! pulchra decore uirtutis, suauis iucunditate gratiae, remissione uitiorum, quam nulla uexat amaritudo peccati, et ipsa iam caritas, quae diligendo dominum ipsius et nomen acceperit, quia deus caritas est.

23. Recte ergo Dauid petit gressus suos dirigi secundum uerbum dei, ut fiant et ipsi speciosi et non dominetur ei iniquitas, quam iure praecauit. sciebat enim et Abraham gressus suos secundum praecepta domini dirigentem et adpetito speciosae uxoris pudore temptatum, sed non confusum et in unici immolatione filii postulata patriae mentis pietate luctatum, sed coronatum, se quoque in furore Saul, incestu Amnon, Abessalon parricidio iniquitatis inprobae feralibus temptationibus adpetitum hoc solo euasisse, quod dirigens gressus suos secundum pietatem domini a paterno non recessit affectu, intra se gemens crimen incesti, a se relegans odia parricidae. filius meus Abessalon, filius meus, inquit, Abessalon, quis dabit mihi mortem pro te? memor naturae pietas, offensae inmemor, de quo ante quaesiuit: puerne uiuit?

1 cf. Cant. 7, 2 6*Cant. 7, 5 11*Cant. 7, 6 15 I Ioh. 4, 16 16 cf. Ps. 118, 133 19 cf. Gen. 12, 15 20 cf. Gen. 22 22 cf. II Reg. 13 25*II Reg. 18, 33 28*II Reg. 18, 29

1 deficit *AMOa* deficiet *N* defecit *R* 2 solum] deficit *O* cibis] cuius *AGR* ut non solum cibis *O* mysteriis *AR* 10 cui *om. Pm1* 11 inflammat *AR* exclamat *Oav* quam] quid *G* 12 est *O* 13 iocunditate *MNOPRa* 14 deum *NOPav* 15 ipsius *om. a* 18 precatus est *Mm2NTa* 19 adpetitu *NPm1a* 20 in *om. O* postlata *a* 21 in *om. MO* 22 incesto *NOR* ammon *Gm2NOPR* (*v*) absalon *Oa* 24 suos *om. M* 26 *pr.* abesalon *O* absalon *a* inquid *Pm1*, *om O* *alt.* absalon *Oa* 27 dabit] *add.* inquit (-id *G*) *AGPR* mihi dabit *O* mihi] *add.* inquid *Mm1*

24. Et fortasse quaerendum sit, qua ratione ante puerum dixit, postea filium nominauit, cur non in utroque aut puerum dixit aut filium. si uiueret, puer erat, quia parricidio petebat patrem; non ergo pietatis nomen accipere debebat, sed infirmitatis, ideoque uir iustus, quod religionis fuit, tacuit, quod infirmitatis, aspersit. ubi uero est mortuus, apud pium patrem personae crimen defecit, naturae nomen remansit.

25. Sequitur: *libera me a calumnia hominum, et custodiam mandata tua.* non unum genus est nostrae adflictionis. est et temptatio, est et calumnia, sed temptatio leuior, calumnia grauior, siquidem temptatio potest esse calumnia, calumnia in se et temptationem habet. est et humana temptatio quam ferre possumus, calumnia autem grauis est. et ideo dominus quae sunt grauiora suscepit et calumniis adpetitus silentium detulit trium-
phale. calumnia autem eo grauior est, quia non solum falsa conponit, 2
uerum etiam quae pie gesta sunt decolorat, ut Ioseph non solum adulterii oblatione temptatus est et inuitamento erilis inlecebrae, uerum etiam temptatus calumniis, conposito, quod ipsum adulterium dominae suae inferre uoluisset conprehensusque exuerit uestem, ne fraudis indicium atque insigne criminis teneretur, cum utique amictum ideo fugiens dereliquerit, ut laqueos conferentis et nexus
inlecebrosae artis euaderet. ipse Dauid senserat quod timebat; qui- 3
bus enim Saul regis calumniis laborauit! perterritis omnibus allophyli impetum lusit et singulari certamine summam belli et totius proelii pondus excepit, uirtute sua solus commune crimen refellens et totius retorquens in hostem plebis obprobrium. et tamen, quia

8*Ps. 118, 134 12 cf. I Cor. 10, 13 14 cf. Matth. 26, 59—63 16 cf. Gen. 39, 10—15

2 qur *P* 3 patebat *Rm1* 5 religioni *AR* 8 Sequitur *om. a, add.* VI *AG* uersus sextus *Rm2* calumniis *M* calomnia *Rm1* 9 et] ut *MNRm2v* tua mandata *M* 11 *pr.* kalumnia *P* (*sic et infra*) 12 est et] est *Pa* 13 autem] aut *A* 17 abiectione *ANRTm1* obiectione *MOPTm2a* incitamento *O* inuitatus ad crimen *a* herilis *Mm2OPm2Ra* puerilis *O* 18 conposito] *add.* elogio *a* ipse *Ov* 21 reliquerit *v* uim inferentis (ferentis *a*) *Oav* (conferre = colloqui; *fort.* se offerentis) 22 euaderit *Rm1* 23 perterritis *v* preteritis *codd.* proterritis *a* (*cf. p. 409, 14 et I Reg. 17, 11*) allophilli *ARm1* allophili *MOPRm2a* 24 *pr.* et *Mm2ORm2v* ut *cet.*, *om. a* 26 torquens *b* ostem *AR* tamen quia] tamquam *Mm1*

iuuenculae dixerunt: Saul triumphauit in milibus, Dauid in decem milibus, gloria in inuidiam uersa odio
4 coepit urgeri. et ut de posterioribus loquamur, Susanna bene sibi conscia erat et apud homines sibi adesse non poterat. duo presbyteri senes falsum testimonium deferebant, numerus sacerdotum atque senectus uocem auferebant puellae, sola conscientia erat apud deum libera: denique hominum damnata iudicio nutu absoluta diuino est.

26. Ideo ait propheta: libera me a calumnia hominum, ut custodiam mandata tua. qui enim obprimitur calumnia, non facile potest custodire mandata diuina, tristitiae necesse est plerumque aut timori cedat et adfligatur uel metu calumniae uel dolore.

27. Sequitur septimus uersus: *uultum tuum inlumina super seruum tuum et doce me iustificationes tuas.* inluminat dominus sanctos suos et lucet in corde iustorum. itaque cum sapientem uideris, cognosce quia descendit super eum dei gloria, inluminauit eius mentem scientiae fulgore cognitionisque
2 diuinae. inluminauit autem etiam corporaliter faciem Moysi et transfigurata est gloria uultus eius, quam uidentes Iudaei trepidauerunt; et ideo factum est, ut Moyses uelamen poneret super faciem suam, ne in eam filii Israel intenderent et superturbarentur. simul declarabatur mysterium, quod illud uelamen, quod in facie Moysi corporaliter ponebatur, in cordibus Iudaeorum mystice poneretur, eo quod ueram legis claritatem uidere non possent. uultus enim Moysi fulgor est legis, fulgor autem legis non in littera, sed in intellectu est spiri-
3 tali. itaque quamdiu uixit Moyses et adloquebatur Iudaeorum populum, uelamen habebat in facie sua, mortuo autem Moyse Iesus Naue

1*I Reg. 18, 7 3 cf. Susanna (Dan. 13) 34 sqq. 8*Ps. 118, 134 13*Ps. 118, 135 18 cf. Ex. 34, 29—33 23 cf. II Cor. 3, 15 27 cf. Ios. 1, 10

2 gloria in *om O* inuidia *O* 3 urgeri *AOav* urgueri *cet.* 4 sibi *om. P* adesse sibi *O* 6 auferebat *P* 7 absoluta nutu *M* est absoluta diuino *v* 8 profeta *AR* calumniis *MNa* 11 est *om. M* 13 Sequitur— uersus *om. a* uersus septimus *NP* 14 iustitias *OPav* 16 descendens *O* 20 imponeret *Ov* suam *om. O* 21 israhel *R* ///// turbarentur *R* perturbarentur *Ov* 22 faciem *AG* 24 fulgor est] fulgorem *AR* 25 *pr.* in *om. AGPR* *alt.* in *om. AMm1NPR* intellectus est spiritalis *Pm2Rm2* 26 uixerat *v* 27 faciem suam *O* hiesus *AGPR*

iam non per uelamen, sed facie reuelata et presbyteros adloquebatur et populum et nemo trepidabat, cum utique et ipsi dixerit deus, quod cum ipso ita esset futurus ut fuit cum Moyse et eum similiter inluminaret gestorum utique, non uultus gloria, hoc significante spiritu sancto, quod uenturus esset Iesus uerus, ad quem si quis conuerteretur et eum uellet audire, de corde suo uelamen auferretur et reuelata facie uerum saluatorem uideret.

28. Ergo deus omnipotens pater, qui in Moysi facie excaecauit populum Iudaeorum non duritia, sed praescientia nec malitia, sed aequitate atque iustitia — ipsi enim sibi posuere uelamen qui legem intellegere noluerunt; *lex enim spiritalis est*, sicut dixit Hebraeus —, is utique secundum illud quod dat unicuique nostrum, in quo non tribuentis, sed diligentis est culpa, iste, inquam, dominus inluminauit cor populi nationum in facie Christi Iesu per eius aduentum, quod euidenter apostolico declaratur exemplo, sicut scriptum habemus: *quoniam deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, inluxit in cordibus nostris ad inluminationem scientiae claritatis dei in facie Christi Iesu.*

29. Ideo ergo dicit Dauid ad dominum Iesum: *uultum tuum inlumina super seruum tuum.* faciem Christi uidere cupiebat, ut mens eius inluminari posset. et secundum incarnationem potest accipi; *multi enim prophetae et iusti uidere uoluerunt*, ut ipse dominus declarauit. quod autem negatum Moysi fuerat, non quaerebat, ut corporaliter dei uultum incorporei uideret, si tamen et Moyses tam sapiens et eruditus hoc potuerit simpliciter magis quam in mysterio postulare. hu- 2
manum tamen est desideria supra nos extendere, nec inmerito faciem

2 cf. Ios. 1, 5  5 cf. II Cor. 3, 16-18  10 cf. II Cor. 3, 15  11 Rom. 7, 14  16 II Cor. 4, 6  20*Ps. 118, 135  23*Luc. 10, 24  25 cf. Ex. 33, 20

2 ipse *APR*  quid *Om1*  3 ita] itaque *ARm1*  futurus *om.N*  eum] *add.* ita *O*  5 uerus Iesus *v*  se *Mm1*  6 auferretur *scripsi* auferret *codd. av*  8 qui *om.O*  9 nec] non *O*  10 uelamen posuerunt *av*  12 hebreis *ARm2* his *Pm1*  nostrorum *O*  13 retribuentis *M*  sed] *add.* non *v*  delinquentis *Pm2*  isti *A* hic *O*  14 faciem *Pm1T*  16 habemus] est *O*  22 possit *AGMm1P*  23 accipi potest *O*  24 cupierunt *O*  25 fuerat moysi *O*  26 in corpore *MNOPTa*  uideret incorporei *v*  *pr.* et *om.NP*  27 misterio *AOPm1R*

eius aduenientis ex uirgine quaerebat uidere, ut inluminaretur in corde, sicut inluminabantur etiam illi qui dicebant: n o n n e c o r n o s t r u m a r d e b a t i n n o b i s, c u m a p e r i r e t n o b i s s c r i p t u r a s? quod si quis ad deum patrem dictum uult uideri, potest accipi uultus patris filius; qui enim uidet filium, uidet et patrem.

30. Inluminat tamen uultus dei secundum quod oculi eius super
iustos habentur. quod cum spiritaliter sit probandum, tamen, quia
incidit inluminationis uultus Moysi historia, ne quis non putet cor-
2 poraliter id fieri potuisse, cognoscat. etenim usu solis multis etiam
pallore confectis totius corporis figura mutatur et ignis uapore cale-
factis species uultus rutilantis offunditur; oriente die rubent terrae
croceo colore perfusae, imaginem de beneficio mutuatae; gemmarum
quoque monilia coruscantia transfundunt finitimis quod ipsa radia-
3 uerint: et miraris, si Moysi uultus diuinae infectus est claritate
praesentiae, miraris, si refulgente dei gratia iusti uaporetur inge-
nium? non dubitauit propheta, qui poposcit inluminari prius, ut
iustitias domini posset addiscere.

31. *D e c u r s u s a q u a r u m d e s c e n d e r u n t o c u l i m e i, q u i a n o n c u s t o d i u i l e g e m t u a m.* granditer affectum paenitentiam gerentis expressit, dicens quod aquarum decursus oculi sui descenderint, siue quia per eos tamquam meatus undantium fluentorum ita exuberantium lacrimarum se quidam ductus effuderit et fletus inrigui continuum quoddam et iuge profluuium, siue quod ipsi descenderint oculi. habet enim hoc uis summi doloris, ut cum lacrimis oculi quodammodo ipsi uideantur descendere, eo quod tanta uis lacrimarum sit, ut putentur oculi in fletus resolui et in lacrimas effundi

2*Luc. 24, 32 5 cf. Ioh. 14, 9 7 cf. Ps. 33, 16 17 cf. Ps. 118, 135 19*Ps. 118, 136

1 ut] cum *A* 9 hystoria *NP*, *add.* teste *Rm2* potet *Rm1* 10 solis] *add.* quod *MNa* 11 pallor contectus *A* mutuatur *Pm1* 12 rutilans *Ta* ostenditur *Av* offenditur *Gm1OPm1R* 13 mutatae *O* 14 quoquo *P* munilia *Am1GMm1NPm1R* radiauerunt *AR* irradiauerit *O* 15 moysis *MR* (*v*) est] sit *Aav* 16 praesentia *A* 17 poscit *O* 18 possit *AGMOPRm1a* poscit *N* 19 *praemittunt* VIII *AGPR* Sequitur uersus octauus *v* descensus *Mm1* decussus *Mm2* 22 oculis suis *AOR* meatis *APm1Rm1* per meatus *a*, *om.* *N* 23 quidem *a* 24 inrigui] *add.* per *a* 28 lachrymis *a*

32. Oculi ergo ipsi tamquam in decursus descendunt aquarum.
quo uerbo impetus deplorantium uehemens expressius declaratur
secundum illud quod in Canticis scriptum est: *fons hortorum,
puteus aquae uiuae et impetus descendens a
Libano.* hic impetus ecclesiam deduxit a Libano, hoc impetu 2
diluuntur peccata, hoc impetu puri fontis spiritus sancti adfuit a
Libano sponsa et a principio fidei transiuit saeculum et pertransiuit
ad regnum. aliis fons est, aliis puteus pro captu nostro gratia spiritalis, aliis *hortus clausus, fons signatus,* aliis hortorum fons qui in ecclesiae dote numeratur, aliis impetus descendens
a Libano et magnus impetus, qui numquam deficit. *non enim* 3
*deficiunt de petra ubera neque nix a Libano
neque aqua quae fertur ualido uento* uirginis
Hierusalem. descendit impetus a Libano, quando collectis in unum apostolis et plurimis credentibus factus est subito de caelo sonus, tamquam ui magna spiritus ferretur, et repleti sunt omnes spiritu sancto diuersitates donante linguarum. bonus impetus qui laedere nesciat, norit inplere.

33. Si quis igitur hunc impetum superuenientis e caelo gratiae uult mereri, descendat etiam ipse oculis in decursus aquarum. qui hunc primum impetum fuderit, illum merebitur. descendit oculis suis in hos ductus aquarum, quae lacrimis inrigauit in euangelio domini pedes, et ideo fidei suae pretio emit animae suae et corporis sanitatem iam non sanguinis proflua, sed gratiae spiritalis.

34. Descendit ergo Dauid propheta; ideo de peccato gratiam rettulit. descendit in aquarum ductus, hoc est: repleuit eos et decurren-

3*Cant. 4, 15 6 cf. Cant. 4, 8 9 Cant. 4, 12 11*Hier. 18, 14
13 cf. Hier. 18, 13 14 cf. Act. 2, 1—4 22 cf. Luc. 7, 38 24 cf. Luc. 8, 44

1 in *om. T, cf. lin. 20* descenderunt *MOv* 2 expressus *NT* 3 ortorum *OP*
5 hic—ecclesiam] hos—ecclesia *GMNPm1RTaμ* 6 deluente *AR* pori *Mm1*
fontis] *add.* et *AMNOv* affluit *Nav* 7 a *om. AR* 12 deficiunt *om. O*
13 defertur *Mm2* uirgini *Rm1Tm2a* uirgine *Rm2* 14 descendunt *Rm2*
impetu *GOR* 15 pluribus *a* 16 magnam *A* 17 diuersitate *A* donantis
*APm1Rm1* donantes *G* 18 nesciat] faciat *Gm1* nolit *GM* 20 in *om. N*
21 descendit] *add.* in *O* 22 ductis *Rm1* euangelium *A* 24 profluam *GMNT*
profluuio *O* profluas et *ARm1* proflua et *Rm2* 25 Dauid *om. N* retulit
*codd. praeter Pm1, av* 26 relauit *AR* deleuit *GM*

tium aquarum lacrimis suis fluenta cumulauit aut inanes et uacuos
ductus solis repleuit fletibus. an, quod elocutionis moralis quidam
2 sensus ostendit, descendit in aquarum ductus, transiuit eos? et
possemus dicere: 'transcendit eos et supergressus est', sed minuitur
uis eloquii, quo uis maior afluentiae descendentis quam ascendentis
exprimitur. uide, rogo, quid de usu uerba habeant, ut impetum suum
sermo propheticus non amittat, licet usus ipse scriptorum sensui
3 seruire maiore decore consueuerit. diuerse hoc et saepe significauit
et propemodum incrementa semper adsumpsit. dixit enim primo: *lauabo per singulas noctes lectum meum, in lacrimis stratum meum rigabo.* dixit iterum: *fuerunt mihi lacrimae meae panis.* dixit etiam: *et potum meum cum fletu miscebam.* hic addidit dicens: *decursus aquarum descenderunt oculi mei.*

35. Hoc secutus in Threnis Hieremias affectum doloris expressit,
uim oculi descendentis imitatus; sic enim habes: *defecerunt in lacrimas oculi mei; oculi mei caligauerunt.*
tamquam descendunt oculi qui deficiunt in lacrimis. et alibi:
*oculus meus absortus est.* sed plus est aquam lacrimis
2 uincere quam oculos absorberi fletibus. et alibi idem Hieremias: *exclamauit cor eorum ad dominum: muri filiae Sion deducant torrentes, fluant lacrimas die ac nocte; noli dare tibi requiem, non sileat pupilla oculi tui.* oculi igitur, qui torrentes deducunt lacrimis

10*Ps. 6, 7 11*Ps. 41, 4 12 Ps. 101, 10 14*Ps. 118, 136 16*Thren. 2, 11. 5, 17 19*Thren. 3, 49 21*Thren. 2, 18

2 ductus] suo *Gm1* an] aut *AOv* ante *N* eloqutionis *P* 3 ostenditur *Mm2* et] ut *Pm2* 4 possimus *AGm1Pm2* possumus *Gm2MO Rm2* eos *om. O* 5 quod *O* maioris *O* affluentiae *GMNOPm2Rm2av* 6 rogo] ergo *Mm2NO* ut *om. codd. praeter O, a* 7 ammittat *P* 9 propter modum *MNT* pro modo *ex* pro modum *Rm2* 10 leuabo *Rm1* in *del. M, om. NOv* 11 lacrimis] *add.* meis *Mm2NOb* 12 panes *APm2ORm2av* 15 sequtus *P* 17 lacrimis *Pm2ab* *alt.* oculi—caligauerunt] conturbatum est cor meum *v* 18 in *om. O* lacrimas *M* 19 absorbtus *N* absorptus *av* aqua *AR* aquas *OPav* 20 oculus *Mm1* fletu *ex* fletus *R* 22 deducunt *GM* ducant *NPa* 23 tibi *om. M*

suis, ipsi ductus aquarum descendunt, hoc est cumulant, ut faciant eos suis augentes fletibus impetu exundare torrentium.

36. Sunt tamen codices qui habeant: *διεξόδους ὑδάτων κατεβίβασαν οἱ ὀφθαλμοί μου*, hoc est: d u c t u s a q u a r u m d e u e x e r u n t o c u l i m e i. sed ego in Graeco codice meo *κατέβησαν* legi, hoc est: d e s c e n d e r u n t. in quo potest fieri, ut in utramlibet partem duarum adiectione aut deminutione litterarum scriptor errauerit.

37. Et habuit quidem multa quae fleret, uel incestum filiae uel
interitum filiorum, sed hic non hoc fleuisse se dicit, sed quia non
custodiuit legem domini. a sancto uiro plus culpa quam aerumna
defletur. fleuit itaque, quando Nathan ei de Uriae morte indignati-
onem domini nuntiauit, et peccatum suum de praeuaricatione legis
agnouit. denique filio in aegritudine constituto neque cibum sumpsit 2
neque regium thronum aut cubile conscendit, sed stratus in terra
ieiuna ora lacrimis diluebat, non tam filii mortem quam peccati poe-
nam in illo lauare desiderans. fleuit, quando numerato populo re-
pente corde percussus est. denique: p e c c a u i, inquit, g r a-
u i t e r, p e c c a u i s t u l t e. fleuit igitur primo, quia elatus regia 3
potestate quaerendo numerum plebis mensuram egressus est condicionis humanae, deinde quia sui erroris pretio uindicabatur in plebem. sed a domino haec proposita poena fuerat, non a rege est postulata. domini tamen se committendo misericordiae electionis causam probauit, simul, quia propter eum populus laborabat, ipse se offerendo pro populo elationis soluit iniuriam, pietatis probauit affectum.

4.6*Ps. 118, 136 10 cf. Ps. 118, 136 12 cf. II Reg. 12, 9—12 14 cf. II Reg. 12, 15—16 18*II Reg. 24, 10

1 cumulant *O cod. Monac. 2564* cumulantur *cet. av, cf. pag. 394, 1* 3 habent *AMm1* *Graeca plus minus corrupta in codd. a, om. N* διεξόδοις *v* 5 deuexerunt *scripsi* duxerunt *O* direxerunt *cet. av, cf. p. 378, 2* 7 fierit *P* uramlibet *Am1Pm1* utrumlibet *Mm1* abiectione *A* diminutione *codd. praeter R, av* 9 in celestium *Mm1* 10 initium *Mm1* se *om. R* 12 ei Nathan *av* urim *N* uri *Pm1Rm1* 16 deluebat *Pm2* fili *ARm1* peccati] *add.* sui *v* 17 leuare *GPm1v* lauari *O* 18 perculsus *MOPm2 v* percursus *Pm1* 20 conditionis *codd. praeter M, av* 21 sui] sub *O* 22 plena *Am1R* postolata *Rm1* 24 ipse] ipseque *a* 25 electionis *AGOPR*

## XVIII.
## LITTERA SADE.

1. Sequitur psalmi centesimi octaui decimi 'Sade' littera octaua decima, quae Latina interpretatione dicitur 'consolatio'. post more torrentium lacrimas profluentes et graues fletus doloris oportebat consolationem sequi. nam et qui in doloribus sunt, consolatione indigent, et qui grauibus aerumnis poenas commissorum luerunt criminum, sperant indulgentiam, et qui fletibus et lacrimis propria delicta lauerunt, requiem promerentur.

2. Haec omnia in scripturis diuinis qui quaerit, inuenit. nam et primum illud, ut in dolore positos consolemur, docet illa, quae in libro Hieremiae flebiliter clamat ad captiuos et exules Iudaeorum: ite, proficiscimini, filii; ego enim derelicta sum deserta. exui me stolam pacis, indui autem stolam precationis meae et clamabo ad excelsum in diebus meis. animo aequo estote, filii, clamate ad dominum et extrahet uos de manu principum inimicorum. ego enim speraui in illo aeterno salutem uestram. credentibus
2 igitur in dominum est in domini misericordia consolatio. est etiam aliud consolationis genus his qui graues soluerint poenas, ut habes scriptum in Esaiae libro: consolamini consolamini populum meum, dicit dominus. sacerdotes, loquimini in cor Hierusalem, consolamini eam, quoniam repleta est humiliatio eius; solutum est peccatum eius, quoniam accepit
3 de manu domini duplicia peccata sua. etiamsi

13*Bar. 4, 19—22 22*Esai. 40. 1—2

3 psalmi—decimi *om.av* octaui decimi *om.M* zadik *a* decima octaua *v*, *om.O* 4 in morem *O* 5 defluentes *a* oportune *ANPm1RT* oportunam *GM* 6 consolationem—sunt *OPs-l.m1a* (*om.* et) *v*, *om. cet.* consolatione] consolationem *GM* consolationis *NT* 7 quia *AR* 10 et *om.AOv* 12 clamabat *O* 14 sum] *add.* et *Rm2* exue *Pm1* *pr.* stola *GMNa* 17 deum *a* extrahit *ARm1* 19 uestrorum *Mm1* 21 his genus *G* iis *v* 22 isaiae *GMO*(*v*) *alt.* consolamini *om.AGNPR* 24 corde *M* 26 quia *O*

fides deerat, poena satisfecerat; releuantur solutione poenarum qui 3
non absoluuntur commendatione meritorum. tertium est, cum lacrimis crimen abluitur, ut est illud: discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. quod etiam hoc loco et plerisque locis in libro Psalmorum facile repperitur.

3. Consolatio igitur prima ordine, quoniam non obliuiscitur deus facere misericordiam neque in aeternum proicit quos putauerit cohercendos. secunda, quod decursis suppliciis, quae propter peccata
nostra tolerauimus, ad ueniam pertinemus. unde nonnulli philosophi 2
disputarunt obesse inprobis absolutionem, prodesse mortem, quod in illa incentiuum sit delinquendi, in morte autem finis peccati. quod adsumptum esse de nostris cui dubium, cum in Prouerbiis Salomonis sit: qui parcit baculo, odit filium suum, castigat autem dominus quem diligit, et infra: flagellum equo et stimulus asino imperat, uirga autem nationi inprudenti? poena enim corrigit et
emendat errantem. si talis est qui emendari non queat, aufertur e 3
medio, ne grauiora committat; mortuus enim iam nescit errare. ideoque Ecclesiastes ait: et laudaui ego mortuos magis quam uiuentes, et optimus supra hos qui nondum natus est, qui non uidit hoc opus mali. mortuus praefertur uiuenti, quia peccare desiuit, mortuo praefertur qui natus non est, quia peccare nesciuit.

4. Nunc dicamus etiam de his qui poenas scelerum soluerunt suorum. nonne isti tulerunt culpae pretium et iam non integra his

3 Ps. 6, 9 7 cf. Ps. 76, 10. 8 10 cf. Plat. Gorg. p. 479, cap. 35 14*Prou. 13, 24 *Prou. 3, 12 15 *Prou. 26, 3 20*Eccle. 4, 2—3

2 non *O*, *om. cet. av* 6 reperitur *GMNORm2av* 7 primo *GMRm2*, *add.* mane *Mm1* ordine] *add.* est *a* 10 filosofi *A* 11 disputauerunt *NOPav* obesse *om.O* 12 sit incentiuum *v* finis peccati (delicti *v*) quod *O cod. Monac. 2564 v* finis quod *Pm2*, *om. cet. a* 13 absumptum *a* 16 inperat *P* 18 nequeat *O* 19 enim] est enim *O* errare nescit *O* 20 mortuus *Rm1* 21 et *om.O* optimos *ARm1* op(ob-)timum *GMNPa*, *add.* iudicaui *a* hos] *add.* eum *a* 24 natus non] nondum natus *O* 25 iis *v* suorum soluerunt *O*

poena debetur? clamat per Esaiam dominus: consolamini
populum meum, quia recepit de manu domini
2 duplicia peccata. discite unde Plato haec sumpserit.
eruditionis gratia in Aegyptum profectus, ut Moysi legis
oracula, prophetarum dicta cognosceret, audiuit consolationem
populi, qui supra peccati modum uidebatur fuisse punitus,
et hunc locum quadam adopertum dote uerborum in dialogum
3 transtulit quem scripsit de uirtute. quem locum tamen dominus
in euangelio plenius conprehendit et apertius declarauit, dicens
per Abrahae personam ad illum diuitem saeculi huius: fili,
recordare quia recepisti bona in uita tua
et Lazarus similiter mala; nunc autem hic
consolationem habet, tu uero cruciaris. et
in his omnibus inter uos et nos chaos magnum
firmatum est, ut hi qui ueniunt hinc transire
ad uos non possint neque inde huc transmeare.
sed iam audiamus quid iustus in consolando se loquatur.

5. *Iustus es, domine, et rectum iudicium
tuum. [mandasti iustitiam testimonia tua et
ueritatem tuam nimis.]* uere iustus uir qui lacrimis pro-
fluens, inuolutus aerumnis, graui supplicio delicta persoluens non
taedio uincitur, non metu frangitur, non labore lassatur, non in-
2 gratus aut tristis est. plerumque enim uulgus hominum sua de-
licta non reputans iniuste se putat tolerare quae patitur. at uero
uir iustus, qui se ipsum statim in exordio sermonis accusat, iusti-
tiam domini praedicat, quod meritis suis digna patiatur. dicendo
autem iustum deum de sua quidem iniustitia ante pronuntiat,
sed de iustitia domini sperat et ueniam. iustus enim non semper

1*Esai. 40, 1—2  3 cf. Pindar. apud Plat. Menon p. 81 B  10*Luc. 16, 25—26  18 Ps. 118, 137 [138]  25 cf. Prou. 18, 17  28 cf. Ps. 102, 9

3 peccata] *add.* sua *Oa*  dicite *NOTa*  haec] hunc *O*  4 profectum *O*  moysis *PR* (*v*), *add.* gesta *Ov*  5 oracula] *add.* et *NPTa*  cognoscerit *Rm1*  7 dialocum *Pm1*  10 habrae (h *del.*) *P*  13 habet] recepit *O*  14 nos et uos *GMNTav*  cahos *P*  15 hii *GM* ii *v*  ueniunt *APR* uolunt *cet. av*  ad uos hinc transire *O*  18 *praemittunt* I *APR*  19 tuum] *add.* II *APR* secundus *N*  mandasti—20 nimis *om.a, cf. p. 401, 19*  iustitiam] iudicia et *Am2R* iustitiam et *O*  24 repetens *codd. praeter OPm2, a*  iniusta *O*  tolerari *AR*

irascitur; sicut ultor culpae, ita moderator est poenae, sicut uindex
peccatorum, ita remunerator est uirtutum optimorumque meri-
torum. qui uult dare praemium, debet spectare certamen, quia 3
nemo sine certamine coronatur. sinit ergo nos saepe temptari,
uolens iuste praemia dare luctanti utique, non dormienti. non
decet redimitos floribus corona, sed puluerulentos nec molles deli-
ciis, sed labore exercitatos ornat uictoria.

6. Iustus ergo in aduersis suis iustitiam dei laudat. sed non
hoc sentit amissis teneris parens liberis, non inmaturo nuptae
uiduatus consortio, non aeger in dolore, non naufragus
in periculo, non reus in iudicio, non captiuus in laqueo. clamat
tamen Hieremias, cum futurae adnuntians populis captiuitatis
aerumnam in luti uoragine turpi necandus inluuie mergeretur:
iustus es, domine. clamat iterum, cum uictae plebis mise- 2
randis seruitiis angeretur: iustus est dominus, quia
os eius inritaui. a foris sine filiis fecit et
ab intus mors. clamabant Hebraei, cum propter uirtutem
deuotionis et fidei gratiam fornacis ardentis ambirentur incendiis:
iustus es in omnibus quae fecisti et ideo merue-
runt, ut inlaesi ignibus domini iustitias praedicarent. Danihel 3
quoque propheta secundo in lacum missus leonum et inmanium
ferarum saeuitia atque horrore circumdatus recta omnia in con-
spectu esse domini inperterrito clamore iactabat. Ionas inclusus
utero bestiali anhelandi spiritus uix habens commeatum iustus

4 cf. II Tim. 2, 5   12 cf. Hier. 45 (38), 1—6   14 Hier. 12, 1
15*Thren. 1, 18.20   19*Dan. 3, 27   21 cf. Dan. 6, 22

1 sicut] *add.* enim *av*   uindex] *add.* est *O*   3 expectare *Mm2NPm2Ta*
4 coronabitur *NPTa*   6 redimitus *ARm1*   puluerulentus *ARm1*   diliciis
*ARm1*   7 sed] *add.* duros *v*   exercitos *GMNPm1T* exercitii *v*   8 dei
iustitiam *AR*   11 captus *O*   clamabat *Mv*   13 uoraginem *MNOPv*
14 clamabat *GMNOPav*   qum *Pm1*   mirandis *Om1*   15 es *ARm1*   qui *Pm1*
16 eius] *add.* ad iracundiam *AMm2NPRTa*   inritauit *GMNPv* irritauimus *O*,
*add.* et sub alia littera *Ta*   a] ita *ANPRTa*   17 mors] moris *Rm1* moribus *Rm2*,
*add.* hoc est: sicut in paradiso fecit, ita et in huius seculi erumna deseuit. inuidia
enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum. iustus es, domine, *Tm2a*   19 es]
*add.* domine *GMNRav*   20 daniel *GMOPav*   22 terrore *ex* errore *Pm2*
23 iactabat—*p. 403, 5* exquisi—*desunt in A*

iniustorum sorte damnatus clamabat de uentre ceti in mari: *cum
uoce laudis et confessionis supplico tibi.*
4 Dauid cum fugeret a facie Abessalon parricidalibus armis et telis
pulsus et regno egressus, cum pro totius populi se offerret exci-
dio, dicebat: *iustus es, domine, et rectum iudi-
cium tuum. grex innocens iste quid fecit?
ego pastor feci malignum.* apud iustum deum poena
5 de culpae auctore sumatur. ipse pater fidei Abraham, cum ad
immolandum unicus a sene filius posceretur, paternae pietatis
affectum diuinae confessione iustitiae temperabat dicens: *iustus
es, domine.* non enim poscis alienum, sed tuum reposcis;
ipsum tibi restituo quem dedisti. hunc imitatus Iob extinctis liberis
patrimonioque nudatus amisso amictum sui corporis scindens
ait: *nudus natus sum, nudus,* inquit, *et moriar.
dominus dedit, dominus abstulit; sit nomen
domini benedictum.*

7. Omnes ergo iustum dominum praedicemus. et qui mori-
bunda sepulchro sua membra conponit et qui damno feritur aut
funere filiorum, dicat: *iustus es, domine.* quid enim
nostrum amittimus? clamat apostolus: *quid habes quod
non accepisti?* quod habemus ergo accepimus, quod igitur
2 amittimus reddimus, non amittimus. iustus dominus in periculis,
iustus in damnis, iustus in ultionibus est, non solum quia unus-
quisque iuste culpae suae pretium luit, uerum etiam quia, dum
unus punitur, plurimi corriguntur. Ananias in Actibus aposto-
lorum fraudati pretii, quod de agri uenditione perceperat, crimen
3 admisit, qui potuerat nihil offerre et crimen euadere. uerum ne
quis inpune circumscribendos apostolos arbitraretur aut miseri-

1*Ion. 2, 10 5 Ps. 118, 137 6*II Reg. 24, 17 10.19 Ps. 118, 137
14*Hiob 2, 21 20 I Cor. 4, 7 25 cf. Act. 5, 1—5

*def. A* 2 noto *GM* 3 absalon *GOa* parricidalis *O* telis *scripsi* terris *codd. av*
7 malum *MNRm2Ta* 8 fide *R* 9 sene] se *T* 11 sed] si *Pm1* 13 matri-
monioque *M* 14 sum natus *O* inquid *GMPm1* 17 moribunda] *add.* de *a*
18 feretur *Rm1* 19 dn̄s *GMPR* 22 *pr.* admittimus *Rm1* ammittimus
(*bis*) *P* iustus] *add.* est *O* 24 pretium] poenas *in ras. T, a* 25 Annanias
et saphira *a* 26 agri] *add.* sui *MNOv* perceperant *a* 27 admiserat *M*
admiserunt *a* poterant *a* conferre *O* 28 arbitretur *G*

cordiae suae munus fraude contaminaret perfidiae, morti addictus aeternae uniuersos ad fidei studium iusto terrore conposuit. Pharao cum populo suo fluctibus mersus mundanae conuersationis exemplum est, ne quis dei populum persequatur. denique potuit deus 4 eum uoluntati suae facere oboedientem, sed eius poena omnes uoluit emendari, ideoque dicit ad eum dominus: quia ad hoc ipsum te suscitaui, ut ostendam in te uirtutem meam et adnuntietur nomen meum in uniuersa terra. non utique dominus suae laudis, sed nostrae correctionis incrementa quaerebat.

8. Omnes ergo sapientes dicunt: iustus es, domine, et rectum iudicium tuum. neque enim tradimur aduersariis sine iudicio ipsius neque sine ipsius iudicio in tribulationes uenimus. haec iustorum est consolatio, hoc est domini iudicium. denique et supra habes: memor fui iudiciorum tuorum quae a saeculo sunt et me consolatus sum. aduertis ergo quia domini iudicia consolationes sunt.

9. *Mandasti iustitiam testimonia tua et ueritatem tuam nimis.* utrum 'nimis mandasti' an 'nimiam ueritatem'? sed et nimia ueritas plena laudis et nimium mandare prouidentiae atque cautelae est. etenim infirmos nouerat; ideo saepius admonebat, ut non obliuiscerentur.

10. Sequitur uersus tertius: *exquisiuit me zelus domus tuae, quoniam inimici mei obliti sunt uerborum tuorum.* est zelus ad uitam et est zelus ad mortem. ad uitam zelus est diuina praecepta seruare et amore domini eius custodire mandata, ut fecit Phinees, de quo legimus in Numeris dicente

6*Ex. 9, 16 11 Ps. 118, 137 15*Ps. 118, 52 19 Ps. 118, 138 24*Ps. 118, 139

*def. A* 1 contaminare *GMNOPm1Ra* addictos *Tm2a* 2 aeternae] *add.* perfidos *Tm2a* farao *GMR* 4 deus *om. GM* eum deus *Oav* 5 uoluntatis *Rm1a* 10 correptionis *Om2Ta* 13 tribulatione *O* 17 iudicia domini *av* consolationi*(s *eras.*) *Pm1* consolatione *Rm1* 19 iustiam *G*, *add.* et *PR* 20 an] aut *O* 21 ueritatem] *add.* tuam *O* 22 mundare *Rm1* 23 ammonebat *O* admonebatur *R* 24 Sequitur—tertius *om a* secundus *O* 25 inimici mei *post* tuorum *tr. v* 28 finees *codd.*

domino ad Moysen: Phinees filius Eleazar filii Aaron sacerdotis sedauit furorem meum a filiis Israel in eo quod aemulatus est zelum meum in illis. et non consummaui filios Israel in zelo meo. sic dixi: ecce ego do ei testamentum pacis et erit illi et semini eius post eum testamentum sacerdotii aeternum, propter quod aemulatus est deum suum et non exorauit pro
2 filiis Israel. caesa iacebant uiginti quattuor milia populorum; tendebat poena in omnes nec ullus finis exitii. adripuit siromasten Phinees, duos occidit interdicta sibi consuetudine copulatos, redemit omnes, indignationem domini mitigauit, dedit uictoriam quibus negabat salutem. quam salutaris igitur est dei zelus!

11. Non unius temporis illud uitium fuit; et nunc Madianitis miscetur Iudaeo. Madianitis est quae nullo est uxoris legitimae copulata coniugio, nullo fidei iuncta consortio. Madianitis est haereticorum perfidia, cum populum dei temptat. quam multis populis meretrix ista feralis inrepsit, quae publico funere totum populum
2 communi morte tumulauit! ueni et nunc, Phinees, arripe gladium uerbi, interfice perfidiam, iugulato haeresim, ne propter eam populus uniuersus intereat. urget ira caelestis: percute ipsam uuluam impietatis generatoriumque perfidiae, ne partus formetur infelix, ne adulterina conceptio diffundat seminarium praeuaricationis et sceleris, ut dominus tecum statuat testamentum pacis et testamentum gra-
3 tiae, testamentum promissionum caelestium. zelum habere debet sacerdos, qui incorruptam seruare studet ecclesiae castitatem, et ideo princeps sacerdotum dicit: zelus domus tuae conrodit

1*Num. 25, 11—13 9 cf. Num. 25, 7—9 27*Ioh. 2, 17. Ps. 68, 10

*def. A* 1 finees *MNPR* 3 israhel *MNPR* quo *Pm1R* 4 israhel *MR* 5 sicut *GMNav* dixit *Gm1P* ego ecce *O* testimonium *N* 8 dominum *O* 9 israhel *MR* XXIIII *GNOPR* 10 siro(-u- *Gm1*)masthen finees *codd.* 11 copolatos *M n1* copulatus *Pm1* 13 est igitur *av* 14.15.16 madianites *O* 16 coniuncta *NOP* 19 finees *codd.* 20 interficere *Mm1* heresim *MOPR* eum *GMNPm1R* 21 urguet *MNP* 22 generatoriamque *M* 24 te constituat *G* statuat tecum *O* et *om.O* gratiae] *add.* et *Pm2* 25 testamentum *om.G* promissorum *O* debet habere *O* 26 studet seruare *O* 27 dixit *μ* zelus—me *om.N* cōmedit *GO* deuorauit *av*

me. et Phinees sacerdos erat et nepos sacerdotis et filius sacerdotis. bonus zelus et utilis in sacerdote, praecipue ne neglegens, ne remissus sit. melius est ut unius aut duorum damnatione plurimi liberentur quam duorum absolutione plures periclitentur.

12. E x q u i s i u i t, inquit, m e z e l u s d o m u s t u a e. uides quia zelus dei gratia est, qui exquirit, qui superuenit, qui se iusti infundit pectori. zelus dei uita est. denique dominus ait: z e l u s d o m u s t u a e d e u o r a u i t m e. sicut enim ante in Adam deuorauerat hominem mors praeualens, ita zelus deuorauit quem uiuificauit in Christo. zelum habuit Helias et ideo raptus 2
ad caelum est — z e l a n s, inquit, z e l a u i d o m i n u m —, zelum Mattathias Butanus, qui aduersus sacrilegia Antiochi excitauit dei plebem. zelum qui habent omnes sibi inimicos suos putant qui sunt hostes dei, quamuis patrem fratres sorores; de omnibus dicit: i n h o s t e s f a c t i s u n t m i h i, sicut Dauid ait. quid multa? apostolus quoque domini hoc declaratus est nomine, ut Iudas Zelotes diceretur, sicut legimus in euangelio.

13. Zelo fidei populus gentilium uitam sibi adquisiuit aeternam, quam neglegentia atque desidia Iudaeorum populus amisit. ideoque scriptum est: z e l u s a d p r e h e n d e t p o p u l u m i n e r u d i t u m. quoniam populus, qui erat eruditus in lege, nullum fidei habebat ardorem. contulit se zelus ad gentes, cuius tanta est gratia, ut electionis praerogatiuam uicerit, ut eruditionis industriam superarit. denique adprehendens populum ineruditum fecit esse meliorem. itaque ea gratia operatus 2

5*Ps. 118, 139 8*Ioh. 2, 17. Ps. 68, 10 11*III Reg. 19, 10 12 cf. I Mach. 2 15*Ps. 138, 22 16 cf. Luc. 6, 15 20*Esai. 26, 11

1 finees *codd.* 2 *alt.* ne *om.GMm1N* 5 (exquisi)uit] *pergit A* inquid *GMPm1* me inquit *NO* me *om.APR* 7 peccatori *AMm1* 8 in *om.AR* 11 est ad caelum *AR* zelum *P* 12 zelum] *add.* habuit *av* mathias *APm1Rm1* mathathias *GMNORm2a* matathias *Pm2v*, *add.* habuit *GMm2O* Butanus] anus *G*, *del. M*, *om.O*, *add.* habuit *Rm2* anthiochi *MOP* 13 qui] que *R* omnes] *add.* qui *Rm2* 14 sint *Am2OR* fratrem *AGPR* de *om.a* dicit] *similis transitus a plurali ad singularem numerum cap. 31 init.* 20 ammisit *P* ideo (*om.* que) *MNv* adprehendit *codd. av* (λήμψεται) 21 eruditus] ineruditos *Mm1* 22 ad gentes zelus *M* 23 uinceret *Rm2* 24 ut *AR* (*del.*) et *cet. av* superarit *A*, *om. cet. av* prehendens *GMm1* 25 operatus (*scil.* zelus) *scripsi* operata *codd. av*

est in populo nationum, ut hereditatem domini mereretur, qua operatus est dominus, ut ecclesiam sibi ex nationibus copularet. zelus ergo caritas est. denique *ualida est sicut mors caritas, durus sicut inferi zelus.* durus zelus quem uitae huius nulla uincit inlecebra, durus sicut inferi, per quem peccato morimur, ut uiuamus deo.

14. Angeli quoque sine zelo nihil sunt et substantiae suae amittunt praerogatiuam, nisi eam zeli ardore sustentent. denique in Apocalypsi Iohannis dominus ad angelum Laodiciae dicit: *scio opera tua; neque frigidus es neque calidus. utinam frigidus esses uel calidus! sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. quia dicis quod diues sum et ditatus et nullius egeo, et nescis quod tu es miser et miserabilis et mendicus et nudus et caecus, consulo tibi ut emas a me aurum igne probatum.* hic est dei zelus, hoc est fidei uapor deuotionisque feruor, qui nos uelut suauem cibum in Christo remollit et format. quanta domini gratia, ut nos in suo ore constituat et quasdam meritorum nostrorum epuletur dapes ac, si meremur, deuoret, si nostri cibi suauitatibus delectetur! beatus quem sapientia deuorauerit, quem uirtus hauserit, quem iustitia receperit. culpa in eo habere non potest portionem quem absorbuerit remissio peccatorum. ubi eum error inueniet quem integritas inmaculata susceperit?

15. Et quid miremur, si angeli eum habent? ipse deus pater ait: *zelans zelabo Hierusalem zelo magno.* quia magnus deus, ideo et zelus eius magnus est et pro uniuscui-

3*Cant. 8, 6 5 cf. Rom. 6, 10 10*Apoc. 3, 15—18 21 sqq.] cf. I Cor. 1, 30 27*Zach. 8, 2

1 meretur *R* quam *a* 2 gentibus *O* 5 uincat *O* 8 ammittunt *P* 9 apocalipsi *MNOP* laudotiae *N* laudiciae *P* laodeciae *Rm1* 10 tua] *add.* quia *a* 11 uel] aut *Pm1av* 13 quod] quia *N*, *om.* *Rv* 14 quia *O* 17 zelos *Mm1* hoc] hic *AMNav* deuotionis (*om.* que) *a* 18 uelud *Rm1* 20 quastam *A* 21 sibi *A* cybi *GM* 23 absoruuerit *Pm1* 24 eum] eaim *MNav* inueniat *AOR* 26 meremur *Mm1* miramur *Rm2* eam *GMNOPR* 28 deus magnus *Oav* et *om.* *MRm1* eius *om.* *AR*

usque potentiae qualitate ita zelus aut mediocris aut magnus est. zelo uindicatur Hierusalem, zelo ecclesia congregatur, zelo fides adquiritur, zelo pudicitia possidetur. dominus quoque Iesus ait: zelus domus tuae comedit me, increpans Iudaeos, quod domum orationis fecerint speluncam latronum, fecerint et domum negotiationis.

16. Sed non solum locum ecclesiae zelare debemus, sed hanc quoque interiorem in nobis domum dei, ne sit domus negotiationis aut spelunca latronum. si enim lucra, quaestus pecuniae et emolumenta aucupemur, domum negotiationis fecimus; si inuadamus alienas possessiones, fines uiduae uel minorum, fecimus speluncam latronum. ergo ueniat uerbum dei et de hac domo proiciat fures direptores caupones, ut mundum sit cor tuum, pectus tuum.

17. Sed est zelus ad culpam, est zelus ad gratiam. nam et ipse Dauid ait: zelaui in peccatoribus pacem, et in Ecclesiastico scriptum est: non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinae nequam, et mulier zelotypa in mulierem fidelem iure reprehenditur. aduertimus ergo, quod mensura quaedam et disciplina sit zeli, sicut disciplina uirtutis. et ideo beatus qui zeli nouerit disciplinam et oderit eos, qui domini gratiam relinquentes salutem propriam deserant, errorem sibi fraudis adsciscant.

18. Ideoque ait: quoniam obliti sunt uerborum tuorum inimici mei. qui sunt isti inimici? si populus Iudaeorum, quomodo inimici erant sub eius imperio constituti? Dauid enim Iudaeos omnes regno proprio gubernabat. si gentiles, quomodo obliti uerborum dei qui legem domini nesciebant? nemo enim nisi id quod acceperit obliuisci potest. illi ergo inimici mei 2

4 Ioh. 2, 17 5 cf. Matth. 21, 13. Ioh. 2, 16 15*Ps. 72, 3 16*Eccli. 9, 1 18 cf. Eccli. 26, 6 (8) 23*Ps. 118, 139

1 equalitate *O* ita] *add.* et *a* 3 Iesus *om. Rm1* 7 zelari *O* 8 domus] domum *A* 9 et *om. Ov* 10 accupemur *A* inuademus *Pm1* 11 possessionis *Mm1* 12 ergo *om NT* ueniat ergo *av* domu *Pm1* 14 *alt.* est] *add.* et *Ov* 18 zelotipa *MOP* muliere fidele *a* deprehenditur *O* 22 deserunt *a* errores *Ov* fraude *O* asciscunt *a* 24 si] nisi *O* 25 quomodo—constituti *om. O* 25 inperio *P* 27 domini] dei *O*

qui inimici tui, qui dominum [proprie] in sua uenientem non erant recepturi. hos graues hostes, hos inimicos suos propheta testatur, non qui sibi essent, sed qui Christo rebelles. denique alibi dicit: e t  s u p e r  i n i m i c o s  t u o s  t a b e s c e b a m,  i u s t o  o d i o  o d e r a m  i l l o s, grauiora putans arma perfidiae esse quam pugnae; nemo enim grauior hostis omnium quam qui om-
3 nium laedit auctorem. ideo ergo zelo magno adquisitus est populus nationum, quoniam a suo deus populo negabatur; nec enim poterant aut fidei deuotionem aut disciplinam tenere uirtutis, qui memoriam praeceptorum caelestium non tenebant. sic Adam de paradiso eiectus, sic populus Iudaeorum de praerogatiua electionis exclusus est.

19. Sequitur uersus quartus: *i g n i t u m  e l o q u i u m  t u u m  n i m i s,  e t  s e r u u s  t u u s  d i l e x i t  i l l u d.* ignem quidem dominus misit in terram, non ut eam Sodomitano rursus, sicut scriptum est, arderet incendio nec ut eam donatae munere fecunditatis aut usu uel flore uiriditatis excluderet; opus enim suum dominus probare magis atque augere quam minuere aut damnare consueuit. neque uero dignum erat, ut elementa innoxia nostri
2 luerent sceleris ultionem. quid natura deliquerat, si adulta iam suboles errauit? non erat partus in uitio, si deuio lapsa est errore progenies, sed usus in culpa. quem ergo dominus ignem in nouo sparsit testamento? qui secretos mentium diuinae cognitionis ardore inflammaret affectus, qui uaporem fidei et deuotionis adoleret, qui cupiditatem uirtutis accenderet. hoc igne calefactus Hieremias dicit: e t  e r a t  i g n i s  f l a m m i g e r a n s  i n

1 cf. Ioh. 1, 11 4*Ps. 138, 21—22 13*Ps. 118, 140 14 cf. Luc. 12, 49 15 cf. Gen. 19, 24 26*Hier. 20, 9

1 proprie *deleui, cf. p. 334, 19* propria *NPRm1* in propria *ORm2av* sua *om.O* 3 rebellis *Mm1* ait *a* 4 iniusto *Am1PR* iustu *G* et iusto *Oμ* 8 populo deus *O* nec] haec *A* 9 tenere] terrenae *O* 11 paradyso *AMNR* eiectus] *add.* est *Mm2a* praerogatiuae *A* 13 Sequitur—quartus *om.a* uersus *om.NPRm1* uersus quartus *om.Ov* IIII *AGMNR* 14 dilexi *P* 15 terra *A* eam *om.O* 17 excluserit *AR* exueret *OPm2v* 20 luerint *Rm1* 21 suboles *ex* subules *A* soboles *cet. av* 22 progenies] *add.* non est hic in natura *Tm2a* 23 secretius *O* ardore cognitionis *NPav* 25 hieremias calefactus *O* 26 dicit Hieremias *v*

o s s i b u s m e i s. hoc sermonum igne caelestium uaporati Cleopas et ille alius, qui simul cum domino ab Hierusalem usque in castellum confecerant iter, dicebant: n o n n e c o r n o s t r u m a r d e n s e r a t i n n o b i s, c u m a p e r i r e t n o b i s s c r i p t u r a s?

20. Ignis ergo hic sermo Christi est, et bonus ignis qui calefacere nouit, nescit exurere nisi sola peccata. hoc igne super bonum fundamentum positum apostolicum illud aurum probatur, hoc igne illud merum operum examinatur argentum, hoc igne pretiosi illi lapides inluminantur, faenum autem et stipula consumitur. mundat ergo hic ignis animum, consumit errorem. unde et dominus 3 ait: i a m u o s m u n d i e s t i s p r o p t e r s e r m o n e m q u e m l o c u t u s s u m u o b i s. hic est ignis qui ardet ante dominum; nisi enim quis flagrantiam deuotionis adsumpserit, praesentiam domini habere non poterit. accende hunc prius ignem in mentibus tuis, ut Christi tibi lumen effulgeat. hoc igne urebatur 3 rubus et non exurebatur; urit enim sermo diuinus, ut corrigat conscientiam peccatoris, non exurit, ut perdat. hic ignis hebetare, hic ignis extinguere materialium saeua flammarum consueuit incendia; denique Hebraei hoc igne succensi fornacis ardentis uaporem nec timere nec sentire potuerunt. merito ergo bonus seruus diligit ignitum domini alloquium quo induitur caritas, quae excludit timorem.

21. Pulchre autem addidit ‘nimis‘, quia omnis quidem doctor inflammat audientis affectum, sed supra omnes sermo est dei, diuisiones artuum et intima penetrans medullarum. tripliciter ergo describe tibi ignitum alloquium dei, uel quod mundat uel quod accendit uel quod inluminat audientes. ideo ait dominus:

3*Luc. 24, 32 6 cf. I Cor. 3, 12—13 11 Ioh. 15, 3 12 cf. Leu. 6, 12 15 cf. Ex. 3, 2 19 cf. Dan. 3, 50 21 cf. I Ioh. 4, 18 23*Ps. 118, 140 24 cf. Hebr. 4, 12

1 uaporanti *O* cleopas *O cod. Monac. 2564* Cleophas *cet. av* 2 in] ad *Na* 3 cum facerent *M* 7 posito *a* illud apostolicum *v* hoc—8 argentum *om. O* 8 merum *v* morum *codd. a, add.* uel *MNPTa* igni *A* 9 fenum *GMNOPv* 10 hoc *Am1* 13 sumpserit *a* 14 primum *Na* 17 habitare *AGMm1Rm1RTa, add.* christum per fidem facit *Tm2a* 21 eloquium *MNOμ* 24 est sermo *AMav* domini est *O* 25 artium *Om1* 26 describe tibi] describitur *GM* ignitum *om. O* adloquium *P* eloquium *μ* 27 *alt.* quod *om. O*

scrutatus sum Hierusalem ad lucernam, sed
neminem in ea uel qui mundaretur uel qui accenderetur aut in-
luminaretur inuenit; ideo eam in tenebris dereliquit.

22. Nec mireris, si seruus diligit ignitum domini alloquium,
quod et sponsa dilexit, quae ait: sicut resticula cocci-
nea labia tua; in cocco enim species ignis et crucis domi-
nicae sanguis inrutilat. coccinea labia domini, quae passionem
propriam loquebantur. denique in Exodo coccum pro igne con-
2 locatum est. non enim ex cocco mundus, sed ex quattuor constat
elementis; sed in cocco figura ignis expressa est, cuius uapor nisi
caelum atque aerem, maria terrasque penetraret, omnia tamquam
effetis uiribus soluerentur. per resticulam igitur uinculum per-
suasionis agnoscimus, per coccum uel cupiditatis ardorem, qui
3 scintillet in animis audientium, uel indicium passionis. unde et
alibi ait sponsa: labia eius lilia distillantia myr-
ram plenam. per myrram enim passionis unguentum et
resurrectionis gratia declaratur, quae rediuiuum uitae odorem
suscitatis mortuorum uisceribus infundit. merito igitur alloquii
eius accipiens suauitatem exclamans sponsa testatur: fauces
eius dulcedines et totus desiderium.

23. Sequitur: *iuuenis ego sum et despectus; iustificationes tuas non sum oblitus.* mul-
torum sanctorum, qui a prima adulescentia exerciti sunt.
duris laboribus potest hic uersiculus conuenire. nam et
Ioseph, cum a fratribus in Aegyptum uenderetur, iunior erat et
2 despectus, qui ad seruitutis iniuriam uendebatur. et postea, cum

1*Soph. 1, 12 5*Cant. 4, 3 8 cf. Ex. 25, 4 etc. Ioseph. Antiqu. Iud. III 8 15*Cant. 5, 13 19*Cant. 5, 16 21*Ps. 118, 141

3 dereliquid *Om1* 4 ne *T* eloquium *O* 6 labia tua *ante* sicut *tr. P* 7 sanguinis *ORm1* 8 exhodo *P* conlatum *codd. a* 9 sed] qui *Pm2Rm2* elementis constat *O* 10 figuras *Rm1* 11 aerem, maria] aeris materiam *AGMNPm1T* omnes *ex* omne *Rm2* 12 effectis *GMPm1R* peruasionis *A* 14 scintillat *MNPa* audientum *M* indicio *Pm1* 15 lilia] labia *O* myrra plena *GMPR* 18 infudit *P* 20 dulcedinis *MN* 21 Sequitur *om. a, add.* uersus *Rm2* quintus *AG* V *NPR* sum ego *AGv* deprecatus *Mm1* 22 multis *v* 23 adolescentia *AGMOPm2Rav* exercitati *av* 25 fratribus] *add.* iunior *NOPRa* 26 dispectus *AGm1NPm1Rm1*

productus e carcere praepositus Aegypto populis frumenta diuideret, fratribus uicem iniuriae non referret, sed refuso pretio alimenta donaret, senilem patris a fame atque ieiunio uindicaret aetatem curruque submisso obuius et famulantibus ceteris amplae potestatis insignibus adoraret, iure dicebat: iuuenior ego sum et despectus; iustificationes tuas non sum oblitus.

24. Ipse quoque iunior fratribus cum patris oues pasceret tamquam uili ablegatus obsequio, non oblatus est sacerdoti, quasi indignus qui ungeretur in regnum, sed a sacerdote quaesitus et accersitus a pascuis praerogatiuam regiae unctionis accepit. postea quoque progressus ad bellum, cum Golias totum populum Iudaeorum corporis sui mole despiciens singulari certamine prouocaret, timentibus ceteris poposcit a rege, ut congrediendi sibi permitteret
facultatem. ne tum quidem tanto certamini habilis aestimatus 2
est, rege dicente: non potes ire ad allophylum et pugnare cum eo, quoniam tu puer es et ille uir bellator est a iuuentute sua. neque esset admissus, nisi fecisset fidem, quod in sua adulescentia leonem suis manibus strangulatum extractis raptae ouis cruribus peremisset.
ipse etiam despectus allophylo, quod aduersus armatum proelia- 3
torem cum uirga et lapidibus processisset, rettulit non uiribus se fretum esse, non armis, sed in nomine domini confidentem ad proelium esse progressum, ut lacessitae plebis auferret obprobrium. hic ergo iuuenis atque despectus strauit allophylum potitusque uictoria in decem milibus iuuencularum psallentium testimonio triumphauit.

5*Ps. 118, 141 8 cf. I Reg. 16, 11 sqq. 16*I Reg. 17, 33 19 cf. I Reg. 17, 34—18, 6 26 cf. I Reg. 18, 7

1 populo *M* 3 uendicaret *Ma* 4 curroque *ARm1* summisso *AGOR* 5 iunior *AGNOv* iuuenis *a* 8 ipse] *add.* Dauid *v* quoque] *add.* dauid *O* 9 oblegatus *APm1R* obligatus *Pm2* oblatus] oblitus *APm1R* a sacerdote *Rm2* 10 ungueretur *ANOR* 11 acersitus *AGm1R* arcersitus *a* 12 qum *Pm1* goliab *Gm2* 13 singuli certamene *Rm1* 14 a rege] agere *M* 15 ne tum *A* nec tum *O* netdum *R* necdum *cet. av* existimatus *Om1* 19 adolescentia *codd. praeter P, av* 20 transgulatum *O* 21 dispectus *NP*, *add.* ab *av* 22 retulit *codd. praeter Pm2, av* 25 dispectus *NPm1* 26 uictoriam *APm1Rm1* decim *ARm1*

25. Gerebat enim typum eius qui quasi despectus uenturus
esset in terras et sine legato, sine adiutore, sine nuntio totum
populum mundi huius crucis suae proelio liberaret, cui adplauderent
animae sanctorum per baptismatis sacramenta renouatae, quod
uerum illum Golian reuelatum nobis ac proditum uerbi sui gladio
2 trucidasset. iacet igitur uerus Golias humilitate filii dei stratus,
amisit caput, quod in multas artes uertebat et fraudes. psallunt
securae iam animae, quae ante peccatorum suorum tormenta
deflebant. dicunt tympanis, hoc est corporibus suis peccato
mortuis resultantes: S a u l t r i u m p h a u i t i n m i l i b u s,
3 D a u i d i n d e c e m m i l i b u s. rex ille durus indignatur et
irascitur diabolus, eo quod canerent iuuenculae quia duritiae
filius paucos decepit, Christus totum mundum redemit. dicit
ergo Christus natus ex uirgine: i u u e n i s e g o s u m e t d e-
s p e c t u s; i u s t i f i c a t i o n e s t u a s n o n s u m o b l i t u s.

26. Dicit etiam populus nationum ille in prima electione
despectus, rudis adhuc fide et studio primaeuae deuotionis adu-
lescens uel certe renouatus aquilae iuuentute per baptismatis
sacramenta: i u u e n i s e g o s u m e t d e s p e c t u s; i u-
s t i f i c a t i o n e s t u a s n o n s u m o b l i t u s. ille ego de-
spectus ante iam praeferor, iam anteponor electis, ille ante despectus
populus peccatorum habeo caelestium sacramentorum ueneranda
2 consortia, iam mensae caelestis honore suscipior. epulis meis non
pluuia undatur, non terrae partus laborat, non arborum fructus;
potui meo non flumina quaerenda, non fontes. Christus mihi
cibus, Christus est potus, caro dei cibus mihi et dei sanguis est
potus. non iam ad satietatem mei annuos expecto prouentus,
Christus mihi cotidie ministratur. non uerebor, ne qua mihi eum

10*I Reg. 18, 7 14.19*Ps. 118, 141 18 cf. Ps. 102, 5

2 terram *O* 4 baptismate *ARm1* sacramentum *Oμ* 5 goliath *G* Goliam *MNOav* 6 goliath *G* goliad *Mm1* 7 ammisit *P* 10 mortuos *A* 11 decim *A* 12 irascatur *Rm1* 13 filios *R* 17 athuc *Pm1*, *add.* in *Ov* adolescens *codd. praeter APm1, av* 18 iuuentutem *ARm1* 20 ergo *Mm1OPR* 21 antepono relictis *G* 23 mente *O* 24 udatur *GPR* datur *O cod. Monac. 2564* 25 mihi] est mihi *O* 26 *pr.* est] est mihi *O* mihi *av* *alt.* est potus] potus est mihi *Ov* 28 cottidie *O* quottidie *P* ne qua] qua *A* neque *N* quia *R* qua] quam *G* eum *OPv*, *om. cet. a*

caeli intemperies aut sterilitas ruris inminuat, si pii cultus diligentia perseueret. non iam coturnicum pluuias mihi opto descendere 3
quas ante mirabar, non manna quod ante cibis omnibus praeferebam, quia qui manna manducauerunt patres esurierunt. meus cibus est, quem si quis manducauerit non esuriet, meus cibus est qui non corpus inpinguat, sed confirmat cor hominis.

27. Fuerat mihi ante mirandus panis de caelo — scriptum est enim: p a n e m d e c a e l o d e d i t e i s m a n d u c a r e —, sed non erat uerus ille panis, sed futuri umbra. panem de caelo illum uerum mihi seruauit pater. mihi ille panis dei descendit e caelo, qui uitam dat huic mundo. non Iudaeis descendit, non synagogae descendit, sed ecclesiae descendit, sed populo dei iuueniori descendit. nam quomodo Iudaeis descendit panis qui uitam dedit, 2
cum omnes, qui illum panem manducauerunt, hoc est manna, quem putauerunt Iudaei uerum panem, in deserto mortui sunt? quomodo synagogae descendit, cum synagoga omnis interierit et aeterno ieiunio fidei macerata defecerit? denique si accepissent panem uerum, non dixissent: d o m i n e, s e m p e r d a n o b i s p a n e m h u n c.

28. Quid petis, Iudaee, ut tribuat tibi panem quem dat omnibus, dat cotidie, dat semper? in te ipso est ut accipias hunc panem; accede ad hunc panem et accipies eum. de hoc pane dictum est: o m n e s q u i e l o n g a n t s e a b s t e p e r i b u n t. si elongaueris ab eo, peribis, si adpropinquaueris ad eum, uiues. hic est panis uitae; qui ergo uitam manducat, mori non potest. quomodo enim morietur cui cibus uita est? quomodo deficiet qui habuerit uitalem substantiam? accedite ad eum et satiamini, quia panis 2
est; accedite ad eum et potate, quia fons est; accedite ad eum et

2 cf. Ex. 16, 13—15 4.14 cf. Ioh. 6, 31.49 5 cf. Ioh. 6, 35 6 cf. Ps. 103, 15 8 Ioh. 6, 31 10 cf. Ioh. 6, 33 15 cf. Ios. 5, 4 18 Ioh. 6, 34 23*Ps. 72, 27 25 cf. Ioh. 6, 35 28 cf. Ioh. 1, 9

1 sterelitas *AGRm1* immineat *a* 2 perseuerat *NPm1Ta* coturnicem *AGm1R* pluas *AR* 3 quas] quod *AR* 4 quia *om. O* qui *om. AGMR* patres] *add.* et *MRm2* melius *Gm1* 5 esuriit *A* 7 fuerit *NPT* de] e *O* 8 eis] illis *O*, *om. P* 9 umbram *R* 10 mihi uerum *O* dei *om. O* 11 e] de *Nav* iudae *O* 12 iuueniore *Rm1* iuniori *GMNOv* 18 da nobis semper *av* 21 *pr.* dat *om. P* cottidie *MO* quottidie *P* 22 accipias *N* accipiens *Rm1* pene *Pm1* 23 abs] a *O* si] *add.* te *Mv* 26 enim *om. P* 27 satiemini *Om1*

inluminamini, quia lux est; accedite ad eum et liberamini, quia *ubi spiritus domini, ibi libertas*; accedite ad eum et absoluimini, quia remissio peccatorum est. quis sit iste quaeritis? audite ipsum dicentem: *ego sum panis uitae; qui uenit ad me non esuriet et qui credit in me non sitiet umquam.* audistis eum et uidistis eum et non credidistis ei, ideo mortui estis. uel nunc credite, ut possitis uiuere.

29. Sed miramini Moysen, quia patres uestros per mare siccis
duxit uestigiis. Moyses non imperauit, sed impetrauit, non iussit
mari, sed seruiuit iubenti fluctibus. Moysen laudatis, quia regem
Pharao cum exercitu suo mersit. Moyses orabat et alius imperabat,
Moyses precabatur, Christus operabatur, Moyses fugiebat, Christus
insequebatur, Moyses columnam sequebatur, ut nocturnas tenebras
2 declinaret, Christus inluminabat. Moysen agnoscitis, qui aquae
amaritudinem temperauit, Moysen agnoscitis, qui aquam produ-
xit de petra: Christum non agnoscitis, qui ueri illius Aegyptii regis
strauit exercitum et abyssi mersit profundo, qui nos liberat cotidie
de mundi huius fluctibus, ne nos saeculi procella demergat. quid
profuit patribus transire per Mare Rubrum, quibus ad terram
resurrectionis non licuit peruenire? quicumque enim exierunt de
3 Aegypto, perierunt in deserto. mortuus est Aaron, mortua est Maria,
mortuus est et ipse Moyses; solum Iesum Naue nominis sacri
similitudo seruauit. plaudat Iudaeus, quia sitienti illi undam saxa
uomuerunt: mihi de corpore dei fons fluxit aeternus, meas ama-
ritudines bibit Christus, ut mihi suae donaret gratiae suauitatem.

2 II Cor. 3, 17   3 cf. Eph. 1, 7   4 Ioh. 6, 35   14 cf. Ex. 15, 23—25   15 cf. Ex. 17, 6   16 cf. Apoc. 20, 2—3

2 domini spiritus *M*   libertas] *add.* est *O*   3 quis] qui *ANRm1a*   6 et uidistis eum *om.* *O*   7 ei] eum et *O*   possetis *Am1Rm1* positis *G*   8 duxit siccis *O*   9 uestigis *M*   inperauit *P*   impetrauit] obtemperauit *NT*   11 farao *AGMR* pharaonem *O* faraho *P*   inperabat *P*   12 predicabatur *AR*   *pr.* Christus] dominus iesus *O*   *alt.* Christus] iesus *O*   14 agnoscis *a ter*   qui *R*, quia *cet. av*   15 temperabat *O*   qui] quia *Mm2OPav*   16 ueri] uirili *AR*   ueri illi *GMm1*   regis *om.* *Na*   17 exercitum strauit *P*   liberat] seruat *O*   cotidie liberat *R*   cottidie *M*   18 saeculi] *add.* huius *AGOav*   dimergat *NPTa*   20 resurrectionis *AGPm2R* remissionis *Pm1* repromissionis *cet. av; at cf. Explan. ps. 36, cap. 48 extr.*   22 hiesum *GMR*   sacris *AGRm1*   23 laudat *Pm2*   24 meam amaritudinem *a*

30. Dicit ergo populus christianus: iuuenis ego sum et despectus; iustificationes tuas non sum oblitus. bene hoc dicit qui iustificauit deum baptismatis sacramentis. qui enim baptizatur iustificat deum, quia peccata propria confitetur et a domino suorum praestolatur indulgentiam delictorum. iustificauit Dauid, qui ait: tibi soli peccaui et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis. non iustificauerunt Pharisaei qui baptizari 2 Iohannis baptismo noluerunt, ut in euangelio legisti. nec solum iustificare satis est, sed etiam non obliuisci iustificationum dei, id est ut intemerata gratiae spiritalis dona custodiat et sacrae remissionis munera inlibata atque inoffensa conseruet.

31. Haec generalia. sed etiam specialis singulis christianis suppetit praerogatiua dicendi: iuuenis ego sum et despectus, si humilis corde sit, si mitis atque mansuetus. dicat ergo: iuuenis ego sum et despectus, praemittat aetatis generalem iactantiam, quo plus commendet humilitatis suae gratiam. non mirabilis humilitas in senectute, quae effeta uiribus, fracta debilitatibus, tristis doloribus, anhela suspiriis, cocta curarum aestibus et ipso uiuendi maesta fastidio alacritatem est oblita iactantiae. rara sane in iuuenibus est humilitas ideoque 2 miranda. dum aetas uiget, dum uires solidae, dum sanguis aestuat, dum sollicitudo nescitur, dum ignoratur debilitas, dum laetitia frequentatur, tunc feruet iactantia, tunc se iuuentutis superbus extollit affectus, tunc humilitas quasi uilescit, abiecta contemnitur,

1*Ps. 118, 141 6 Ps. 50, 6 8 cf. Luc. 7, 30 14.16*Ps. 118, 141 15 cf. Matth. 11, 29 22 *aetas uiget*] cf. Sall. Cat. 20, 10 *uires solidae*] cf. Uerg. Aen. 2, 639 *sanguis aestuat*] cf. Seren. Samon. 709

2 dispectus *APm1Rm1* 5 praestolatur *R corr. av* praestat *A* praestatur *G* postulat *MNP* sperat *O* indulgentia *G* 6 peccatorum *NPav* 7 iustificeris] *add.* domine *M* 8 farisei *AR* 9 baptismum *ARm1* legistis *T* nec] non *Mm2PTa* 11 sacra *O* remissiones *Pm1* 12 inoffensa *OPm2v* indefensa *ARm1* indefessa *cet. a* 13 haec—specialis] haec generalis et spiritalis *O* 14 dispectus *ARm1* 15 sit *OP s. l., om. cet. a* 16 dispectus *APm1Rm1* praemittit *Pm2* 18 effeta] et freta *APm1R* affeta *G* effecta *O* 19 fracta] freta *APm1R* 21 rare *O* in *om. O* 22 aestas *M* uiret *GM* uiuit *NPT* solidae] *add.* sunt *a* exaestuat *v* 24 tunc—tunc] dum—dum *O* 25 uiliscit *Ga* uilescet *Rm1* uilis et *MNPT*

tunc subiectio degeneris conscientiae aestimatur infirmitas. grandis igitur morum adsuefacienda maturitas, quae uincat naturam.

32. Denique sic consideremus: in paradiso defecit humilitas et ideo uenit e caelo; in paradiso orta est inoboedientia et ideo oboedientia cum saluatore descendit. inflabatur caro, unde subiectio mansuetudinis inueniri non poterat in terris; intumuerat omnis praeuaricatoris hereditas. ueniens dominus Iesus primum *se exinaniuit, non rapinam arbitratus esse se aequalem deo, formam serui accipiens; et specie inuentus ut homo humiliauit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem.*
2 non te moueat, quia scriptum est 'ut homo'; non enim similitudinem suscepit hominis, sed ueritatem. nam et ipse apostolus ait alibi: *mediator dei et hominum, homo Christus Iesus*, et ut de euangelio adferamus exemplum: *uidimus*, inquit Iohannes, *gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratia et ueritate.* numquid, quia dixit 'quasi unigeniti', similitudinem magis unigeniti quam ueritatem uoluit aestimari?

33. Non ergo superuacuo Christus aduenit. iam potest dicere homo: *iuuenis ego sum et despectus*, qui erat ante in populo priore senex superbus. dicit: *iuuenis sum et despectus*, quomodo ecclesia: *nigra sum et decora.* praemisit nigram, ut augeret decorem; sic et hic praemisit iuuenem, ut augeret humilitatem. non dixit: 'nigra sum decora', ne quod nigrum est decorum aestimaretur, nec dixit: 'iuuenis sum despectus',

8*Phil. 2, 6—8 14 I Tim. 2, 5 15*Ioh. 1, 14 21.22*Ps. 118, 141 23*Cant. 1, 5 (4)

1 tunc—infirmitas *om. P* aestimatur] *add.* esse *a* 2 morum] *add.* est *Ta* uincit *AR* 3 sic *scripsi* si *codd. av* 3.4 paradyso *AMR* 4 e] a *b* 5 inflabatur *O cod. Monac. 2564 v* inflabat *cet. a* 6 inuenire *GM* poterit *ARm1* 7 omnes *R* Iesus *om. O* 8 arbitratus] *add.* est *a* 9 serui] sibi *GMm1P* serui sibi *av* et specie *om. P* 13 hominis accepit *O* homini *ARm1* et *om. PRa* 14 alibi dicit *O* 16 inquid *GMPm1* 17 gratiae *Am1NOv* ueritatis *NOv* 19 estimare *O* 20 ergo] enim *a* superuacue *M* 21 dispectus *Pm1Rm1* 22 dixit *O*, *add.* ergo *a* 23 dispectus *Rm1* quomodo] *add.* et *A* dicit *Ov* 24 decoram *NPTa* iuuenis *O* 25 sum] *add.* et *Rm2* 26 dispectus *NPm1Rm1*

ne iuuentas despicabilis putaretur, sed ait: 'iuuenis' et, quod mireris, 'humilis', non 'superbus', deiecto propior quam tumenti. sic et ibi: nigra sum superiore peccato, sed decora confessione 2 peccati et correctionis studio atque amore uirtutis. quamuis ergo 'et' syllaba, ut grammatici appellant, coniunctiua sit, habet tamen distinctionem, qua confusio disiungitur ac separatur, ut, si dicas Ambrosium Bassum intus esse, unus putatur, sin autem asseras Ambrosium et Bassum intus esse, duo utique intelleguntur.

34. Dicat ergo: *iuuenis sum et despectus*, quia Christus in paupere atque despecto mundum redemit, quia Christus humilitate diabolum uicit. dicat: 'despectus sum', quia cor humiliatum deus non spernit, quia despectus ille Lazarus in Abrahae nunc requiescit sinu et diues ille iactantior adfligitur in inferno. despectus erat Moyses nec sibi idoneus uidebatur, cum ad liberandum Hebraeorum populum mitteretur. despectus erat Hieremias, 2 qui dicebat: *dominator domine, ecce nescio loqui, quia iuuenis sum ego*, sed facilius iste despectus eligitur; denique dicitur ei: *noli dicere quia iuuenis sum ego, quia ad omnes quoscumque misero te abibis et per omnia quaecumque mandauero tibi loqueris. ne timueris a facie eorum, quia ego tecum sum, dicit dominus, ut te liberem.* despectus erat ille publicanus, qui oculos ad caelum non audebat leuare et ideo facilius quam ille Pharisaeus exaudiebatur; *omnis* enim *qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur.*

9*Ps. 118, 141 11 cf. Ps. 50, 19 12 cf. Luc. 16, 22 14 cf. Ex. 3, 11 16*Hier. 1, 6 18*Hier. 1, 7 23 cf. Luc. 18, 13 25 Luc. 18, 14

1 iuuentus *MNOPm2av* displicabilis *G* dispicabilis *MNPm1Rm2* 2 proprior *MNPm1Rm1* tumentis *Am1* timenti *Om1* 6 quia *Mm1* quam *Om1* 7 putetur *Mm2P* 9 dispectus *A* 10 atque] et *O.* dispecto *codd. praeter O* (*sic saepe ANPR*) redimet *ARm1* 14 nec] ne *ARm1* 15 populum hebreorum *AR* 18 elegitur *Mm1* 19 omnes] *add.* ad *AMμ* 20 te *in ras. m2 R, om. A* per *om. a* 21 timeas *ANOav* 22 liberem te *Nav* 24 farisaeus *AR* 26 humiliauerit *Ov*

35. Sequitur: *iustitia tua iustitia in aeternum et lex tua ueritas.* possunt quidem singuli facere opera iustitiae, sed non in aeternum manentia. diues ille, cui abundarunt in hoc saeculo diuitiae, fortasse fecerit aliqua opera iustitiae quorum remunerationem in praesenti uita acceperit, quod non magna
2 fuerint opera illa nec remuneratione digna perpetua. quid quod, etiamsi facimus opera aliqua iustitiae, facimus tamen non continua, sed rara? plerique non rapiunt aliena, sed nesciunt de proprio largiri; alii inuadentes indebitas facultates, quo speciem iustitiae sibi quaerant, solent conferre pauperibus. non est ista in
3 aeternum iustitia. multi iusti plerumque grauiter deliquerunt non habentes aeternae fructum iustitiae. soli deo suppetit in perpetuum per omnia possidere iustitiam, qui pascit iustos et iniustos; non enim beneficiis solis referenda iustitia est, sed illa est uera iustitia, quae ipsis quoque defertur inimicis, meritoque ait Iustitia dei: d i l i g i t e  i n i m i c o s  u e s t r o s.

36. Ergo sicut in aeternum est iustitia solius dei, ita lex dei ueritas. sed quomodo istud accipimus? utrum quia lex dei ueritas, hoc est uera et quod statuit deus omne uerum, sicut infra ait: o m n i a  p r a e c e p t a  t u a  u e r i t a s, an quia ueritas lex dei est, quia non mentitur deus? apud eum igitur ueritas lex est,
2 fallacia praeuaricatio est. sed et sic potest: lex dei ueritas est; apud Iudaeos ergo non est lex dei, quia non recipiunt ueritatem. l e x dei s p i r i t a l i s  e s t, sicut apostolus dixit; non habent ergo ueram legem qui eam non acceperint spiritaliter. quod autem

1 Ps. 118, 142  3 cf. Luc. 16, 19 sqq.  16 Matth. 5, 44  17 cf Ps. 118, 142  20*Ps. 118, 151  21 cf. Tit. 1, 2  24 Rom. 7, 14

*def. A*  1 Sequitur—*cap. 41 extr.* non temporalis *desunt in A*  Sequitur *om. a, add.* VI *GMPR, add.* uersus *Rm2*  3 abundauerunt *NPm1av*  4 diuitiae *ante* in *tr. av*  fecerat *MNPm2a*  iustiae *G*  5 receperit *O* acciperet *Pm2, add.* quae ad uitam aeternam non pertinuerint *Tm2a*  quod] quoniam *O*  magnifica *Mm2*  6 quid quod] qui ////// *P* qui *R*  8 proprio] *add.* pauperi *Pm2*  10 adquirant *Ov*  pauperibus] *add.* sed *Rm2*  ista] *add.* ita *Pm2*  12 habent isti *Pm2*  13 possidere per omnia *O*  14 uera iustitia est *av*  iustia *G*  18 *alt.* ueritas] *add.* est *a*  19 uerum] *add.* est *a*  20 mandata *O*  22 fallaci *a*  potest] *add.* accipi *a* intelligi *v*  24 dicit (*sic*) apostolus *O*  25 acciperint *Pm1* accipiunt *OPm2*  spiritualiter *GM*

non uerum, mendax est, quod mentitur, occidit. littera ergo, quae occidit, mentitur, spiritus, qui uiuificat, uerus est.

37. Accipiamus et sic: lex dei non typus, non umbra, non exemplar caelestium, sed ipsa caelestia. unde et scriptum est, quia finis legis est Christus. non defectus utique, sed plenitudo legis in Christo est, quia uenit legem non soluere, sed implere. sicut enim testamentum est uetus, sed omnis ueritas in nouo est testamento, ita et lex per Moysen data figura legis est uerae. ergo illa lex ueritatis exemplar est; in exemplari enim agni sanguis effunditur, in ueritate Christus immolatur. meritoque 2
apostolus, cum praemisisset uitulorum immolationem secundum legem, adiecit: necessarium itaque exemplaria caelestium his mundari; nam ipsa caelestia melioribus hostiis. non enim in manufacta sancta intrauit Christus, exemplaria uerorum, sed in ipsum caelum, et nunc apparet uultui dei pro nobis. ut cognoscamus autem, quia legem nouam dedit dominus Iesus, habes dicentem spiritum: hoc autem testamentum quod testabor ad eos, dicit dominus: dando leges meas in cordibus eorum et in sensibus eorum scribam eas et peccati et iniustitiae eorum non ero memor. ubi ergo remissio, iam non oblatio pro peccatis. quo euidenter 3
ostendit tibi omnem ueritatem euangelio contineri, quia lex dei in sensibus hominum et in cordibus scribitur, non in tabulis lapideis — qui ergo praecepta dei non habent in cordibus suis, non habent legem —, siue quia inueteratur in Iudaeis, renouatur in nobis.

1 cf. II Cor. 3, 6  5 Rom. 10, 4  6 cf. Matth. 5, 17  12* Hebr. 9, 23—24  18* Hebr. 10, 16—17  25 cf. II Cor. 3, 3

*def. A*  2 qui *om. R*  3 tipus *MPm1R*  4 et *om. OP*  est (*s. l. m2R*) scriptum *OR*  est] *ras. in P*  6 in Christo] christus *Gm1*  7 adimplere *a*  est *om. MNPm1Ta*  uetus] *add.* uenit non soluere sed implere, ita nouum certificare *Tm2a*  sed] *add.* sicut *Tm2a*  9 uere *GMOv* uera *NPR*  ueritas *R*  est] et *R*, *om. P*  agnis *G*  10 sanguinis *Rm1*  12 itaque] *add.* est *aμ*  exemplarium *NPm1R*, *add.* et *Pm1*  15 introiuit *O*  17 uobis *GOP*  18 spiritum] *add.* sanctum *MNOv*  19 autem] *add.* est *a*  20 dabo *Mμ*  21 eos *R*  23 quod *T*  24 ostendat *G* ostenditur (*om.* tibi) *NOPTav*  ueritatem] *add.* in *v*  25 cordibus] *add.* eorum *Ov*  27 inueteratur in] ueterauit *G* inueterauit *O*

38. Umbra est, non ueritas, ut, cum fiat oblatio pro peccatis secundum legem, non fiat remissio peccatorum; inpossibile est enim sanguine taurorum et hircorum peccata mundari. mendax ergo erat illa remissio, donec remissionis ueritas adueniret. quid deinde manifestius quam Iohannis euangelistae sententia, qui ait: quia lex per Moysen data est, gratia autem et ueritas per Iesum Christum facta est? πρὸς ἀντιδιαστολὴν legis retulit ueritatem. nam cum sit 'autem' disiunctio, intellegendum est disiunctionem ideo interpositam, quia, si ueritas fuisset in lege, non fuisset facta per Christum.

39. Possumus et sic intellegere: ueritas Christus est; ergo ueritas lex est, et si mandatum domini lex est, multo magis uiuum et operatorium uerbum dei lex est.

40. Sequitur uersus septimus: *tribulatio et necessitas inuenerunt me; mandata tua meditatio mea est.* quaerunt tribulationes et necessitates iustum et interdum inueniunt, interdum non inueniunt eum. inuenitur cui corona debetur, non inuenitur qui idoneus certamini non probatur. tribulatio igitur uelut quaedam gratia est; denique sacrificium deo spiritus contribulatus. an non est gratia quae operatur patientiam? qui ergo nouerat tribulationis profectum esse, quaesitus a tribulatione inuentus est nec refugit.

41. Dicit sapientia: quaerent me mali et non inuenient, non quia dominus nolebat inueniri ab hominibus, qui se omnibus etiam non quaerentibus offerebat, sed quia his operibus quaerebatur, ut indigni essent qui quaererent inuenire. ceterum Symeon, qui eum expectabat, inuenit, inuenit Andreas. denique

2*Hebr. 10, 4   6*Ioh. 1, 17   15*Ps. 118, 143   21 Ps. 50, 19
25*Prou. 1, 28   29 cf. Luc. 2, 25 sqq. Ioh. 1, 40

*def. A*   3 hyrcorum *GNPR*   7 gratiam *Pm1*   8 *Graeca corrupta in codd. a; ante ΠΡΟC exhibent A(ω P)ΠΡΟε OPR, αvgoε a*   10 quia si] quasi *R*   fuisset] *add.* gratia *Tm2a*   15 Sequitur—septimus *om. a*   VII *GNR*   18 eum *om. O*
22 tribulationes *MRm2*   25 inueniunt *Pm1Rm1*   28 digni *Gm1Pm2*
29 Simeon *GORv*   expectabat eum *O*

ait ad Simonem: inuenimus Messiam, quod inter-
pretatur Christus. Philippus quoque dicit ad Nathanahel: 2
quem scripsit Moyses in lege et prophetae
inuenimus Iesum filium Ioseph qui est a
Nazareth. et ut ostenderet quemadmodum Christus inueniretur,
ait: ueni et uide. qui ergo Christum quaerit, ueniat non cor-
poris gressu, sed mentis uestigio, uideat eum non exterioribus oculis,
sed internis. aeternus enim corporalibus non uidetur aspectibus,
quoniam quae uidentur temporalia sunt, quae
autem non uidentur aeterna. Christus igitur non 3
temporalis, sed ex patre ante tempora quasi deus uerus dei filius
et quasi uirtus sempiterna supra tempora, quem nullus temporum
finis includat, quasi uita supra tempora, quem numquam dies
mortis inueniat. quod enim mortuus est, peccato
mortuus est semel; quod autem uiuit, uiuit
deo.

42. Audis quid dixerit hodie apostolus? peccato, inquit,
mortuus est semel. semel tibi peccatori mortuus est Chri-
stus; noli iterum peccare post baptismum. omnibus in commune
semel mortuus est et singulis semel moritur, non frequenter. pec-
catum es, o homo; ideo peccatum fecit christum suum omnipotens
pater, hominem fecit, qui peccata nostra portaret. mihi ergo pec- 2
cato mortuus est dominus Iesus, ut nos in illo essemus
iustitia dei. mihi est mortuus, ut mihi resurgeret; semel est
mortuus, semel resurrexit. et tu cum illo mortuus, cum illo conse-
pultus, cum illo in baptismate resuscitatus caue, ne, cum mortuus
fueris semel, moriaris iterum. iam non peccato morieris, sed ueniae,
ne, cum resurrexeris, moriaris secundo. Christus enim 3

1*Ioh. 1, 41 3*Ioh. 1, 45 6 Ioh. 1, 46 9 II Cor. 4, 18 14.17 Rom. 6, 10 21 cf. II Cor. 5, 21. I Petr. 2, 24 23*II Cor. 5, 21 25 cf. Col. 2, 12 28*Rom. 6, 9

1 symonem *GMNRa* qui *Gm1* 2 natanahel *PR* 4 iosep *P* 5 nazaret *R* 9 corporalia *GOR* 11 sed ex patre] *pergit A* 12 sempiterna *om.NPm1T* tempora] *add.* est *a* 13 numquam] non *Pm2* 14 peccato *om.PR* 17 inquid *GM* 21 est *AR* o *om.PR* 23 est *om.ORv* in *om.ANOR* 24 mortuus] *add.* dominus iesus *O* 25 et] ut *GRm1* sepultus *AMOav* 27 moraieris *A* iterum] *add.* et *Mm2* moriaris *Mm2* 28 nec *NP* surrexeris *O* morieris *ARm1*

resurgens ex mortuis iam non moritur, mors in eum iam non dominabitur. ergo mors dominata est in eum? utique, quia dixit: iam non dominabitur, ostendit esse dominatam. noli tantum amittere beneficium, o homo. propter te Christus dominationi mortis se subdidit, ut te iugo dominationis exueret. ille suscepit mortis seruitutem, ut tibi tribueret uitae aeternae libertatem.

43. Qui quaerit ergo Christum, quaerit et tribulationem eius nec refugit passionem. denique Dauid, qui dignus erat ut a tribulatione quaereretur, tribulationem et ipse quaesiuit; nam nisi quaesisset, non inuenisset. quod inuenerit autem, ipse testatur dicens: tribulationem et dolorem inueni et nomen domini inuocaui, et alibi: in tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine. bona ergo tribulatio, quae dignos facit qui in latitudine exaudiamur a domino; gratia est autem exaudiri a domino deo nostro.

44. Qui quaerit igitur tribulationem, non refugit, qui non refugit, inuenitur; non enim refugit qui mandata dei sensu operibusque meditatur. nam utique illum athletam certamina inueniunt, qui in usu exercitii fuerit constitutus; qui uero exercitium dereliquerit, sine dubio non poterit repperiri, quia indignus est ut quaeratur. Dauid ergo quasi bonus athleta dicit: tribulatio et necessitas inuenerunt me, quia paratum semper habuerunt, non refugientem necessitatum et tribulationum proelia, sed petentem.

45. Sequitur: *iustitia testimonia tua in aeternum; intellectum da mihi eorum et uiuifica me.* quis tantus, qui possit intellegere domini testimonia? et ideo in-

12 Ps. 114, 3—4 13*Ps. 117, 5 22*Ps. 118, 143 25*Ps. 118, 144

1 surgens *OR* 3 in eum] ei? in eo *Ov* qui *ANPRTa* quod *Ov* iam *om.PTa* 5 dominationis *Rm1* 6 tribuerit *Rm1* 8 ergo *om.GM* 11 quod] quid *GMRm2* 15 dignos nos *O cod. Monac. 2564, cf.* populos, qui—possimus *tractat. 19, 28* facit nos *PRav* qui] ut *O* 16 autem est *O* 17 qui quaerit] quique *Pm1R* qui non refugit *om.GM* 18 qui] quia *GM, om.O* set sensu *O* 19 adhletam *G* adletam *M* certamini *ARm1* 20 derelinquerit *ARm1* 21 reperiri *NORm2av* quia] qui *AMOPm1Rav* 22 adleta *M* 25 Sequitur *om.a, add.* VIII *ARm1* uersus VIII *MNP* VIII uersus *Rm2* iusticia *O cod. Monac. 2564 b* iusta *cet. aμ* 26 eorum *om.M*

tellectus a domino postulandus est, cuius tanta est uis, ut initium eius sit plenitudo uirtutis. denique scriptum est: p i e t a s  a u t e m  i n  d e o  i n i t i u m  i n t e l l e c t u s, quae uirtutum omnium fundamentum est humanarum iuxta rerum et caelestium disciplinam. pietas amica deo, parentibus grata, dominum conciliat, necessitudines fouet, dei cultura, merces parentum, filiorum stipendium; pietas, inquam, iustorum tribunal, egenorum portus, miserorum suffugium, indulgentia peccatorum.

46. Qui habet intellectum, ipse uere est pius; intellegit enim humanae lubricum fragilitatis et cito ignoscit erranti. intellegit commune nobis datum naturae ususque consortium et ideo pauperibus tamquam debitum soluit, non infitiatur tamquam indebitum. intellegit uices esse calamitatum et ideo tamquam naufragis mundi istius portu quodam suae humanitatis occurrit. haec perfecta uirtus in hominibus, haec plena in deo laus est.

47. Merito intellectum sibi etiam Salomon paternum secutus magisterium a domino postulauit dicens: e g o  s u m  p u e r  h u m i l i s  e t  i g n o r o  i n t r o i t u m  m e u m  e t  e x i t u m  m e u m. e t  s e r u u s  t u u s  i n  m e d i o  p o p u l i  t u i, q u e m  e l e g i s t i  p o p u l u m  m u l t u m  s i c u t  h a r e n a m  m a r i s  q u a e  d i n u m e r a r i  n o n  p o t e s t  p r a e  m u l t i t u d i n e. e t  d a b i s  s e r u o  t u o  c o r  p r u d e n s  a u d i r e  e t  i u d i c a r e  c u m  i u s t i t i a  p o p u l u m  t u u m  e t  i n t e l l e g e r e  i n t e r  b o n u m  e t  m a l u m. unde conplacuit domino, quia non sibi lon- 2
gaeuitatem uitae et regalium diuitiarum copias, sed sapientiam ad intellegenda domini iudicia et iustitias depoposcit et ideo tantum populum regno pacifico gubernauit, quia non usurpauit ut Adam boni et mali scire distantiam, sed intellegendae eius gratiam orauit a

2 *Prou. 1, 7   17 *III Reg. 3, 7—9   24 cf. III Reg. 3, 10   27 cf. Gen. 3, 5—6

3 fundamentum omnium uirtutum *O*   4 testamentum *MNPm1T*   iuxta humanarum *av*   iusta *P*   disciplina *P*   6 necessitudinis *ARm1*   cultura] *add.* est *a*   8 suffragium *Rm2*   9 qui] *add.* enim *GMNOPRa*   enim *om.O*   10 errantibus *M*   12 inficitur *a*   13 naufragiis *Oav*   16 magisterium secutus paternum *av*   18 *pr.* meum *om.O*   19 quam *ARm1* quae *a*   20 arena *ANa* harena *GM* arenam *ORv*   qui *a*   21 dinumerarae *Pm1*   23 populum tuum cum iusticia *O*   26 *alt.* et *om.O*   28 intellegendi *GN* intelligere *O* intellegentiae *Pm2* intellegendam *Rm2*

3 Christo. quod enim scire diuinum est, hoc a domino deo tuo ut possis cognoscere promerendum est. si petisset et Adam, sicut petiuit Dauid, nequaquam illos inextricabiles erroris laqueos incidisset, quibus omnis eius hereditas strangulatur. ideoque mortuus est et, quod grauius est, morte peccati, quia ante usurpauit scire quam intellectum quo uiuificaretur acciperet.

48. Uiuificat ergo intellectus, ut spiritus, quia ipse intellectus gratia spiritalis est, ideoque intellectum munere suo spiritus sanctus operatur. intellectus autem bonus est omnibus qui eum faciunt. quo docemur, quia non solum sensu conplecti, sed etiam factis id quod intellegimus exequi debeamus.

## XIX.
## LITTERA COF.

1. Incipit littera 'Cof' nona decima, cuius interpretatio est 'conclusio' et, sicut alibi inuenimus, 'aspice'. distat littera, congruit sensus. nam qui concluditur circumspicere se debet et causam periculi non dissimulare, maxime cum letale discrimen sit. concluditur unusquisque tumescentibus uisceribus internisue faucibus, cum intercluso spiritus commeatu spirandi ac respirandi
2 commercia coartantur. concluditur femina, cum fit peridrome matricis, qua pectoris ipsius premitur principale. unde graues oriuntur angustiae et, nisi in locum suum illa recipiendorum seminum aula reuocetur, uitam consueuit excludere. ita etiam, qui animo angitur et quibusdam aduersis inminentibus perurgetur, concludi dicitur non minoribus angustiis mentis quam corporis. maiores enim animae aestus febresque sunt animorum quam corporum.

7 cf. II Cor. 3, 6 9*Ps. 110, 10

2 cognoscire *Mm1* et *om. O* 3 Dauid] Salomon *a* inexcabiles *Gm1* inexcusabiles *Gm2* 4 transgulatur *O* 5 quia] qui *O* 8 sanctus spiritus *R* 10 quo] quod *AR* conpleti *ARm1* 11 *nihil subscript. in codd.* 14 Incipit— decima] Koph *a* cof XVIIII (XVIII *MO*) *AGMOR* octaua decima (XVIII *N*) cof *NP* decima nona Koph *v* 15 congruet *Rm1* 16 debit *Rm1* 18 internis uel facibus *O* 19 spiritu *A* commeatus *A* cummeatus *P* ac respirandi *om. N* 20 conmertia *a* peridrome] periculum *a* 24 aduersus *ARm1* perurguetur *P* 25 corpus *P* 26 feruoresque *GOPm2v*

2. Conclusus igitur uiscerum tumore medicum quaerit, ut possit propulsare periculum et constricta laxare. ueniens medicus temptat omnia, explorat interna. et tu ergo conclusus animi feruore aspice temet ipsum interiore oculo. morbi uis urget, feruet noxia conscientia, moles peccatorum premit, intercipiunt sensum mentis angustiae: cognosce te ipsum et orationis quaere medicinam, posce ut ueniat medicus ille qui descendit de caelo, qui maxime aegrotos requirit, sicut ipse ait: non opus est sanis medicus, sed his qui male habent. habes uulnera? ne differas; non est 2
apud eum ulla conperendinatio sanitatis. habes ulcera? ne timeas; uerbo, non ferro curare consueuit. aspice igitur illis oculis, quibus Dauid auxilium quaesiuit et meruit. 'leuaui', inquit, 'oculos meos ad montes, quaesiui unde mihi ueniret auxilium, non inueni nisi a domino'. qui enim mundum condidit, tuetur accolas mundi. aspice ergo et semper aspice, quia iusti oculi semper ad dominum.

3. Hoc monet te etiam Hieremias in Threnis sub hac ipsa littera dicens ad Hierusalem: surge et expergiscere in nocte in principio uigiliae tuae, effunde sicut aquam cor tuum contra faciem domini, extolle ad dominum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum qui deficiunt fame in plateis omnium itinerum. nonne et aperte conclusionis ostendit 3
angustias et monet, ut intentione cordis, in quo est oculi melioris obtutus, remedium tibi salutare prouideas? denique etiam infra iterum sub hac littera ait: adpropiauit enim tempus nostrum, repleti sunt dies nostri, aduenit finis noster; leues facti sunt qui persecuti sunt

8*Matth. 9, 12 12*Ps. 120, 1 16 cf. Ps. 24, 15 18*Thren. 2, 19 26*Thren. 4, 19

1 tumor *Am2* 4 -met *om.av* in interiori *M* 4 moribus *M* uirus *MT* (*ex* uires) urguet *P* 5 intercipit—angustia *O* 7 de] e *MNPa* egros *O* 8 est opus *P* 9 iis *Gv* 10 aput *NPm1* retardatio *O* conferendi dilatio *a* 12 leuauit *Pm1* inquid *M*, *om.O* 17 haec *NPm1a* te *om.NPm1* sub *om.b* 18 et *om.a* expergescere *GPm1* 20 contra] ante *MNPRv* coram facie *a* 21 populorum *O* 22 quia *Mm1* fame] a me *AGPRa* animae *MN* 23 et *om.O* aparte *P*, *add.* et *O* 26 adpropinquauit *MNOPm1av* 28 leues *Oav* leuis *Mm1* leuiores *Pm2* leuius *cet.*

nos super aquilas caeli, in montibus accensi sunt, in deserto insidiatus est nobis.

4. Demonstrauit summam conclusionem nec ullum remedium nisi in aduentu domini nostri Iesu Christi, qui solus desperatis possit adferre medicinam. et quasi ostendens eum dicit: spiritus ante faciem nostram christus dominus conprehensus est in interitu nostro; in umbra eius uiuemus inter gentes, et infra: bibes, inquit, et inebriaberis adhuc. uisitauit iniquitates
2 tuas, reuelauit super peccata. quam breuiter aduentum et passionem eius expressit remissionemque omnium peccatorum, quam aperte congregationem futuram gentium declarauit! hinc illud apostolicum: quia caecitas ex parte Israel contigit, donec plenitudo gentium intraret et sic omnis Israel saluus fieret.

5. Ueni, domine Iesu, sed iam non in umbra, sed in sole iustitiae. si umbra profuit, si passionis tuae umbra protexit, si corporis umbra saluauit, quantum conferre poterit claritas aperta uirtutis! per umbram lepra curata est, per umbram quoque illius feminae, quae fimbriam uestis dominicae attigit, sanguis stetit, per umbram te
2 uidimus, quando non habebas speciem neque decorem. umbra tua caro fuit, quae nostrarum aestus refrigerauit cupiditatum, quae restinxit ignes libidinum, quae auaritiae diuersarumque passionum incendia temperauit. et quid dicam de umbra domini, quando et apostolorum umbra sanabat? ueniente etenim Petro unusquisque offerebat aegros suos, quos transeuntis apostoli umbra reddidit sanitati.

5*Thren. 4, 20    8*Thren. 4, 21. 22    13*Rom. 11, 25—26    16 cf. Mal. 4, 2
18 cf. Matth. 8, 3    19 cf. Luc. 8, 44    21 cf. Esai. 53, 2    25 cf. Act. 5, 15

1 ascensi *GMN*    2 insidiati sunt *a*    5 spiritus] *add.* eius *O*    8 bibes] bilis *A* bibis *Pm1Rm1*    9 *de* adhuc *cf. tractat. 21, 4*    uisitabit *MNPRaμ*    10 reuelabit *ANPaμ*    11 eius et passionem *O*    12 futurarum *codd. praeter AO,a*    13.15 israhel *R*    contigit in israel *O*    14 contingit *M*    16 sed—17 *alt.* umbra *om. N*    18 claritatis *R*    aperte *M*    uirtus *Rm2*    22 cupiditatum refrigerauit *O*    quae] *add.* compescuit insolentiam uitiorum, quae *Tm2a*    23 restrinxit *MOPm1Rav*    ignis *Am1Mm1Pm1Rm1*    26 offerabat *M*    aegrotos *Rm2* transeuntes *Rm1*

6. Audi quia caro domini umbra erat: ecce dominus sedet super nubem leuem et ueniet in Aegyptum, et Dauid dicit: sub umbra alarum tuarum protege me. factus est igitur exinanitus umbra nobis, quos sol iniquitatis exusserat. uidimus ergo in umbra eum, cum adhuc fides prima procederet. sed nunc iam totum inluminat mundum et tamen 2 adhuc eum per sui corporis, quae est ecclesia, umbram uidemus, nondum facie ad faciem; neque enim oculi corporis diuinitatis possunt recipere fulgorem. haec quoque umbra totum cotidie protegit orbem terrarum. profuit igitur conclusio; conclusit enim deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. sed iam consideremus, quid in conclusione dicendum est et unde incipiendum.

7. *Exclamaui in toto corde meo: exaudi me, domine, iustitias tuas exquiram*, dicit Dauid. cum inpressiones patimur corporales, exclamare consueuimus, ut alios ad praesidium nobis uocare possimus. premebatur sanctus propheta adpropinquantibus sibi persecutoribus. Saul primo infestus armato eum insequebatur exercitu, postea parricida filius inminebat; non contentus fugientis exilio uitam patris quaerebat eripere. sed ab illis minus pati poterat, quos in praesenti uidebat, quam ab illis, quos non uidebat. est enim conluctatio sanctis non solum aduersus 2 carnem et sanguinem, sed etiam aduersus principatus et potestates istius mundi rectoresque tenebrarum, qui latronum modo in istius saeculi nocte humanis insidiantur affectibus. horum igitur sanctus Dauid cum graues aduersum se fieri uideret incursus, exclamauit in toto corde suo. etenim aduersus diabolum non uocis magnitudine, sed magnanimitate cordis utendum est.

8. Est tamen et uox cordis, quia est et uox sanguinis, quae ad deum peruenit; denique deus dicit: uox sanguinis fratris

1*Esai. 19, 1 3 Ps. 16, 8 4 cf. Phil. 2, 7 7 cf. I Cor. 13, 12 10 Rom. 11, 32 14*Ps. 118, 145 22 cf. Eph. 6, 12 30 Gen. 4, 10

1 sedit *ANPm1Rm1* 5 eum in umbra eius *a* 6 procederit *Pm1R* 8 facie] faciem *A* 9 cottidie *GM* 11 in *om. APm1R* 12 est] sit *Na* 14 *praemittunt* I *ANPR* 15 iustificationes *NR* requiram *Pa* dicit Dauid *om. av* inpassiones *Pm1* 17 possemus *GPRm1* 21 *alt.* illis] aliis *Na* 23 *alt.* et *om. O* 24 huius *a* more *Pm2* 26 aduersus *O* uideret fieri *Pav* 30 dominum *Am1O*

tui clamat ad me. clamat ergo cor nostrum non sono corporis, sed cogitationum sublimitate concentuque uirtutum. grandis fidei clamor; denique in spiritu adoptionis clamamus: abba pater et ipse spiritus dei clamat in nobis. magna uox iustitiae, magna est castitatis, per quam et mortui locuntur nec solum locuntur, sed
2 etiam sicut Abel clamant. at uero iniusti anima nec uiuentis clamat, quia deo mortua est. nihil in illa sublime, nihil magnificum est quale eorum, quorum sonus in omnem terram exiuit et uerba in fines orbis terrarum. gracili uoce loquebatur Moyses et plus omnibus audiebatur, cotidie auditur in ecclesia. ab illis solis, hoc est Iudaeis, non auditur, qui aure audiunt, sed non audiunt. prophetae dicitur alteri: exalta uiribus uocem tuam.

9. Anna tamen non clamabat in corde suo sicut Moyses, sed loquebatur, fortasse quia filios postulabat, hoc est bona quidem, sed priuata, non publica; non clamabat, sed quia a domino postulabat, quia domino eum, si quem susciperet, offerebat, loquebatur deo; clamabat autem Moyses, quia non pro se, sed pro omni populo precabatur. unde dictum est ei a domino: quid clamas? clamabat affectu pio et sensu profundo et personabat in caelo, miraculis petens digna caelestibus, ut mundi elementa mutaret.

10. Denique et ipsius loci seriem recenseamus. instabat Pharao et innumeris Aegyptiorum stipatus curribus urgebat Hebraeos; hinc circumfusus hostis, inde interfusum mare plebem dei clauserat. nulla in armis fiducia, spes nulla in uiribus. strepebat tantummodo querella miserabilis, quod commodius sibi foret dura in Aegypto seruitutis onera subire quam acerba in deserto morte consumi, que-

3 Rom. 8, 15 8 cf. Ps. 18, 5 9 cf. Ex. 4, 10 11 cf. Hier. 5, 21 12*Esai. 58, 1 13 cf. I Reg. 1, 13 18 Ex. 14, 15 24 cf. Ex. 14, 12

1 tui] *add.* de terra *Ov* 2 cognitionum *A* contentuque *O* 5 caritas *O* castitas *R* loquuntur (*bis*) *AOav* nec] et non *M* 6 uiuens *MNTa*, *add.* non *O* 8 omnem *om. O* exiuit] *add.* sonus eorum *R*, *sed exp.* 9 Moyses loquebatur *v* 10 et cotidie *O* cottidie *GPm2* est] *add.* a *Mm2PRa* 11 *alt.* audiunt] *add.* corde *Tm2a* exaudiunt *v* 12 exalta] *add.* in *Rm2* 15 pribata *Pm1* *alt.* non *om. codd. praeter O, a* clamat *NT* quia] quae *a* 20 potens *Rm1* 21 et] ut *Oav* farao *APRm1* faraho *Rm2* 22 urguebat *MN* 23 hostes *Pm1* ostis *ex* ostes *Rm2* 24 stirepebat *A* sterpebat *Rm1* 24.26 querela *codd. praeter Pm1.av*

rella nihil praesidii ferens, plurimum offensae adferens. stabat ergo 2
Moyses maestus sollicitus anxius populi et periculis et querellis,
expectans fidem caelestium promissorum, et tacitus secum ipse uol-
uebat, qua tandem dominus ope iniuriae inmemor, memor gratiae
subueniret. dicit ad eum dominus: quid clamas ad me? sonum
eius non audio, uocem eius agnosco; silentium eius lego, clamorem
eius in operibus deprehendo. clamabat populus et non audiebatur,
tacebat Moyses et audiebatur. non populo dictum est: quid 3
clamas ad me? non enim ad deum clamabat populus qui iniusta
et uiris indigna clamabat. sed Moysi dictum est: quid clamas
ad me?, hoc est: tu solus ad me clamas qui de me speras,
tu solus ad me clamas qui uirtutem meam excitas, tu solus ad
me clamas qui per uniuersam terram adnuntiari meum nomen
expectas.

11. Clamabat ergo Moyses in corde suo, et omnis sapiens in corde
suo clamat. denique sapientia cum altissima praedicatione conuo-
cat ad craterem dicens: relinquite insipientiam et
quaerite sapientiam. magnae sublimitatis, magnae uocis
haec praedicatio est quae stultis sapientiam pollicetur. et Iesus
dominus clamabat: si quis sitit, ueniat ad me et bibat.
et uere magna clamabat, qui uocabat homines ad regnum caelorum,
ad illum uenerabilem potum, quo uitae aeternae fluctus infunditur.
et tu cum oras magna ora, id est ora quae aeterna sunt, non caduca, 2
ora quae diuina sunt atque caelestia, ut sis sicut angeli in caelo. noli
orare pro pecunia, quia aerugo est, noli pro auro, quia metallum est,
noli pro possessione, quia terra est; oratio ista ad dominum non
peruenit. non audit deus nisi quod dignum suis ducit esse beneficiis,
sed audit piam uocem, plenam deuotionis et gratiae.

5.8.10 Ex. 14, 15  16 cf. Prou. 9, 3  17*Prou. 9, 6  20 Ioh. 7, 37  24 cf. Matth. 22, 30

1 ferens] offerens *MOv*, *om.N*  2 *pr.* et *om.N*  querelas *AGRm1* querellas *Pm1* querelis *cet. av*  5 deus *OP*  8 tacebat—audiebatur *om. codd. praeter O*  10 uiris] ueteris *AR* iuris *Oa* ueris *Pm1* nimis *Pm2*  13 annuntiare *P*  16 cum *exp. R*  17 crateram *GMNOv*  18 *pr.* magna *AR*  sublimitas *Rm2*  19 quae *om.P*  dominus iesus *OR tr.*  20 exclamabat *Rv*  21 et uere] et uoce uere *a*  22 totum *A*  fructus *APR*  impenditur *O*  23 id est] *add.* ea *a*  non] *add.* quae *Ov*  26 terrena *NPm1T*  ista oratio *MNPav*  non peruenit ad deum *M* deum *a*  27 beneficiis esse *O*  28 sed] sed ad *ARm1*

12. Non solum ergo clamandum in corde, sed etiam in toto corde clamandum est. sicut enim corporaliter tunc bene clamatur, cum toto ore clamatur, ita spiritaliter toto est clamandum corde, si uolumus magna deferre et a domino quae poscimus impetrare. hanc dominus uocem exigebat a populo, quam populus nesciebat, ideoque dixit dominus: p o p u l u s h i c l a b i i s m e h o n o r a t, c o r a u t e m e o r u m l o n g e e s t a m e. qui ergo adpropinquauerit corde, ipse auditur a domino; cor ergo prius clamet, ut sermo possit audiri.

13. Sed non satis est clamare ad dominum, sed etiam iustitias
eius exquirere. exquirit autem iustitias, qui id, quod in omnibus
creaturis et maxime in animantibus rationabilibus iustum est, pro-
uidentiae adscribit diuinae. unde turturi studium pudicitiae, quae
compare amisso concubitum indulgere non nouit, quod homines
2 seruare non possunt? unde plerisque animantibus tam sobria partus
cura seruandi, ut, ubi conceptionis munus agnouerint, coitum non
putent esse repetendum, ne receptorum seminum fiat adulterina
permixtio? phoenix coitus corporeos ignorat, libidinis nescit in-
lecebras, sed de suo resurgit rogo, sibi auis superstes, ipsa et sui
3 heres corporis et cineris sui fetus. aquila, ne degeneres partus nutriat,
diligenti librat examine et adhuc teneros fetus pio ungue suspendit
solisque offert radiis, ut, si forte oculos suos ui fulgoris inflexerint,
tamquam degeneres laxato in praeceps ungue dimittat, sin uero
naturae uigorem constanti aduersum radios solis obtutu potuerint
uindicare, dignae subolem indolis onere grato reportet.

14. Uolatilia caeli omnia non serunt neque metunt et deus pascit illa, quia iustitias domini custodiunt nihil sibi proprium

6 *Esai. 29, 13 10 cf. Ps. 118, 145 13 cf. Ambros. Hex. V 19, 62 18 cf. Ambros. Hex. V 23, 79. Mela III 83 20 cf. Ambros. Hex. V 18, 60 26 cf. Matth. 6, 26

2 tunc corporaliter *O* 3 ore] corde *Mm1* clamando *Pm1Rm1* 4 diferre *APm1R* deseruire *O* referre *v* 5 uocem dominus *AR* 7 ergo] autem *O* 8 ut] et *Am1* 10 iustificationes *O* 12 rationalibus *AMNRv*, *add.* uel etiam irrationabilibus *ORav* 14 concubitu *MNPm1a* concubitui *Pm2v* 16 agnouerit *AGMm1PRm1*, *add.* ibi *Mv* 18 foenix *AGMNR* fenix *O* faenix *P* coitum *Rm2* corporeum (*ex*—eus) *Rm2* 19 surgit *a* 20 foetus *AR* degeneris *Mm1* 21 foetus *AM* 22 influxerint *R* 23 im *O* 24 uigore *MNa* obtutum *MNa* 25 subolem indolis *scripsi* indolem subolis *ARm2* indolem sobolis *cet. av* honore *M*

uindicando, sed ligno fructifero, quod domini iudicio communem ad escam datum est, famem releuare contenta. ex his igitur nos cognoscimus, quam diuinae subsidia prouidentiae hominibus non deessent, si dei iustitiam seruare uellemus. qui alit aues, non aleret homines, quos ad imaginem et similitudinem sui fecit? nonne pluris sumus illis? naturae praerogatiua pluris sumus, sed inferiores deminutione gratiae et praeuaricationis iniustitia.

15. Uersus secundus: *clamaui ad te, salua me, et custodiam testimonia tua.* repetit quod ad deum clamauerit et custodem se promittit caelestium statutorum, quae caelo terraque testibus dominus deus sanxit, ut praeuaricatores elementorum testimoniis arguantur. quomodo caelum aspiciant praeuaricationis suae conscium? quomodo fructus de terra expectent, quae nouit ingratos? uide igitur quam non parua promittat propheta. in clamando fidelis et promptus affectus exprimitur, in custodiendo testimonia continentiae uirtus, obsequii sedulitas declaratur.

16. Tertius uersus: *anticipaui in maturitate et exclamaui, in uerba tua speraui.* Graecus ἐν ἀωρίᾳ dixit, quod est ante horam, ante tempus. qui ergo dominum deprecatur, non uelut praescripta praecipue tempora praestoletur, nesciens in obsecrationibus domini tempus esse aliquod, sed semper in ipsis sit. siue manducamus siue bibimus, Christum adnuntiemus, Christum rogemus, Christum cogitemus, Christum loquamur; in corde nostro semper, semper in ore sit Christus.

1 cf. Gen. 1, 29—30 5 cf. Matth. 6, 26 8*Ps. 118, 146 10 cf. Deut. 4, 26 17*Ps. 118, 147 22 cf. I Cor. 10, 31

1 indicio *R* commune *O* 2 eleuare *AGP* *eleuare *R* leuare *MNO* nos *om. O* 4 iusticias—uellent *O* 5 plures *GOPm1Rm1* 6 illis sumus *O* plures *OR* 7 de(di-)minutionis *APm2R* diuisionis *GM* deuotionis *OPm2 in mg. v* gratia *AGMORv* 8 Uersus secundus] Sequitur *N*, *om. Am1a* Sequitur II *P* Uersus secundus sequitur *Rm2* Sequitur uersus secundus *Ov* et] ut *O* 9 mandata *v* dominum *MNORv* 10 promittet *APm1Rm1* 12 aspiciat *AGNPa* praeuaricationes *Mm1* 13 suae] *incipit prius fragm. Ambrosianum (= F)* expectet *ANRm2a* expectat *Rm1* 15 promtus *FM* 16 testimonia] *add.* tua *a* sedulitate *MPTa* sedulite *N* 17 Tertius uersus] III *M*, *om Am1a*, *add.* est *s.l. R* Sequitur III *NP* Sequitur uersus tertius *v*, *cf. p. 383, 12* 18 clamaui *Na* 20 praescribta *F* praecipua *ap.*, *om. O* praestolatur *GMm1N* prestolentur *O* 21 sed *om. AR* 24 ore] *add.* nostro *O*

17. Sed forte dicas: 'quomodo scriptum est: tempus omnibus, et tempus omni rei sub caelo est?' sed Iesus dominus supra caelum est, nullo circumscriptus est tempore. claudat os suum Arriana perfidia: tempus, inquit, omni rei sub caelo; quanto magis sub deo tempus, non supra deum! generatio ex patre non habet tempus; neque enim opus ante auctorem, sed auctor supra operis exordium. fortasse obiciant, quia dixit: tempus nondum aduenit et iterum dixit: pater, uenit hora; sed haec hora hora est passionis. est etiam tempus uirginalis conceptionis: ecce uirgo in utero accipiet, quia uirgo sub tempore et ideo praescripta aetate concepit.

18. Qui rogat itaque, semper roget et, si non semper precatur, paratum semper habeat precantis affectum. pernoctabat in oratione dominus Iesus non indigens precationis auxilio, sed statuens tibi imitationis exemplum. ille pro te rogans pernoctabat, ut tu disceres quomodo pro te rogares. redde igitur ei quod pro te detulit, audi supra dicentem prophetam: media nocte surgebam ad
2 confitendum tibi. et tu surge uel media nocte, si non potes tota semper nocte uigilare, ut, dum oras nocte, ueri solis pectori tuo splendor inradiet, quia omnis anima quae Christum cogitat in lumine semper est, dies lucet, ⟨si⟩ tibi Christus adspirat. sed quia sequens uersiculus de tempore precandi euidenter expressit, in isto uersiculo actuum magis operumque arbitror quam orationis tempus intellegendum.

19. Praecurrit aetatis maturitatem, quisquis in adulescentia positus senilem grauitatem induit et iuuenales annos ueterana

1.4*Eccle. 3, 1 7*Ioh. 7, 6 8 Ioh. 17, 1 10*Esai. 7, 14 13 cf. Luc. 6, 12 17 Ps. 118, 62

1 fortasse *Na* scribtum *F* 2 rei] *add.* quae *O* dominus Iesus *Aav* 3 circumscribtus *F* circumscriptum *Mm1* 4 inquid *APm1Rm1* caelo] *add.* est *Mm2N* 7 tempus] *add.* meum *MNTav* 9 ora ora *F* ora *AR* hora *cet. aμ* 10 in *om. Rm1* concipiet *O* 11 et *om. O* ide *ARm1* praescribta *F* concipit *APm1Rm1* 15 pernoctabat] *add.* in oratione *Mm2N* 16 **tulit *P* 18 confitendum] *desinit F* 21 dices *R* diei lucem *O ed. Rom. b* si *addidi* tibi] *add.* semper *μ* Christus] *add.* et *Rm2* 22 euidenter *om. MN* 23 orationis *om. M* 25 adolescentia *codd. av* 26 iueniles *GMNOPm2Rm2av* uetere *O*

quadam continentia regit feruoremque uirentis corporis incana
morum maturitate componit. nam quid potest habere laudis, si effe-
tum corpus uoluptatibus et iam senectutis gelu frigidum ad sera
deuotionis officia deposito iam segnior uigore conuertat? non est 2
corona, nisi ubi fuerit difficilioris lucta certaminis, ad quam rari
adtingere possunt nec omnes qui ingressi fuerint stadium peruenire.
ille laudabilis, cui est in se ipso ante certamen, qui carnem suam
reluctantem sibi mentis cohercet imperio, parca frugalitate castigat
et seruituti redigit, ne effrenata libertate luxuriet atque indomita
feruens cupiditate habenas animi regentis abrumpat. in hora est ergo 3
senex, si munia sobriae maturitatis exerceat, ante horam praecur-
rens iuuenis, si senili pondere incentiua conprimat uoluptatum
ac feruentis inlecebras cupiditatis extinguat; bonus est enim
dominus sustinentibus, Hieremias dicit et: bonum
est uiro qui graue portauit iugum a iuuentute,
sedebit singulariter et silebit, quia tulit iu-
gum uerbi. qui enim a iuuentute iugum portauerit et habenis 4
maturi moderaminis teneriora uolens colla subdiderit, sedebit
singulariter remotus a strepitu interpellantium passionum et qui-
etus silebit, cui necesse iam non sit iurgari cum corpore, decertare
cum uariis cupiditatibus, quia tulit iugum uerbi anima quae quaerit
deum, quae captiuas sibi fecit omnes delicias iuuentutis. unde 5
fortasse et illud dominicum: non clamabit neque con-
tendet neque audiet quisquam in plateis uocem
eius non solum ad defensionis silentium absolutionisque contem-

8 cf. I Cor. 9, 27   13* Thren. 3, 25   14* Thren. 3, 27—28   23* Matth. 12, 19

1 inscena *APm1R*   2 effectum *AGMm1NRm1*   3 corporis *GMm1 Pm1Rm1*   5 difficilis *O*   6 adtingere *om. GMm1*   possint *AR*   nec] non *GMNv*   8 cohercit *A* coercit *GMm1Pm1* coherce *R* coercet *cet. av*   fragilitate *Pm1*   9 seruitute *M*   luxoriet *APm1Rm1*   10 animum regentes *O*   11 sobria *A* sobriae et *PRm1* sobrietatis et *Rm2*   horam *om. O*   praecurrit *O*   12 incentiuam *R*   uoluptatem *A*   13 feruentes *Pa*   15 uero *Rm1*   portauerit *ORm2*   iuuentute] *add.* sua *Ob*   16 quia *OPm2Rm2av* qui *cet.*   18 tenerihora *ARm1* interiora *O*   19 ab *O*   20 silebit] *incipit F*   necesse] *add.* est *Na*   sit *om. a*   iurgare *OR*   21 uanis *M*   22 deum] eum *F*   quae] qui *AGMNPm1R*   uel ‘quae‘ siue ‘quia‘ *Pm2*   fecit sibi *MO*   23 clamauit *codd. praeter ORm2*   contendit *codd. praeter ORm2*   25 contentum *Fm2*

ptum et tolerantiam passionis, sed etiam ad conpressiones omnium accipere possumus corporalium uoluptatum. unde et alibi scriptum est, quia peccatum non fecit. recte igitur tacebat in mortis periculo constitutus qui mortis aculeum non timebat.

20. In uerba, inquit, tua speraui. Graecus ἐφήλπισα dixit, quod est ad sperandum semper crescere et spem spei adiungere. iustus semper sperat et in aduersis positus et frequentibus adflictus aerumnis desperare non nouit, sed quo grauiora tolerauerit magis sperat et sperandi sumit profectum secundum illud oraculum: consolamini consolamini populum meum, dicit dominus. sacerdotes, loquimini iustitiam in cor Hierusalem, consolamini eam, quia repleta est deiectio et solutum est peccatum eius, quia recepit de manu domini duplicia peccata sua. quam cito dixit plenitudinem deiectionis solutionem esse peccati et repetiuit causam consolationis, eo maius esse reconciliationis insigne, quo numerosior fuerit poena quam culpa.

21. Iob tot grauatus incommodorum acerbitatibus pio spem cumulabat affectu, discretam a piis causam adserens impiorum, quorum lumen extinguetur; lux autem secundum Salomonem semper iustis. unde colligitur, quia iustus semper in uerba dei sperat et spem adicit spei. quod euidentius expressit Esaias dicens: tribulationem super tribulationem ex-
2 pecta, spem super spem. ad perlactatos et abductos ab uberibus loquebatur, hoc est ad eos qui prima infantiae alimenta transissent cibo iam habiles fortiori. exemplo sit, quod ablactatus

3 cf. I Petr. 2, 22 (*addere debuit uersum 23*) 5*Ps. 118, 147 cf. p. 342, 16 10*Esai. 40, 1—2 19 cf. Hiob 18, 5 20*Prou. 13, 9 23*Esai. 28, 10 26 cf. Hebr. 5, 12.14

1 tollerantiam *MN* tolerantium *Rm1* conprehensiones *AR* compressionis *Mm1N* 2 accepere *Mm1* scribtum *F* 3 tabescebat *Pm2* 5 inquid *Pm1* *EΦηαιτιCΑ F ἐπιελπισα a ἐπήλπισα v* 6 est *post* semper *tr. M* 7 *pr.* et *om. O* adflictus *om. T* 8 aerumnis—sed *euan. F* quod *Pm1* tolerauit *Oa* 9 illut *Pm1* 10 populus meus *Fm2* 12 corde *Rm1* 13 solum *A* 14 recipit *Pm1* 18 aceruitatibus *Fm2AGMN* 20 extinguitur *FANPRa* 21 *pr.* semper] *add.* est *FOPm2v* in uerba dei semper *AR* uerbis *O* 22 adiecit *M* euiden—] *desinit F* 23 expectat *O* 24 *pr.* spem] semper *M* ablactatos *Pm2* 25 primam *A* 26 fit *AGNa*

Isaac patriarcha tantus euaserit, ut adhuc inter rudimenta primaeuae positus aetatis nequaquam tamen gladium ferituri parentis horruerit. plures filios habuit Abraham, nullum ablactauit alium, sed in hoc solo legitur fecisse e p u l u m m a g n u m. et bene 'magnum epulum' scriptura dixit, quia typus erat eius quem semper epulantur corda sanctorum.

22. Sequitur uersus quartus: *p r a e u e n e r u n t o c u l i m e i m a n e m e d i t a r i u e r b a t u a.* supra ait: p r a e u e n i ἐν ἀωρίᾳ, hoc est 'ante horas, ante tempus', hic ait 'mane', aliud significans tempus orandi atque psallendi domino, ut sit illud prius secundum quod ait: m e d i a n o c t e s u r g e b a m, hoc autem iuxta illud: 'praeueni orientem solem'. graue est enim, si te otiosum in stratis radius solis orientis inuerecundo pudore conueniat et lux clara feriat oculos somnolentos, adhuc torpore depressos. arguit 2 nos tanti temporis spatium sine ullius deuotionis munere ac sacrificii spiritalis oblatione feriata nocte transmissum. an nescis, o homo, quod primitias tui cordis ac uocis cotidie deo debeas? cotidiana tibi messis, cotidianus est fructus. occurre ergo ad solis ortus, ut te oriens inueniat iam paratum, ne lumina tua madido adhuc sopore marcentia primus diei fulgor exagitet.

23. I n c u b i l i m e o i n n o c t i b u s q u a e s i u i q u e m d i l e x i t a n i m a m e a, dicit ecclesia. ideo eum meruit inuenire, ideo eius gratiam promereri, quia etiam in cubili suo quaesiuit, quaesiuit in noctibus. propterea copiam eius adepta in posterioribus loquitur ad sponsum: u e n i, f r a t e r m e u s, e x e a m u s i n a g r u m, r e q u i e s c a m u s i n c a s t e l l i s; d i l u c u l o

4*Gen. 21, 8 7*Ps. 118, 148 8*Ps. 118, 147 11 Ps. 118, 62 21*Cant. 3, 1 25*Cant. 7, 11—12

2 aetates *Pm1* perituri *AR* 4 solum *NPa* legitur *om.NPm1* fecisse legitur *OPm2Rav* *alt.* epulum magnum *O* 7 Sequitur—quartus *om.a* uersus *om.NP* IIII *AGNOPR* III *M* 8 meditare *APR* ἐν] IN *AGMOPR* 10.12 illut *Pm1* 14 somnulentos *ARm1* somnolento *v* 15 illins *A* ac] a *APR* ad *T* 16 oblationem *T* feriate *ex*-ti *Pm2* feria***R* feriatam *T* nocte *om.MNTa* transmissam *A* transmissa est (est *s.l.*) *R* 17 cottidie *et* cottidiana *et* 18 cottidianus *M* 18 messes *ARm1* est] tibi est *O* solem *Mm1* ortum *P* 20 marcentia *scripsi* mergentia *codd. av* 21 lectulo *N* cubiculo *Rm1Ta* 22 meruit eum *av* 23 cubiculo *NT* suo *om.AMNav* 24 copia *a* eius est copiam *AR*

2 surgamus in uineas. aduertis quemadmodum sponsa uerbum
inuitet dei, ut ueniat in terras et tollat peccata mundi? ager hic
erat ante desertus, sentibus nostrorum squalidus delictorum, horri-
dus spinis. castellum erat, in quo relegatus Adam perpetuo suae
posteritatis heredes stringebat exilio. illo ergo ducit Christum ec-
3 clesia, ut Adam liberet. deinde exulibus absolutis coepit mundi istius
ager idoneos habere cultores et, qui erat ante ieiunus, factus est uitis
aeternae plantatione fecundus. nec sic tamen spiritalibus laeta pal-
mitibus euagatur, sed ad has uineas uocat Christum, ubi psallentes
sint et orantes, ubi noctibus ac diebus fructus innoxius perseueret.

24. Ibi, inquit, dabo ubera mea tibi. dederunt mandragorae odorem. plerique discernunt quendam inter mandragoras sexum, ut et mares et feminas putent esse, sed feminas grauis odoris. significat ergo gentes, quae ante faetebant, cum essent infirmiores euirata quadam inbecillitate perfidiae, boni odoris fructus ferre coepisse, postquam in aduentum domini crediderunt.
2 legimus etiam, quod mandragoras acceperit sancta Rachel a sorore
sua Lia, ut concederet ei illa nocte dormire cum sancto Iacob.
mandragoras Ruben primogenitus adtulerat matri suae Liae, quae
lippientibus oculis synagogae figuram accepit, quia Christi gratiam
3 uidere non potuit hebetato debilis mentis obtutu. quo declaratur,
quod fructus, quos ante synagoga a primogenito dei filio susceperat,
ecclesiae concessit. sed quia illius noctis potita concubitu
genuit Lia suae posteritatis heredem, impletur mysterium,
quoniam credentibus apostolis reliquiae Iudaeorum per electio-
nem gratiae saluae factae sunt.

2 cf. Ioh. 1, 29 7 cf. Ioh. 15, 1 sqq. 11*Cant. 7, 12—13 12 cf. Dioscorides IV 7 17 cf. Gen. 30, 14.16 25 cf. Rom. 11, 5

1 uineis *ORm1* 4 spinis] *add.* uitiorum *Pm2* castellus *A* religatus *Mm1ORTa* perpetuae *M* 5 exilio] ex illo *R* ecclesia Christum *av* 7 idoneus *M* quia *Pm2* ante *om. O* 8 sit *GMm1* tamen sic *Pav* 10 diebus et noctibus *O* 11 tibi] ibi *AGMNTa* tibi ibi *O* 12 decernunt *Rm1* 13 mandragora *O* putent esse et feminas *NPav* 14 odor *Mm2NT* odori *Pm1* faetebant *sic Pa* 15 euersata *AMNPm1RT* eiurata *O* 16 fructum *Ov* 18 lilia *Rm1* 19 adulterat *Rm1* matris *M* 21 optutu *NP* 23 concubitu] *add.* concepit et *a* 24 impleuit *MNv* 25 quod *O* electionem] *incipit alt. fragm. F*

25. Unde ait ecclesia: noua et uetera, frater meus, seruaui tibi. quis dabit te fratrem, lactantem ubera matris meae? inueniens te foris osculabor te, et quidem non spernent me. adsumam te et inducam in domum matris meae et in secretum eius quae concepit me; docebis me. habens igitur in- 2
formationem nouarum et ueterum scripturarum nec despicabilem esse se sentiens non solum orationibus in secreto cordis uerbum tenet, uerum etiam psallentis chori uocibus uelut quibusdam eum gratiae osculis osculatur.

26. Itaque malorum granatorum, hoc est diuersorum et innumerabilium fructuum et praecipue fidei odoribus grata, sapientiae et gloriae uitaeque aeternae subnixa diuitiis, quae sunt circa sinistram et dexteram sponsi, per animas sanctas laudantium congregationum plausibus excitat Christum dicens: adiuraui uos, filiae Hierusalem, quid suscitetis et quid resuscitetis dilectionem usque quo uoluerit.

27. Unde eam mirantur filiae Hierusalem, sanctae scilicet animae patriarcharum et prophetarum ueterumque iustorum uel caelestes potentiae, dicentes: quae est haec quae ascendit dealbata, innitens super fratrem suum? hoc est: talibus sollemnitatibus fulget ecclesia et quae ante per diem fusca erat, iam splendet in noctibus et relucet.

28. Ipse quoque dominus tanto munere psallentium delectatus ait: pone me ut signaculum in cor tuum, ut sigillum in brachium tuum, quia ualida est ut mors

1*Cant. 7, 13 (14)—8, 2 11 cf. Cant. 8, 2 13 cf. Cant. 8, 3 15*Cant. 8, 4 20*Cant. 8, 5 25*Cant. 8, 6—7

2 seruauit *ARm1* frater *b* lactentem *MNOPm2aμ* 4 spernes *O* 5 domo *GMNPm1R* secreto *O* 6 *pr.* me] *add.* ibi *AMm2aμ* 7 ueterarum *O* scribturarum *Fm2* displicabilem *G* dispicabilem *MRm1* 8 se esse *AR* se *om. GMNOPa* 9 psallentibus *AORμ* uelud *M* cum *Rm1* 10 osculis *dej. A* gratiae *NPaμ* 12 fructuum—*p. 438, 23* necessitas non *desunt in A* gratiae *FOaμ* 14 et—animas *euan. in F* dextram *Om2* per] et *GR* 15 adiuro *Mm2NPm1T* 16 *pr.* quid] quin *GMN* ne *ORm2v* ut non *Ta* suscetis *G alt.* quid *F, om. cet. av* 17 uoluerit] *add.* quae est haec *R* 18 scilicet *F, om. cet. av* 19 utrorumque *ex* uterumque *Rm2* 20 caelestis *GMR* haec *FOav, om. cet.* 22 ante] arite *G* rite *FR, om. O* 24 psallentium *om. O*

caritas, durus sicut inferi zelus; alae eius alae
ignis flammae; aqua multa excludere non pote-
2 rit caritatem et flumina non inundabunt eam. qui
audit tantam deuotionem ecclesiae, idoneos putat esse iam populos,
qui in corde nostro et brachio signaculum eius portare possimus.
ipsum enim pater signauit deus et qui testimonium eius accepit
signauit, quia deus uerax est, et ideo operantes cibum permanen-
tem in uitam aeternam signati sunt ad imaginem et similitudinem
3 Christi, qui est imago inuisibilis dei. sicut ergo deus
uerax est, et tu signa in tuo sensu et opere ueritatem, ut os tuum
non loquatur mendacium, manus tuae non operentur opera homi-
num quae sunt fallacis istius mundi, sed illa quae dei sunt, ut pauperi-
bus largiantur, debiles subleuent, mortuos honorent tumuli sepul-
tura. his operibus caritas quaeritur, ut nemo possit a Christo uel
4 periculo mortis auelli. unde ille ait: quis nos separabit a
Christo? tribulatio an angustia an persecutio?
et infra: confido enim quia neque mors neque uita
neque angeli ⟨neque potestates neque praesen-
tia neque futura separare nos poterunt a
caritate dei quae est in Christo Iesu⟩.

29. Ea specie etiam zelus durus est caritatis et alae eius alae ignis. habet alas sicut columba. sunt enim pennae columbae deargentatae, quibus euolat qui diligit, dicens: ecce elongaui fugiens et mansi in solitudine. sed alae caritatis alae ignis, quibus dilectionis inflammat ardorem. hoc uapore feruentes fecit dominus angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem.

7 cf. Rom. 3, 4. Ioh. 6, 27 9*Col. 1, 15 12 cf. Ioh. 6, 28 15*Rom. 8, 35 17*Rom. 8, 38 22 cf. Ps. 67, 14 23 Ps. 54, 8 26 cf. Ps. 103, 4

*def. A* 1 zelus] *add.* tuus *a* 2 ignis] *add.* et *Rm2μ* 3 inundabunt *FPm2Rm2v*, *desinit F* undabunt *cet. a* quia audit *M* quia uidit *OPm1av* 4 idoneus *R* putat esse] putasse *Pm1Rm1* fortasse *Pm2Rm2* 5 et] *add.* in *Oav* possumus *a* 6 ipse *a* significauit *MRm1* accipit *Pm2* 11 tui *Pm1* tua *Ov* operetur *Ov* 12 sunt dei *O* 13 largiatur *ORv* subleuentur *Gm1* subleuet *MORv* honorentur *Gm1* honoret *MOPm2Rv* tumulis *GMNPm1RTa* sepulturae *GMNPm1Rm2Ta* 15 qui *M* separauit *Rm1* superabit a caritate christi *O* 16 angustiae *MR* 18 neque—20 Iesu *suppleui ex tractat. 8, cap. 36 extr.; cf. tractat. 3, 43* 21 e aspice *M* 23 et uolat *R* elongaui] uolaui *O* 25 auctorem *M* feruentis *Mm1* 26 facit *Mm2* dominus fecit *O*

sed non exurentem. legimus et alam templi, supra quam diabolus 2 temptans fecit ascendere saluatorem, quae erat in templi culmine. sunt ergo fastigia pietatis, sunt culmina caritatis, quae uaporem gratiae pectoribus humanis adolere consuerunt, ut multa aqua extinguere atque excludere non queat caritatem et flumina eam saecularium tempestatum nulla concludant.

30. Cum ergo tanta ecclesiae gratia, tanta nos praemia deuotionis inuitent, praeueniamus orientem solem, occurramus ad eius ortus, antequam dicat: *ecce adsum*. uult se praeueniri sol iustitiae et ut praeueniatur expectat. audi quemadmodum expectet et cupiat praeueniri: dicit *angelo Pergami ecclesiae: age paenitentiam, ceterum uenio tibi.* dicit *angelo Laodiciae: aemulare ergo et paenitentiam age. ecce sto ad ianuam et pulso, et si quis audierit uocem meam et aperuerit ianuam, intrabo ad eum.* poterit intrare; denique nec resurgentem eum cum cor- 2 pore ulla clausarum ualuarum repagula retinere potuerunt, subito se apostolicis penetralibus inprouisus infudit. sed studia deuotionis tuae desiderat experiri, apostolos iam probatos habebat. aut forte in persecutione praeuenit; ubi tranquillitas est, praeueniri cupit. praeueni certe hunc quem uides solem, *surge qui dormis et exsurge a mortuis, ut inlucescat tibi Christus.* si hunc solem praeueneris, antequam iste surgat, accipies Christum inluminantem. ipse prius in tui cordis inlucescet arcano, ipse tibi 3 dicenti: *de nocte uigilat ad te spiritus meus matuti-*

1 cf. Matth. 4, 5  9 Esai. 58, 9  11*Apoc. 2, 12. 16  12*Apoc. 3, 14. 19. 20
16 cf. Ioh. 20, 19  21*Eph. 5, 14  25*Esai. 26, 9

*dej. A*  1 et *om. Pm1*  2 qui *MN*  3 pietatis] pinnae *Gv* pignae *O* piae *R*  sunt piae *tr. R*  4 consueuerunt *Ov*  7 ecclesia est *Rm1*  *alt.* tanta] *incipit F, multis locis auulsis*  deuotionis praemia *O*  9 nos sol *O*  10 quemammodum *Fm2N*  expectat *P*  12 ueniam *v*  tibi] *add.* cito *v*  dicit] *add.* et *O*  13 laodiceae *FG* (*v*)  15 mihi ianuam *O*  16 *pr.* eum] ea *Rm1* illum *a*  poterit *a* poterat *codd. v*  denique] *add.* quia *a*  17 repacula *MN*  18 effudit *O*  19 apostolus *R*  iam] etiam *a*  20 . . . sequutione *F*  21 praeueniri *PR*  22 exurge *FOPa*  ut] et *NPm1*  23 praeueniris *P*  aspiciens *FO* aspicies *av*  24 inlucescet *scripsi* lucescit *T* inlucescit *cet. av*  archano *GMNOPR*  sibi *Fm2*

num lumen temporibus faciet splendere nocturnis, si mediteris uerba dei. dum enim meditaris, lux est et uidens lucem non temporis, sed gratiae dices: *quia lux praecepta tua.* cum autem te meditantem uerba diuina dies inuenerit et tam gratum opus orandi atque psallendi delectauerit tuam mentem, iterum dices ad dominum Iesum: *exitus matutinos et uespere delectabis.*

31. An uero Moyse magistro usus populus Iudaeorum cotidie in senioribus suis, qui ad hoc munus electi sunt, noctibus ac diebus sine ulla cessatione recenset scripturas diuinas et, si quid aliud seniorem interrogaueris, nescit nisi scripturae diuinae seriem resultare, uacat illic sermo de saeculo, sola illic scriptura contexitur, singulorum sibi per uices ora succedunt, ne quando sacer ille sonus mandatorum caelestium ferietur: et tu, christiane, dormis, cui magister est Christus, et non uereris, ne de te dicatur: 'populus iste nec labiis me honorat, Iudaeus uel labiis, tu uero nec labiis'? si illius qui uel labiis honorat cor longe est a deo, quomodo potest cor tuum prope esse, qui etiam labiis non honoras? quamdiu somnus, quamdiu te saecularia tenent, quamdiu sollicitudines istius uitae, quamdiu terrena!

32. Diuide saltem deo et saeculo tempora tua; uel, quando non potes agere in publico, quae sunt istius mundi, et tenebrae prohibent noctis, deo uacato, indulge orationibus et, ne obdormiscas, psallito, somnum tuum bona fraude fraudato. mane festina ad ecclesiam, defer primitias pii uoti; et postea, si uocat saecularis necessitas, non excluderis dicere: *praeuenerunt oculi mei mane medi-*
2 *tari uerba tua*; securus procedes ad tuos actus. quam iucun-

3*Esai. 26, 9 6*Ps. 64, 9 7 cf. Ex. 18, 14 sqq. 14 cf. Esai. 29, 13 24*Ps. 118, 148

*def. A* 1 splendere nocturnis faciet *O* 2 dum—meditaris] deum enim meditari *b* mediteris *Oμ* 3 te *om. FO* meditantem te *N* 4 tam] cum *Pm2* adque *F* et *a* 6 matutini *O* delectaberis *O* 7 at *NTa* usus] *add.* est *a* cottidie *M* 8 sermonibus *GMNPm1RTa* suis] *sequitur in Tm2a:* a mane usque ad uesperam iudicium dei operiendo. quod uidens cognatus eius esse intolerabile consilium dedit negotii consummandi partito cum aliis onere 9 recenseto *a* *in uoce* scribturas *desinit F* 10 resuscitare *Mm1* relustrare *N* 12 succendunt *M* 14 nec *om. O* 15 si *om. O* 16 *pr.* cor] *add.* autem *O* 17 *pr.* quamdiu] *add.* te *av* sonus *O* 18 sollicitudo *a* 19 domino *R* sua *MN* 21 obdormescas *Rm1* psalleto *Pm1Rm1* 22 manifesta *Mm1*, *add.* et *ORv* 23 excluderis] *pergit A* 25 tua] *add.* et sic *a* procedis *GPRa* iocundum *codd. a*

dum inchoare ab hymnis et canticis, a beatitudinibus quas in euangelio legis, quam prosperum, ut te Christi sermo benedicat et, dum recantas domini benedictiones, studium alicuius uirtutis adsumas, ut etiam in te benedictionis diuinae meritum recognoscas!

33. Sequitur uersus quintus: *uocem meam exaudi secundum misericordiam tuam, domine, secundum iudicium tuum uiuifica me.* semper homo, etiamsi sanctus et iustus sit, debet orare, ut exaudiat eum dominus secundum misericordiam suam, non secundum merita uirtutis alicuius, quia rara uirtus, multa peccata, et secundum iudicium suum, ut infirmis opem ferat. et maxime hoc debemus orare, cum aliquibus urgemur aduersis. unde non otiose a sancto Dauid praemissa est diuinae misericordiae postulatio.

34. Sequitur enim: *adpropinquauerunt persequentes me inique, a lege autem tua elongauerunt.* Graecus sic posuit: adpropinquauerunt persequentes me iniquitate, hoc est qui cum iniquitate me persequebantur. quanto magis mihi adpropinquauerunt, tanto amplius se a lege tua separauerunt, quoniam qui fratrem suum persequitur a lege secernitur; lex enim dicit: diliges dominum deum tuum, diliges proximum tuum. non ergo oderim fratrem, ne dicatur mihi: si fratrem tuum non diligis quem uides, quomodo potes deum diligere quem non uides? nescis fratrem tuum mercem esse sanguinis Christi? mercem ergo non diligis Christi, si fratrem non diligis.

1 cf. Matth. 5, 3—10 5*Ps. 118, 149 14.16*Ps. 118, 150 20 Deut. 6, 5 *Leu. 19, 18 22*I Ioh. 4, 20

1 ymnis *GMNPR* et canticis *om. O* beatitudinis *ARm1* 2 sermo Christi *Ov* 3 dei *O* adsumos *A* adsummas *P* adsumis *Rm1* 4 diuinae benedictionis *O* 5 Sequitur—quintus *om. a* uersus *om. AGMNOP* V *AGMP*, *om. NO* 6 domine] *add.* et *v* 7 etiam (si *om.*) *AO* 8 sit *om. O* debet *ante* etiam *tr. O* 9 secunda *A* secundo *Rm1* 10 suum] *add.* uiuificet *a* 14 Sequitur enim *om. Na*, *add.* VI *AGMPR* uersus *add. Rm2* 15 tuam *P* 16 me] *add.* septimum casum *AR* 17 *pr.* iniquitati *MO* qui *om. MNa* 18 se] *add.* est *Mm1* 20.21 diligis *ARm1* 20 tuum *om. M* 22 diliges *APm1Rm1* 25 fratrem] *add.* tuum *P*

35. Ergo persecutor mihi adpropinquat, ut noceat, sed is se a lege disterminat — *quae enim portio iustitiae cum iniquitate?* — qui autem a lege dei se separat, separat se et ab aeterna uita; lex enim uita est. denique ostendens propheta legem dei ait: *ecce ista est uita, quoniam qui facit quae*
2 *legis sunt uiuet in eis*, quod legi utique conuenit spiritali. et fortasse qui mihi adpropinquat, ut noceat mihi, dum separatur a lege, separatur a Christo, quia Christus est uita. ego autem si adhaeream Christo, nec mihi adpropinquat, quia, etiamsi corporis mei habeat potestatem, animae tamen meae nocere non poterit. denique persecutores martyrum quam longe ab eorum meritis separati sunt!

36. Sed forte dicas: 'quomodo sancti adhaerent deo?' et ideo sequitur: *prope es, domine, et omnia praecepta tua ueritas.* prope est dominus omnibus, qui ubique adest, nec fugere eum possumus, si offendimus, nec fallere, si delinquimus, nec amittimus, si colamus. spectat omnia deus, omnia uidet, adsistit
2 singulis dicens: *deus adpropinquans ego sum.* et quomodo potest deesse alicubi deus, cum de spiritu dei legeris: *spiritus domini repleuit orbem terrarum?*, quia ubi domini spiritus ibi dominus deus. *caelum et terram ego conpleo, dicit dominus.* ubi igitur deficit qui implet omnia aut quomodo de plenitudine eius omnes accepimus, nisi omnibus adpropinquet?

37. Denique Dauid, sciens illum ubique esse et implere caelum et terras et maria, ait: *quo ibo a spiritu tuo aut quo*

2*II Cor. 6, 14 5*Leu. 18, 5 *Ezech. 20, 11 9 cf. Matth. 10, 28 13*Ps. 118, 151 17*Hier. 23, 23 18 Sap. 1, 7 20*Hier. 23, 24 22 cf. Ioh. 1, 16 25*Ps. 138, 7—10

1 persequutor *P* adpropinquant *Rm1* his *M*, *om.O* se] et *codd. a. del. P* 2 disterminat—3 lege *OPm2av*, *om. cet.* quae] quem *O* iustitiae *Oav*, *om.P* 3 *pr.* se *om.GM* *pr.* separarat *R* separat se *Pm2av* separat *O*, *om. cet.* et *om.Ov* 5 facit] *add.* ea *a* 6 uiuit *AGMNRm1* legis *AN* conuenit utique *NPav* et—7 noceat mihi *om.AGNPm1R* 8 quia—9 Christo *OPm2av*, *om. cet.* christo adhaeream *P* 9 Christo] deo *O* qui *MN* habet *N* 10 persequutores *Am1* 12 fortasse *O* 13 sequitur] *add.* VII *AGPR*, *add.* uersus *Rm2* es] esto *O* es tu *v* 15 refugere *a* derelinquimus *O* 16 adsistet *Pm1Rm1* 20 deus dominus *O* 21 defecit *PR* 22 eius] *add.* nos *MOv* accipimus *AN* 25 terram *NOPav* aut] et *MOav*

fugiam a facie tua? si ascendero in caelum tu ibi es, si descendero in infernum ades; si sumpsero pennas meas ante lucem et habitem in nouissimo maris, etenim ibi manus tua deducet me et tenebit me dextera tua. quam cito significauit ubique deum esse et ubicumque est dei spiritus ibi deum esse et ubi est
deus ibi spiritum eius esse praesentem. quo loco indiuiduae copula 2
trinitatis expressa est, siquidem haec per os prophetae locutus est dei filius, in persona hominis locutus qui per incarnationem descendit in terras, per resurrectionem ascendit in caelum, per corporis mortem penetrauit infernum, ut solueret alligatos. aut si ad prophetam referas, aduertis expressum quod ubique manus et dextera dei Christus adsistat, ubi pater deus et sanctus dei spiritus.

38. An cum de sole dubitare nequeamus, quod procedens toto orbe radios diffundat suos et omnibus lumen infundat, quem etiam illi qui uidere non possunt sentiunt tamen aeris ipsius fotu esse praesentem — ubi enim deest calor illius? quo radii eius non perueniunt, cum discussis noctis aut nubium tenebris inluminat terras? in caelo fulget, in mari rutilat, feruet in terris —, de sole ergo non dubitas quod ubique resplendeat, de deo dubitas quod ubique fulgeat
splendor gloriae eius et imago substantiae? quid non penetret uer- 2
bum dei, splendor aeternus, qui etiam occulta mentis inluminat quae non potest sol iste penetrare? uerbum enim dei gladius spiritalis est, usque ad diuisiones animae atque artuum medullarumque perueniens, de quo dicit iustus ad Mariam: et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cordium cogitationes.

21 cf. Hebr. 1, 3 23 cf. Eph. 6, 17 24 cf. Hebr. 4, 12 25*Luc. 2, 35

1 fugiam *post* tua *tr. Oav* caelo *Pm1* 4 me] te *Gm1* 6 et ubicumque—7 praesentem] et ubi est deus, ibi spiritum eius esse praesentem, et ubicumque est dei spiritus, ibi deum esse *Ov* *pr.* et—spiritus *eras. P* ubicumque] ubique *N* ubi *Ta* *pr.* est *om. Mm1* dei] deus *G* ibi—7 deus *om. P* est deus] esse deum *AR* 7 spiritus *G* eius] dei *a* indiuidua *NPTa* 8 hos *ARm1* 9 locutus *del. O* qui *eras. P* 11 mortes *Rm1* aut] ad *M* 14 quo *Rm2* procedente *AGOPm2 Rm2v* procendente *Mm1 Rm1*, *add.* die *OPm2v* 16 fotum *AP* fortu *M* 18 tenebras *AGPRm1* terram *a* 19 fulgit *APm1* 20 *alt.* quod] *add.* non *Pa* 21 quid] quod *AGOPR* penetrat *MO* 23 iste sol *Oav* 24 adque *ARm1* 25 dicit] *add.* symeon *O* Simeon *v*

39. Penetrat ergo animam et quasi candor aeternae lucis inlu-
strat. sed quamuis diffusae per omnes et in omnes et supra omnes
potestatis sit, quia omnibus ortus ex uirgine est, et bonis et malis,
sicut et solem suum oriri iubet super bonos et malos, illum tamen
fouet qui adpropinquat sibi. sicut enim a se fulgorem solis excludit,
qui fenestras domus suae clauserit locumque tenebrosum in quo
deuersetur elegerit, ita qui se auerterit a sole iustitiae non potest
splendorem eius aspicere, in tenebris ambulat et in omnium luce ipse
2 sibi causa est caecitatis. aperi igitur fenestras tuas, ut tota domus
tua ueri fulgore solis inluceat, aperi oculos tuos, ut uideas orientem
tibi solem iustitiae, sed caue ne eos ulla stipulae festuca perturbet. si
quid sordis in oculo mentis fuerit tuae, non poteris intueri, si quid
aegritudinis, plus grauabit; confusam oculorum aciem lux ferit
maioremque dolorem excitat. sit ergo simplex oculus tuus, ne inci-
piat totum corpus tuum esse tenebrosum et uacillet in lumine, sicut
sunt caecorum uestigia.

40. Numquid, si quis ostia domus suae claudat, solis est culpa,
quod non inluminat domum eius? ergo si quis peccatorum suorum
repagulis obserandam mentem propriam iudicauerit et uerbi a se
splendorem stultus auertat ac sibi inferat insipientiae caecitatem,
causari poterit, quod sol iustitiae noluerit intrare, aut infirmitatem
2 luminis caelestis arguere? pulsat ianuam tuam dei uerbum. si
quis mihi aperuerit, inquit, intrabo. si quis ergo non
aperuerit, numquid non ingredientis et non magis non aperientis
est culpa? nihil quidem deo est obseratum, nihil clausum aeterno
lumini, sed portas malitiae dedignatur aperire, conclauia non uult
penetrare nequitiae.

4 cf. Matth. 5, 45 10 cf. Mal. 4, 2 14 cf. Matth. 6, 22 22*Apoc. 3, 20

1 ergo] enim *O* anima *APm1R* 2 diffusa *Rm2* diffuse *cet. av, correxi* 3 potestatis *Mm2O* potestas *APm1R* potestate *a* potestates *cet. v* 7 diuersetur *GMNORm2av* 8 aspicere] *add.* quia *Rm2* *alt.* in *om. R* 9 esse *A* tuas igitur illi aperi fenestras *Ov* 12 oculis *Pm2* fuerit mentis *NPav* poteris] *add.* eum *a* 13 granabat *Rm1* cumfusam *NTm1* cum confusam *Tm2a* ferim *A*, *om. O* 14 concitabit *O* 17 hostia *NR* 18 illuminet *Ov* eius] suam *O* 19 obserendam *GRm1* 20 auerterit *Pm2 Rm2* 21 uoluerit *Pm1R* 23 inquit aperuerit *AR* inquid *M* 24 apperuit *M* numquit *P* 26 dedignatus *Pm1*

41. An uero, cum animae nostrae uigor putrem corporis refugiat
portionem, quod eius gratiam corrupti artus sentire non possint,
deus corruptae animae membra quaedam dignatur habitare? animae
tamen uigor per corpus omne diffunditur, siue manus siue pes siue
digitus particeps sensus est: dei potest alicubi deesse sapientia, ali-
cubi eius deesse maiestas? sane fugientes non retinet, non cogit in- 2
uitos, sed neque fastidit adpropinquantes et illius quidem uirtus,
illius uerbum deus omnibus prope est; *in ipso enim constant*
*omnia et ipse est caput corporis ecclesiae* in quo
omnis inhabitat plenitudo. sed plerosque ab eo peccata secernunt,
de quibus dictum est: *ecce qui elongant se a te peri-*
*bunt.* unde sanctus ait: *mihi autem adhaerere deo* 3
*bonum est*, et apostolus ait non longe esse deum ab unoquoque
nostrum: *in ipso*, inquit, *uiuimus et sumus et moue-*
*mur.* uitalem etenim omnibus gratiam subministrans omnibus
praesto est bonitatis suae munere, sed propior est illis qui contrito
sunt corde.

42. Quod uetus quoque per aenigmata historia docet. Moyses in montis Sina supercilio erat et erat solus. populus in ualle in imo montis, presbyteri in parte montis supra merita plebis, sed plurimo interuallo a Moysi meritis separati. non omnes in uertice neque in imo omnes, sed populus; Moyses solus in uertice Sina montis, qui Latina interpretatione dicitur 'temptatio'. et tu, si supra temptationes ascenderis et contrito corde detuleris precem, deo proximus eris, si mundo corde fueris et tu deum uidebis; *beati enim mundo corde, quia ipsi deum uidebunt.*

8*Col. 1, 17—18   9 cf. Col. 2, 9   11 Ps. 72, 27   12 Ps. 72, 28
14*Act. 17, 28   16.24 cf. Ps. 50, 19   18 cf. Ex. 19, 20 sqq.   25*Matth. 5, 8

1 cum *om.O*   putrem] cum putrem *GMOPR* cum patrem *N*   2 sentire *om.O*   3 correptae *Rm1*   6 deesse eius *O*   7 illius] illa *A* illi *GNR*   8 illius *del.O*   9 capud *ORm1*   10 plenitudo] *add.* diuinitatis *a*   12 sanctus] idem *O*, *add.* propheta *Ov*   13 ait] ostendens *Ov*   esse longe *MOav*   14 ipso] *add.* quoque *Ta*   mouemur et sumus *NPTav*   16 bonitas *ex* bonitatem *O*   munere bonitatis suae *av*   proprior *NRm1*   contriti *OmIT*   19 monte *A*   montes *Rm1*   sinae *NPRm1* Sinai *Ov* syna *a*   solus erat *av*   20 presbiteri *AOR*   21 a *om.O*   moyse *G*   22 syna *Ra*   25 fueris] feras *O*   enim *om.a*   26 quoniam *O*

43. Qui ergo deo proximus est, dicit: prope es, domine, et omnia praecepta tua ueritas. Iudaeus hoc non potest dicere, qui non recipit dominum Iesum; separauit enim se nec in ueritate, sed in umbra credit. quomodo dicit: praecepta tua ueritas, cum gratia et ueritas per Iesum Christum facta sit, cum eum non agnoscat, qui ueritate et plenitudine circumcisionis suae totum mundum redemit?

44. Octauus uersus est: *initio cognoui de testimoniis tuis, quia in aeternum fundasti ea.* de testimoniis, inquit, tuis ab initio cognitionem et fidem adsumpsi quod in aeternum fundata sunt; testimonium enim fidele est et praestat paruulis sapientiam. si cognouisset Adam et Eua, quod quasi paruulis data essent cautiora praecepta, ne usurparent sibi scientiam boni et mali, quam recto discrimine definire non possent, paradisi incolatum in perpetuum uindicare potuissent. si considerent homines, quia sanguis hominis ad deum clamat, manus proprias a
2 nece hominis abstinebunt. si custodiant praecepta quae dedit dominus coram caelo et terra testibus dicens: audi, caelum, et auribus percipe, terra, scientes quia, quicquid flagitii commiserint, aduersus legem domini fecisse angelorum et potestatum, sanctorum quoque hominum testimoniis arguantur, supra haec testimonia fundamentum sibi constituent, quia aeterna sunt atque perpetua. et nos ergo opus nostrum aedificemus supra fundamentum testimoniorum caelestium, ut non ardeat sicut lignum aut stipula, sed sicut aurum probetur, ut aeterno maneat nixum fundamine.

1.4*Ps. 118, 151 4 cf. Hebr. 10, 1 8 Ps. 118, 152 16 cf. Gen. 4, 10 18*Esai. 1, 2 23 cf. I Cor. 3, 12—13

2 omnes uiae tuae *O* 3 recipit *AORav* recepit *cet., cf. p. 416, 23* 4 ueritatem *Ov* *alt.* in *om.G* umbram *Ov* 6 eum] enim *GNPR* 7 redimet *Rm1* 8 Octauus—est] Sequitur VIII *P, om.Na, add.* VIII *G* 9 tuis *om.A* 10 inquid *M* adsumpsi] *add.* et *O* 11 fundati *O* 12 cognouissent *ARv* 13 essent] *add.* eis *a* 14 paradysi *MR* 15 uendicare *MOa, add.* non *O* 17 homines *Am1* 19 terram *Pm1* quia *om.GNPRT* (*non a*) 20 fecisse] *add.* quod *Tm2a* 22 constituant quae *M* 23 adque *Rm1* 25 stipulam *AN* maneant nixa *APR* 26 *nihil subscript. in codd.*

## XX.

## LITTERA RES.

1. Incipit littera 'Res', quae Latina interpretatione 'caput' dicitur uel 'primatus'. caput est, ut formam generis humani consideremus, quod fouet membra omnia et dirigit atque implet sensibus; s e n s u s enim s a p i e n t i s i n c a p i t e e i u s. inde ductus uenarum meatusque spiritus, sanguinis uires in totius partes corporis diriuantur; lustrat omnia, ornat omnia. sublato capite corpus sine nomine est, non agnoscitur nec ulla superest usura uiuendi. propterea, qui in aliquo damnantur crimine, eo quod ornamentum 2 est totius corporis abdicantur et, quia turpi uel scelesto reatu beluinae scaeuitatis inluuiem uel bestialis inmanitatis horrorem commisisse detecti sunt, tamquam hi, qui proposito humanae moderationis exciderint, formam quoque humanae condicionis iubentur exuere. reciso enim capite reliqui corporis truncus bestiarum corpori conparatur et sapientiae arce fraudatur qui sapientiae non potuit tenere rationem. sepelitur igitur sine decore suo corpus; in capite etenim uigor uitae, in capite est gratia uenustatis.

2. Fertur coluber, cum urgetur periculo, caput semper abscondere et in orbem se colligens obiecta reliqua parte corporis hoc solum tueri, quod inlisa feratur membra cetera saluo capitis uigore reparare. hoc et tu moraliter caput serua, hoc seruato et mystice. mysticum caput Christus est, quia o m n i a i n i p s o c o n s t a n t e t

6*Eccle. 2, 14  23 Col. 1, 17—18

3 littera] *add.* uigesima *v*  es *G* Rhes *O*  dicitur caput *M*  5 mouet *Pm2*, *cf. p. 447, 3*  diriget *ARm1*  7 totas *AR*  corporis partes *O*  8 deriuantur *v*  10 damnatur *AGMNPm1a*  ornamento (*om.* est) *O*  11 corporis] *add.* capite *Tm2av*  abdicatur *GMa* addicatur *NT*  sceleste *ARm1* scelesti *Rm2*  beluines *APRm1* beluinis *Rm2*  12 scaeuitatis *scripsi* ciuitas *AR* opscenatis *G* obscenitatis *MNTa* ciuitatis *Pm1* saeuitatis *Pm2* foeditatis *Ov*  commisse *AM*  13 hii *AGMNPm1R* ii *v*  quia *Pm1*  propositum *GM*  14 conditionis *GNOPRav*  15 corpori] corpora *A*  16 archae *APm1Rm1*  quia *AOv*  19 urguetur *AGMNR*  semper *om. O*  20 in *om. AGPm1*  reliqui *GMNOv*  21 inlesa *AMNPm1Ra* lesa *T corr.*  ferantur *AGPm1R* feruntur *MNT*  cetera menbra saluo uigore capitis *O*  22 reparari *Mm2NT*

*ipse est caput corporis ecclesiae.* hoc caput qui ami-
serit, uiuendi usum habere non poterit, hoc solo distamus a bestiis,
2 ad imaginem dei et similitudinem uirtutum uigore formati. fides
nos ab inrationabilium pecudum comparatione secernit. hoc caput
humani seruate serpentes. etiamsi omnia membra caedantur, totum
uratur corpus incendiis, mergatur profundo, euisceretur a bestiis,
hoc tamen capite custodito uita integra, salus tuta est; nemo enim
potest perire, cui non sublatus est Christus.

3. Est et caput summa studii atque operis nostri, summa
negotii, summa spei, summa uirtutum. omnis autem summa est
studii nostri, ut simus humiliores, ueritatem sequamur, quam
*non uidet extollens se, frustra inflatus mente
carnis suae et non tenens caput.* quod sit hoc caput
euidenter expressit dicens: *ex quo omne corpus per com-
paginationes et colligationes subministra-
tum et copulatum crescit in incrementum dei.*
2 et in Esaiae libro dicit dominus per prophetam: *auferam a
Iudaea caput et caudam, initium et finem.* hoc
caput Iudaea quod tenebat amisit, quae Iesum dominum non rece-
pit. ubi fides est, et initium et finem habemus, ubi perfidia, nec ini-
tium nec finis est. ecclesia principium habet, quae Christum habet;
Christus enim ecclesiae principium est, *primogenitus ex
mortuis.* habet et finem, quia ipse est *primus et nouis-
simus,* ipse est *finis legis ad iustitiam omni cre-
3 denti.* synagoga nec initium nec finem habet, quia nec in prin-
cipio inuenit quod sequatur nec in fine quod speret. inflatus ergo
caput non tenet, hoc est illam Christi humilitatem qua descendit
usque ad crucem, descendit usque ad inferos. ideo Iudaeus non

12*Col. 2, 18—19 14*Col. 2, 19 17*Esai. 9, 14 22 Col. 1, 18
23 Apoc. 22, 13 24 Rom. 10, 4

1 hoc—2 poterit *om. A* 2 potuit *Rm1* solum *NPm1* 6 profundum *Pm2*
10 negotii summa spei summa *om. P* 11 humiles *v* 12 mentis *Am1* 13 *alt.*
capit *Rm1* 15 colligationis *Pm1* 16 in *om. Pm1Rm1* augmentum *O*
18 iuda *O* 20 perfidiae *P* 21 fines *Pm1* ecclesia—22 enim *om. codd.
praeter OR, a* *pr.* habet—enim *suppl. Pm2* 22 ecclesiae *om. OP* 23 *pr.*
et *om. M* 25 sinagoga *AMPR* 26 finem *P* 27 humilitatem Christi *a* qua]
quae *AGMm1* 28 usque—usque *om O* ad crucem—usque *om. Pm1*

credidit, quia contempsit dicentem: d i s c i t e a m e, q u i a m i t i s s u m e t h u m i l i s c o r d e. haec humilitas uirtutum omnium caput est, quae totum uelut quoddam nostrorum actuum fouet corpus.

4. Quamuis infirmus aliquis sit, pauper, ignobilis, tamen, si non se extollat et praeferat, ipsa se humilitate commendat. sit aliquis praediues et nobilis: idem, si nobilitatem generis et diuitias suas iactet, insolentia sui uilis est. sit aliquis facundus et fortis, qui tumore facundiae ac uirtutis elatus plurimum sibi adroget: nonne ei propter uerecundiam et insipiens plerumque et inualidus antefertur? denique Pharisaeus in euangelio, cum abstemius et parcus esset 2 alieni, liberalis sui, non refugus ieiunii, ut ipse dicebat, tamen propter iactantiam etiam illa quae habere poterat amisit; nihil ei tot genera uirtutum uno uitio decolorata prodesse potuerunt. publicanus, qui nihil enumerare poterat quod posset probari, propter humilitatem tamen iustificatus magis quam ille Pharisaeus descendit e templo, secundum quod scriptum est in propheta, quia h u m i l e s s p i r i t u s a l u a b i t.

5. Hoc autem esse caput, quod haec littera exprimat, euidenter etiam in Hieremiae Threnis docemur; nam praelata hac littera ait propheta: s p i r i t u s a n t e f a c i e m n o s t r a m c h r i s t u s d o m i n u s, s u b u m b r a e i u s i n g e n t i b u s u i u e m u s. hoc ergo caput uere est quod omnium caput est.

6. Diximus de capite. dicamus et de primatu, quod licet sermone distet ac littera, sensu tamen in eandem concurrit intellegentiam. primatus enim legimus in ueteri testamento, quos in primogenitis Esau fratri suo cessit, et i d e o u o c a t u m e s t n o m e n e i u s E d o m, hoc est terrenus et callidus. isti sunt autem fratres,

1 Matth. 11, 29 11 cf. Luc. 18, 10—14 17 Ps. 33, 19 21*Thren. 4, 20 26 cf. Gen. 25, 33 27*Gen. 25, 30

1 qui *R* 6 sit] se *Pm1* sed *R* 7 idem] id est *NOPR* 8 sui *AOv* sibi *cet. a* 9 uirtutes *M* 10 uerecondiam *Rm1* 11 fariseus *APR* abstinens *Mm2Rm2* 12 alienis *M* liberalis sui *om.NT* suis *GM* 15 possit *GMPRm1* probari posset *O* 16 farisaeus *PR* 19 haec] hae *R* exprimit *Pm2* 20 iheremia (*om.* Threnis) *O* 23 caput omnium *O* 24 caput edicamus *Pm1* et *om.NP* 25 hac *NTa* 28 edon *O* calidus *PR*

de quibus rogatus est dominus ab Isaac patre eorum, ut daret ei suae
posteritatis heredes de Rebecca uxore sua, quae per uiginti annos
2 nullum dederat generationis insigne. exaudiuit eum et concepit Re-
becca et rogauit dominum, cum iactare se paruuli uiderentur in
utero eius, et responsum accepit: duae gentes in utero tuo
sunt et duo populi ab utero tuo separabuntur;
et populus populum superabit et maior seruiet
minori. nonne apertum est mysterium duos significari populos,
hoc est populum Iudaeorum seniorem et christianum populum iuni-
orem, qui propter cocturam lentis primatus fratris senioris accepit?
3 quo indicio euidenter exprimitur, quod populus senior ille terrenus
propter intemperantiam gulae primatus quos habebat amisit, popu-
lus autem ecclesiae per sobrietatem et continentiam primatus, quos
ordine non habebat aetatis, et confessione et pio furto paternae bene-
dictionis eripuit. quid est igitur quod populus rapuit christianus
nisi dominum Iesum? a diebus enim Iohannis Ba-
ptistae regnum caelorum cogitur et cogentes
diripiunt illud, sicut ipse dominus declarauit. bona fraus
quae uitam furatur aeternam. sed quoniam satis dictum de litterae
huius interpretationibus arbitramur, consideremus ea, quae huic
litterae propheta subiecit.

7. Primus itaque uersus est: *uide humilitatem meam
et erue me, quoniam legem tuam non sum oblitus.*
fortasse dicat aliquis: 'gloriatur de se propheta'. etsi gloriatur, glori-
atur in infirmitatibus suis, in quibus et apostolus gloriatur dicens:
gloriabor in infirmitatibus meis. alius in diuitiis,
alius in titulis nobilitatis ac prosapiae suae, alius in administratio-
nibus et honoribus gloriatur: iustus in humilitate gloriatur; bona
2 enim gloria Christo esse subiectum. ut scias autem, quia non iactare

5*Gen. 25, 23 16*Matth. 11, 12 22*Ps. 118, 153 26 II Cor. 12, 5

1 est (*eras. P*) rogatus *MNP* 3 generationis] *add.* suae *Ta* insigne] *add.* et *O* 4 iactare *Ov* luctare *APm1R* luctari *cet. a* 7 superauit *Pm1* 10 accepit senioris *av* 12 primatum *MTa* quos] quod *AGMPR* quem *Tm2a* habuit *Tav* 14 confessione] concessione *v*, *add.* fraterna *Oav* furtu *MNa* 17 cogetur *ANPm1Rm1* 19 furatur] fu(*lac.*)est *A* futura est *Rm1* furata est *Rm2* quoniam] quo *A* dictum *om. ANR* littera hac eius *O* 22 est] *add.* I *P* 29 iactare non *av*

se cupiat, sed domini in se gratiam prouocare, alibi idem propheta ait: uide humilitatem meam et laborem meum. ergo quasi is, qui humiliauerit cor suum, quasi is, qui plurimum laborauerit, ibi sibi dimitti peccata desiderat, hic erui se precatur.

8. Constitue aliquem sacerdotem pro ministri salute sollicitum quem probatum aduertat deo, aliquem patrem pro filio in aegritudine constituto graui, aliquam feminam uel pro filio uel pro uiro maestam orationibus incubantem, fundentem uberes lacrimas noctibus ac diebus, humiliantem se ac sternentem solo, multiplicantem ieiunia et, quod his grauius est, mentis atque animi dolore confectam, morbi ac periculi dilatione torpentem dicere ad dominum: uide humilitatem meam et erue me.

9. Considera etiam, quia spiritali quodam oleo caelestium praeceptorum ungit nos atque exercet cotidie scriptura diuina et dominus noster, plurimos ad subeunda certamina gestiens prouocare, diuersa posuit praemia coronarum, considera, inquam, Christi athletam innumeris contentionibus fatigatum ac prope iam lassatis uiribus resistentem periculi mole turbatum, cum uideat sibi non solum aduersus carnem et sanguinem, sed etiam aduersus spiritales nequitias quae sunt in caelestibus esse luctamen, dicere: uide humilitatem meam et erue me, quoniam legem tuam non sum oblitus. non enim potuit obliuisci qui secundum eius praecepta certauit.

10. Contuere etiam aliquem in martyrio constitutum, frequentibus adflictum subpliciis, retrusum in tenebras, graui fractum pondere catenarum, neruis crura distentum, euisceratum eculeo, exaratum ungulis, adustum candentibus lamminis perseuerantis fidei uirum, sed iam taediantis animi, quod diutius differatur sacrae mortis corona, dicentem: uide humilitatem meam et erue me, quoniam legem tuam non sum oblitus. non solum enim in studiis atque propositis, sed etiam in temptati- 2

2 Ps. 24, 18 12.20.29 *Ps. 118, 153 18 cf. Eph. 6, 12

2 meam] meum *G*, om. *AR* 3 his (*bis*) *Om1* 9 ac diebus] actibus *Am1* 14 unguit *O* cottidie *MOm1* diuina scriptura *O* 15 plurimus *Rm1*, om. *O* 16 adletam *M* adhletam *Pm1* 24 martirio *AOR* costitutum *O* 25 tenebris *Rm1* fracto *AGPm1R* 26 equuleo *v* 27 lamminis *N* laminis *cet. av* 28 etiam tediantes *Pm1* differetur *ANPR*

onibus humilitatem dici posse testimoniis scripturarum docemur, siquidem lectum est: homines acceptabiles in fornace humilitatis; *ταπεινώσεως* enim Graecus dixit, quod est humilitatis. hoc ideo posui, quia plurimi habent Latini in fornace adflictionis. Latinus discernit, Graecus non separat: *ταπείνωσις* et humilitas uirtutis dicitur et humilitas adflictionis. nihil inpedit, si Latinus separat; non enim Graecus ex Latino transtulit, sed Latinus ex Graeco.

11. Denique et Hebraei, quamdiu in Aegypto erant, in fornace erant ferrea, hoc est in fornace temptationis, in fornace adflictionis, cum duris adfligerentur imperiis. unde et scriptum est: quia eduxit eos deus de fornace ferrea, ex Aegypto. fornax erat ferrea, quia nullius adhuc in Aegypto opera uirtutum plena lucebant, nullius aurum illic fuerat conprobatum, nullius plumbum iniquitatis exustum. dura fornax fornax mortis perpetuae, quam fornacem nullus poterat euadere, quae omnes consumeret, in qua solus dolor esset et luctus.
2 at uero fornax, in qua Ananias Azarias Misahel hymnum domino canebant, fornax aurea illa, non ferrea, per quam toto orbe sapientia fide deuotionis inluxit. erat quidem etiam haec fornax in Babylonia, ubi aurum non erat spiritale nisi forte captiuum; captiuam enim dominus duxit captiuitatem. hoc erat aurum in dei sanctis, qui captiui erant apud Babylonios corpore, spiritu autem apud deum liberi, soluti uinculis captiuitatis humanae, iugo gratiae spiritalis innexi. et fortasse eadem fornax ferrea fragilibus est, aurea perseuerantibus.

12. Omnes oportet per ignem probari quicumque ad paradisum redire desiderant; non enim otiose scriptum est, quod eiectis

2.4*Eccli. 2, 5 11*Hier. 11, 4 15 cf. Hier. 6, 29 18 cf. Dan. 3, 51 21 cf. Ps. 67, 19. Eph. 4, 8

3.6 *Graeca plus minus corrupta in codd.* ταπεινωτητοσ (*sic*) *a* 6 ταπεινωτησ *a* uirtutis—humilitas *bis A* 7 Latino] latinus *N* latinis *Pa* 8 trastulit *O* 11 afficerentur *O* quia] qui *AG* 17 quae] quoniam (qm) *AR* dolor] dolus *Rm1* inesset *Ta* 18 ad *Rm1* annanias *a* ymnum *GMNOPR* 19 toti orbi *O* 20 fidei *PR* 21 babilonia *MNOP* auro *Rm1* 22 duxit dominus *O* dixit *Pm1* 23 babilonios *MOP* liberi apud deum *av* 27 quicum (que *om.*) *A* paradysum *AMPm2R*

Adam uel Eua de paradisi sede posuit deus in exitu paradisi gladium
igneum uersatilem. omnes oportet transire per flammas, siue ille
Iohannes euangelista sit, quem ita dilexit dominus, ut de eo diceret
ad Petrum: si sic eum uolo manere, quid ad te? tu me
sequere. de morte eius aliqui dubitauerunt, de transitu per ignem 2
dubitare non possumus, quia in paradiso est nec separatur a Christo.
siue ille sit Petrus qui claues accepit regni caelorum, qui supra mare
ambulauit, oportet ut dicat: transiuimus per ignem et
aquam et induxisti nos in refrigerium. sed Iohanni
cito uersabitur igneus gladius, quia non inuenitur in eo iniquitas
quem dilexit aequitas. si quid in eo uitii humani fuit, caritas diuina
decoxit; alae enim eius sicut alae ignis.

13. Qui hic habuerit caritatis ignem, illic ignem gladii timere
non poterit. ipsi Petro, qui totiens mortem suam pro Christo obtu-
lit, dicet: transi, recumbe. sed ille dicet: igne nos exa-
minasti, sicut igne examinatur argentum. ete-
nim in quo aqua multa excludere non potuit caritatem, quomodo
eum ignis excludet? sed ille examinabitur ut argentum, ego examina-
bor ut plumbum; donec plumbum tabescat, ardebor. si nihil argenti 2
in me inuentum fuerit, heu me! in ultima inferna detrudar aut ut
stipula totus exurar. si quid inuentum in me fuerit auri uel argenti
non per meos actus, sed per misericordiam et gratiam Christi, per
ministerium sacerdotii, dicam fortasse ego: etenim qui spe-
rant in te non confundentur.

14. Illo igitur igneo gladio iniquitas exuretur quae sedet super
talentum plumbeum. ideo unus ignem illum sentire non potuit qui

1 cf. Gen. 3, 24 4*Ioh. 21, 22 7 cf. Matth. 16, 19. 14, 29 8*Ps. 65, 12 12*Cant. 8, 6 15 Luc. 17, 7 *Ps. 65, 10 17 cf. Cant. 8, 7 19 cf. I Cor. 3, 12—13 23*Ps. 24, 3 25 cf. Zach. 5, 6—7

1 uel] et *Pm1av* euam *A* *pr.* paradysi *AGMR* *alt.* paradysi *AMPm2R* 4 si] sed *GMm1, del. R, om.av* 6 paradyso *AMNR* 8 ut *om NOPm1Ta* 9 et *om a* 13 habuerit hic *av* caritates *Pm1* 14 qui totiens] quotiens *AR* 15 *pr.* dicit *AGMOP* *alt.* dicit *MOPR* examinasti *M* examinauit *cet. av* 16 igne] ipse *APRm1, om Na* examinauit *ARm1* 18 eam *a* excludit *GMNOPm1R* 19 ardobor *G* ardebo *MOPav* 20 inferni *Aav* 21 totus *om.O* 24 confundantur *Rm1* 25 iniquitatis *Rm1* exuritur *AR* qui *M* sedit *AGPm1Rm1* 26 unus] *add.* illum *ARm1*

est iustitia dei Christus, quia peccatum non fecit; nihil enim ignis in eo quod exurere posset inuenit. denique soli eleuatae sunt portae aeternales, ut introiret rex gloriae, non reus causae. et hic quidem
2 mortem caro illius gustauit; neque enim aliter posset resurgere. quod legi, praesumo, quod non legi, ueneratus scientibus derelinquo unum confitens, quia, quicquid caro illa subiit, ideo subiit, ut uiam ceteris uel triumphandi per martyrii passionem uel transeundi in paradisum suis uestigiis reformaret. nemo ergo sibi adroget, nemo de meritis, nemo de potestate se iactet, sed omnes speremus per dominum Iesum misericordiam inuenire, quoniam omnes ante tribunal eius stabimus. de illo ueniam, de illo indulgentiam postulabo; quae enim spes alia peccatoribus?

15. Et qui se hic aurum putat, habet plumbum, et qui putat se granum tritici, habet stipulam quae possit exuri. sed hic sibi multi aurum uidentur. non illis inuideo; sed etiam aurum examinabitur, uretur, ut possit probari. sic enim scriptum est: sicut aurum in conflatorio probabo illos. ergo aduertant, quia examinabuntur omnes. multi ergo, qui se aurum putant, et ipsi humilitatem sequantur, ut uitia sua decoquant. sed hic inanis iac-
2 tantia est. ideo multis, qui se massas auri putant, dicit sapientior auri massa: omnes nos fornax probabit. ergo quia examinandi sumus, sic nos agamus, ut iudicio probari mereamur diuino. teneamus hic positi humilitatem, ut, cum unusquisque nostrum uenerit ad iudicium dei, ad illos ignes, quos transituri sumus, dicat: uide humilitatem meam et erue me. nam si superbus fuerit, si adrogans, si contumax, non poterit hoc dicere. nemo autem dicet: 'uide superbiam meam', sed: uide humilitatem meam, ut eius gratia erui ab illo igne mereatur.

1 cf. I Petr. 2, 22  2 cf. Ps. 23, 7  10 cf. Rom. 14, 10  13 cf. I Cor. 3, 12—13  16*Sap. 3, 6 (cf. Zach. 13, 9)  24*Ps. 118, 153  27 Ps. 118, 153

2 possit *AOPm1Rm1*  denique] *add.* illi *MNTa*  3 intraret *a*  5 ueneratos *Rm1*  6 confidens *Mm1*  quidquid *Rm1*  illius *NTa*  ut] *add.* et *AR*  7 paradysum *AMNR*  8 informaret *Ov*  meritis] *add.* glorietur *Tm2a*  10 misericordiam—quoniam *Tm2av*, *om. cet.*  13 hic se *AR*  hic aurum se *O*  14 paleam *NPTa*  comburi *O*  multi sibi *P*  multi aurum sibi *O*  15 etiam] tamen *AOv*  18 aurum se *O*  20 putant auri *av*  21 probauit *Rm1*  qui *MNO*  22 probari iudicio *O*  26 si contumax] sicut tumax *A*  hoc *om.O*  dicit *AGNOPR*  27 sed] *add.* dicit *O*

16. Est ergo humilitas laboris et fatigationis, est et humilitas uirtutis atque propositi, quam et in secundis et prosperis et in otio positus tenet iustus. nullo scilicet fractus labore, nullius certaminis dubius euentu humilem omnibus affectum exhibet nec sua extollere studet, sed magis minuere operis sui pretium et meriti sui gratiam. audi iustum humiliantem se: ego, inquit, sum mini- 2 mus apostolorum. ille uas electionis diuinae, ille gentium doctor minimum esse se dicit, indignum eius officii nomine quod suis operibus praeferebat nihilque sibi adrogat, sed totum gratiae dei deputat. hoc utique decet iustum.

17. Hac humilitate Abraham pater fidei nuncupatus est, qui, cum diuino participaretur alloquio, terram se esse dicebat et limum. ipse quoque dominus ait: ego autem sum uermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio plebis, cum de sui corporis passione loqueretur, qui non quae sua sunt quaesiuit, sed quae aliorum. cuius nos imitatores uult fieri apostolus at- 2 que hortatur dicens: hoc enim sentite in uobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens. nec nos igitur nobilitatem generis nec diuitias requiramus, si uolumus Christum sequi. exinaniuit se, cum esset in dei forma, cum diues esset, pauper factus est. noli et tu contemnere plebeium, quia nobilis es, noli despicere seruum, quia potens es, noli pauperem fastidire, quia diues es. numquid nobilior, numquid potentior, numquid ditior Christo es? ille pro te suscepit illa quae tu despicis, ille 3 pro te humiliauit se usque ad mortem et mortem crucis, ut tuae la-

6 I Cor. 15, 9  7 cf. Act. 9, 15. I Tim. 2, 7  11 cf. Rom. 4, 11  12 cf. Gen. 18, 27  13 Ps. 21, 7  15 cf. I Cor. 13, 5  17 Phil. 2, 5—7  23 cf. II Cor. 8, 9  27 cf. Phil. 2, 8

2 adque *Rm1*  *pr.* et *om. AOv*  in otio] in initio *ARm2* initio *GMN Pm1Rm1T*  3 scilicet *O* licet *cet. av*  5 studit *Pm1Rm1*  meritis *O*  6 audisti *P*  inquid *GMRm1*  sum inquit *av*  9 graeciae *R*  10 dicit *ARm1*  11 hanc *ARm1*  12 eloquio *O*  limen *O*  15 loqueretur passione *O*  qui] quia *P*  16 fieri uult *AGO*  20 exinauit *A*  22 formam *Mm1*  23 plebem *AR* plebeum *O*  25 numquid ditior *om. codd. praeter O, a*  27 et *om. O*  *alt.* mortem *del. O*

psum aboleret superbiae, ut, quod per unius Adae inoboedientiam perdideramus, per unius domini Iesu oboedientiam reciperemus. propter quod deus, inquit, illum exaltauit et dedit illi nomen super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, quoniam dominus Iesus in gloria est dei patris.

18. Considera, o homo, quid legas. non laborauit apostolus poten-
tiam Christi probare, sed oboedientiam praedicare, sed demon-
strare quanta sit humilitatis gratia, quantus eius profectus. si sim-
plicibus accipias auribus, et Christum exaltauit; sed Christus non
2 quae sua, sed quae tua erant, illa humilitate quaerebat. accipe ergo
argutis auribus: moraliter tibi profuit, mystice tuam redemit salu-
tem. quomodo uis intellege, salus est tua. si putas quod Christo
profuit humilitas sua, cui ergo non proderit? si illum exaltauit, quem
non augebit? factus est minister omnium dominus et auctor omnium
3 uapulauit, pedes lauit, crucifixus est, mortuus est. sed in his omni-
bus detrimentum nullum uideo diuinitatis eius, profectum opera-
tionis agnosco. qui nihil habebat quod ad potestatem suam adderet,
habuit quod ad cultum suae maiestatis adiungeret. audeo dicere:
operationis suae munus amiserat, nisi id humilitas recepisset.
4 itaque nos quidem redemit, sed etiam sibi adquisiuit. nihil ergo hu-
militas adfert dispendii; ille qui se exinaniuit plenus est, ille qui non
rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, formam serui accipiens,
in gloria est dei patris. suscepi quem nesciebam, agnoui quem non
cognoscebam, confiteor quem negabam. ipsi genu corporis flecto, ipsi
genu mentis inflecto, ipsum adoro quem ante fugiebam.

19. Gratias tibi agimus, Iesu domine, quod creasti nos et creatos feris bestiis, mutis animantibus praefecisti. maiora sunt uisitati-

1 cf. Rom. 5, 19   3*Phil. 2, 9—11

2 perdidimus *GM*   per—oboedientiam] per Christi humilitatem *ANPRTa*, *om.GM*, *cf. p. 60, 15 et Explan. ps. 61, cap. 4 extr.*   3 inquit deus *O*   inquid *M*   4 *pr.* nomen] *add.* quod *A* quod est *MOav*, *cf. Explan. ps. 47, 17*   6 est in gloria *O*   7 eligas *AR* legis *N* ligas *Pm2*   11 quaerebat] *add.* ego, inquit, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum (*Ioh. 12, 32*) *Tm2a*   13 tua est *O*   18 suam *om. Rm1*   23 se *om. GP*   24 suscipe *Am1*   25 noscebam *O*   quem] quae *A*   27 domine iesu *OPR(v)*   iesu christe *a*   et *scripsi* sed et *Pm2Rm2* sed *cet. av*

onis tuae munera. uisitatos maiestatis tuae consortiis honorasti
dicens: n a r r a b o n o m e n t u u m f r a t r i b u s m e i s; susce-
pto enim corpore frater es factus nec dominus esse desisti. maior 2
redemptionis gratia. periclitantes morte propria redemisti, sicut
scriptum est: e x p e d i t u n u m h o m i n e m m o r i p r o p o-
p u l o. suscitasti mortuos dicens: s o l u i t e h o c t e m p l u m,
et in t r i d u o r e s u s c i t a b o i l l u d; in illo enim templo domi-
nici corporis omnibus resurrectio adcreuit. resurgentes adaequauisti 3
angelis, sicut dixisti: q u o n i a m q u a e n o n n u b u n t e t
q u i n o n d u c u n t u x o r e s e r u n t s i c u t a n g e l i i n
c a e l o, postremo ad dexteram dei in illo filii hominis solio conlocasti,
sicut ipse dignatus es dicere: e x h o c a u t e m e r i t f i l i u s
h o m i n i s s e d e n s a d d e x t e r a m u i r t u t i s d e i.

20. Unde apostolus admirans diuinae dona pietatis, simul osten-
dens unam patris et filii esse liberalitatem ait: d e u s a u t e m
q u i d i u e s e s t i n m i s e r i c o r d i a p r o p t e r m u l t a m
c a r i t a t e m q u a d i l e x i t n o s. audis in quo debeas, homo,
diues esse, quas habere uirtutes: amorem dei in te probare, imitari
caritatis caelestis dulcedinem. et addidit: e t c u m e s s e m u s 2
m o r t u i p e c c a t i s, c o n u i u i f i c a u i t n o s i n C h r i s t o,
c u i u s g r a t i a e s t i s s a l u a t i, e t s i m u l s u s c i t a u i t,
s i m u l f e c i t s e d e r e i n c a e l e s t i b u s i n C h r i s t o
I e s u. in Christo utique honoratur et caro. ille igitur, qui ad
dexteram dei sedet, propter nos humiliatus est ideoque dicit nobis:
d i s c i t e a m e, q u i a m i t i s s u m e t h u m i l i s c o r d e.

2 Ps. 21, 23 5 Ioh. 18, 14 6*Ioh. 2, 19 9*Matth. 22, 30 12*Luc. 22, 69 15*Eph. 2, 4 19*Eph. 2, 5—6 25 Matth. 11, 29

1 uisita nos *AmlN* uisitatus *G* 3 es factus] effectus *P* maiorem redemptionis gratiam praestitisti quia *a* 4 gratiarum *G* pereclitates *GMm1* pereclitantes *Mm2* 6 templum hoc *ORav* 7 suscitabo *Rμ* 8 omnibus] *add.* ius *Ov* resurrectionis *ORv* adaequasti *av* 9 quoniam *om.NPT* quae] qui *ANPRT* et qui non] neque *GMNPT* neque ei *R* et ii (hi *O*) qui non *Ov* neque hi qui *a* 10 uxores] *add.* sed *NPT* angeli] *add.* dei *a* 11 fili *Rm1* 14 admirant *G* ammirans *O* 15 libertatem *O* 16 pro multa caritate *GM* 18 amorem] amare *AORv* amarem *G* dei] in deo *AOPRv* in *Ov*, *om. cet. a* probato *GMNTa* imitare *OPmlv* hi imitari *R* 19 caritatisque *GMNPRT* dulcedinem *APm2*, *om. cet. av* beneficia misericordiae caritatisque caelestis *Oav* 20 Christo] *add.* iesu *O* 22 sedere fecit *O* 24 sedit *Rm1*

3 non dixit: 'discite a me quia potens sum', sed quia humilis
corde, ut tu illum imiteris, ut tu ei dicas: domine, audiui uocem
tuam, impleui praeceptum tuum. dixisti ut a te disceremus humili-
tatem: didicimus non solum sermone tuo, sed etiam actu tuo; feci
quod imperasti: uide humilitatem meam.

21. Athleta bonus membra sua monstrat, ut conuersationis suae adprobet disciplinam. monstrat etiam tunc membra sua, quando post aliqua certamina grauiora iterum certare conpellitur, ut iudex uidens fessum corpus nequaquam eum certare conpellat. et tu ostende cordis tui humilitatem, ut titulos uirtutis ostendas, ostende et cordis tui certamina, ut dicas: certamen bonum certaui, cursum consummaui et uidens spiritalis iudex certaminis coronam iustitiae decernat, quoniam legem agonis implesti.

22. Sequitur uersiculus secundus: *iudica iudicium meum et libera me; propter uerbum tuum uiuifica me.* festinant innoxii ad iudicium et propriae innocentiae arbitro
se desiderant citius conprobari; habet hoc usus etiam in saeculo
quod est commune cum sanctis. uerum is, qui apud deum iustus est,
habet aliam causam iudicii non timendi, quia apud misericordem
iudicem sibi causa est, apud redemptorem suum uult cito et sperat
2 absolui; absolutio enim matura sanctorum est. unde et dominus ait
per Ezechiel ad angelos, qui ministri sunt ultionum: a sanc-
tis meis incipite. non uult dominus commune sanctis cum
diaboli sociis consortium esse iudicii; diabolus enim et ministri
eius cum hominibus non flagellabuntur. separata est poena, ubi distat
3 et culpa. ideoque alio loco scriptura ait: tempus incipere
iudicium dei a domo dei. quos miseratur enim, cito casti-

5 Ps. 118, 153 11*II Tim. 4, 7 14*Ps. 118, 154 22*Ezech. 9, 6 24 cf. Ps. 72, 5 26*I Petr. 4, 17

1 *alt.* quia *om. NPa* 2 imitteris *GM* 3 disceremur *M* 6 adhleta *M* adthleta *R* conuersionis *AR* 7 tum *N* 11 cordis *scripsi* corporis *codd. av* 12 consumaui *PR* certamina *Mm1, add.* agonem *Tm2a* 14 Sequitur— secundus *om. a* uersus *v, om. NP* II *AP, om. GNO* 16 arbitro se *scripsi* arbitri *AOPR* arbitres *GMNTa* arbitris *v* 17 etiam usus *O* 18 his *Om1* 19 iudicio *ARm1* in indicio *Rm2* 22 ezechihel *A* Ezechielem *GMNOav* 24 diabolo *Om2Pm1, add.* et *O* sociis] *add.* eius *O* 26 tempus] *add.* est *Ov* 27 *pr.* dei *om. NOPRav* quos] *add.* ut *O* misereatur *Am1ORm1* miseretur *Am2G* miserator *Pm1*

gat, ut non diutius adficiantur futuri expectatione iudicii, non prolixius misera reatus sorte macerentur, ut unusquisque reddat etiam duplicia peccata sua, quo tandem possit absolui. poena enim reorum quaedam absolutio delictorum est.

23. Uidemus in hoc saeculo insertos nexibus catenarum reos in
specie pompae miserabilis duci, et nonnumquam hoc patiuntur
insontes, ut tolerabilius sit mori quam talia subire supplicia. optant
utique audiri bene sibi conscii, optant etiam hi, qui grauibus fla-
gitiis urgentur, poenam mortis celeritate transigere, ut aliquanta
conpendia poenarum lucrentur. spes est etiam de iudicis misericor- 2
dia. ipso exilio claustra carceris duriora sunt nec reditus in perpe-
tuum omnibus intercluditur relegatis. si hoc operatur humanum
examen, quanto magis Christi est omnibus expetendum! differtur
diaboli iudicium, ut sit semper in poenis reus, semper inprobitatis
suae innexus catena, conscientiae suae in perpetuum sustineat ipse
iudicium. ideo diues ille in euangelio licet peccator poenalibus urge- 3
tur aerumnis, ut citius possit euadere, diabolus autem nequaquam
peruenisse ad iudicium demonstratur, nequaquam adhuc poenis esse
subiectus, nisi quas ipse tantorum conscius scelerum soluit timore
perpetuo, ne aliquando securus sit.

24. Immo, ut uerius dicam, sanctus ad iudicium uenit, impius non uenit, q u o n i a m  n o n  r e s u r g u n t  i m p i i  i n  i u d i c i u m. hic petit ut absoluatur, alius ut cohercitus dimittatur; qui autem non credidit, non iudicatur, sed impietatis suae iudicio ipse punitur. apud imperatores istos non puniuntur sceleris rei barbari quod in sua gente commiserint, quia non sibi subditi, sed grauiore nomine hostes habentur, qui sine interrogatione priuati

2 cf. Esai. 40, 2    16 cf. Luc. 12, 20    22*Ps. 1, 5    24 cf. Ioh. 3, 18

1 expectione *A*   3 sua *om. a*   5 uidimus *AMNPR*   *pr.* in *om. M*   6 specie] spem *O*   8 audire *APR*   12 religatis *GNPR*   hoc] hioc *G* hic *P* haec *Ov*   13 omnibus *om. Pm1*   difertur *AR* differt *T*   15 catene *APRm1* catenis *Ov* catenae *a*   suae] *add.* ut *PR*   in] im *A*   16 urguetur *G* urgueretur *MNPm1*   18 peruenisse *Ov* punise *APm1Rm1* punitus *GMNT* puniri *Pm2Rm2a*   23 indicio *Ov*   coherecitus *ARm1* coercitus *GMNOPav*   24 qui autem non iudicatur, non credidit *OPm2av*, *transposuit ed. Rom.* qui autem non iudicatur *om. ed.*   credit *GNO*   25 imitatores *M*   rei *om. O*   26 commiscerint *G*   non] *add.* sunt *Ov*   subditi] *add.* sunt *Pm2*

2 sceleris puniuntur. ita et Christus suos castigat quos diligit, alienos tamquam generali damnatione impietatis adstrictos poenae donat aeternae; n o u i s s i m a enim d e s t r u e t u r m o r s. et tamen uerecunde docet propheta exemplo sui, ut etiam qui diffidit operibus suis propter uerbum tamen clementiorem speret sententiam.

25. Alius propter diuitias uiuere cupit, alius propter filios. hic propter uerbum dei uiuificari petit, sicut Symeon domini expectauit aduentum; unde et dominum in templo accipiens ait: n u n c d i m i t t i s s e r u u m t u u m i n p a c e, q u i a u i d e r u n t o c u l i m e i s a l u t a r e t u u m, adserens uiuendi sibi cupiditatem aliam non fuisse nisi ut Christum uideret. denique uidit et uinculis solui corporis postulauit.

26. Possumus etiam intellegere: i u d i c a i u d i c i u m m e u m, quasi grauior nobis causa sit de iudicio nostro quam de errore dicenda; erranti enim facilius datur uenia quam inprobe in alium iudicanti. necesse est enim eam formam in te redire iudicii, quam in alium ipse decernendam putaueris.

27. Sequitur uersus tertius: *l o n g e e s t a p e c c a t o r i b u s s a l u s, q u o n i a m i u s t i t i a s t u a s n o n e x q u i s i e r u n t.* quorum serum est iudicium, eorum salus longe est; sed ipsi sunt sui auctores periculi, qui domino non adpropinquarunt. ideo facti sunt longe, quia uoluntate sua a salutis se gratia separauerunt; non refugit eos salus, sed ipsi salutem qui se elongauerunt. uenit ad Iudaeos, sed illi salutem non receperunt. quomodo non receperunt, audi. Iesus salus est, Iesus filius hominis nuncupatus est; u e n i t f i l i u s h o m i n i s q u a e r e r e e t s a l u u m f a c e r e

1 cf. Hebr. 12, 6 3 I Cor. 15, 26 4 cf. Ps. 118, 154 8 Luc. 2, 29—30 13 Ps. 118, 154 18*Ps. 118, 155 26 Luc. 19, 10

2 donat *MOv* damnat *cet. a* (poena—aeterna *Tm2a*) 3 enim *om. A* 4 uerecundiae *ARm1* uerecundia *GM* exemplo—*p. 461, 7* recrearet *desunt in A* *def. A* 5 tamen] *add.* dei *Oav* 7 uiuificare *Mm1* simeon *GR* 8 unde] uidit *Ov* et] etenim *PR* enim *Ov* domino *GR* accipiens *ante* in *tr. NPTa, om. ORv* et ait *Ov* 10 adserens] *add.* ait *P* 12 corporis *om. O* postolauit *Rm1* 14 grauior] *add.* a *Ov* 16 est *om. R* 18 Sequitur—tertius *om. a* uersus *om. NOP* tertius] III *GP, om. MNO* 19 iustificationes *Gm1O* inquisierunt *O* exquesierunt *Rm1* 21 auctoris *Pm1* appropinquauerunt *Om1* 22 uoluntates suas (*om.* se) *O* 23 solus *Rm1* 24 illi] ipsi *ORv* 26 uenit] *add.* enim *Ov*

quod perierat, sed Iudaei dimitti sibi latronem postularunt, Iesum repudiauerunt.

28. Quis est autem qui se longe facit a domino nisi qui non exquirit iustitias eius? qui uero iustitias exquirit prope est, adhaeret deo. et ideo iustitias dei quaerentibus dicit apostolus: uos qui eratis longe facti estis prope in sanguine Christi. sanguis Christi iustitia est; denique ipse ait ad Iohannem: sine nos implere omnem iustitiam.

29. Sequitur uersus quartus: *miserationes tuae multae nimis, domine; secundum iudicia tua uiuifica me.* etsi longe est a peccatoribus salus, tamen nemo desperet, quia multae sunt misericordiae. qui suo peccato pereunt, misericordia domini liberantur: miserebor, inquit, cuius misertus ero. palam apparuit non quaerentibus, uocauit refugientes, congregauit ignaros, pro omnibus se obtulit passioni. non ergo multum misericors? misericordia enim hominis in proximum suum, misericordia domini in omnem carnem, ut omnis caro ad deum ascenderet illa domini miseratione donata.

30. Sed quomodo, cum dixerit multas esse domini miserationes, secundum iudicia eius uiuificari petit, maxime cum ipse alibi dicat: et non intres in iudicium cum seruo tuo? sed aliud est illud iudicium beneficiorum Christi, cui respondere non possumus — quis enim potest debitum referre naturae, debitum salutis et gratiae? —, aliud iudicium, quo fragilitatis nostrae aestimatione censemur. in hoc ipso tamen iudicium cum misericordia copulatum est, ut ueritas iudicii miseratione domini temperetur.

1 cf. Ioh. 18, 40 5 Eph. 2, 13 8 Matth. 3, 15 9*Ps. 118, 156 13*Ex. 33, 19 14 cf. Rom. 10, 20 21 Ps. 142, 2

*def. A* 1 postulauerunt *av* 3 autem est *Nav* 4 *alt.* iustitias] *add.* eius *Pm2* dei *μ* 5 requirentibus *O* 9 Sequitur—quartus *om. a* uersus *om. NPm1* quartus] IIII *GP*, *om. MN* domine multae nimis *MO* 10 domine nimis *PR* iudicium tuum *Ov* 11 at si *M* disperet *NPm1Rm1* 12 misericordiae] *add.* domini *av* 12 qui] *add.* enim *ORv* 13 inquid *M* cui *GNOav* misertus ero] miserebor *N* misereor *Ta* 14 aparuit *GM* 15 non] num *v* 16 enim *om. NT* 17 deum] dominum *Nav* 19 quomodo *post* miserationes *tr. v* 20 alibi ipse *av* 22 indicium *exp. R* beneficium *R* Christi] dei *a* possimus *O* 24 quo *OPm2v* quod *cet. a* 25 censetur *N* copulata *Pm1*

31. Aut fortasse, quia dixerat: iudica iudicium meum,
ideo subtexuit miserationes domini nimium multas esse; graue est
enim de alio iudicare. unde etiam scriptum est: nolite iudicare, ut non iudicemini. cum enim unusquisque sit suorum conscius peccatorum, quomodo potest de alterius iudicare pec-
2 cato? iudicet de alterius errore, qui non habet quod in se ipse condemnet, iudicet ille, qui non agat eadem quae in alio putauerit punienda, ne, cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam, iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. audisti hodie, quid iudex uerus et iustus locutus sit: non possum, inquit, ego a me facere quicquam.

32. Nonnulli haeretici solebant hinc facere quaestiones, quasi infirmus esset filius qui a se nihil faceret, quasi secundum diuinitatem quoque subditus et paterno subiectus imperio, nec aduertunt, quod hoc quoque magis potestatis diuinae unitas conprobetur, ubi putant
2 inter patrem et filium esse distantiam potestatis. nihil a se facit filius, quia per unitatem operationis nec filius sine patre facit nec sine filio pater. denique pater dicit ad filium: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, communem adserens operationem esse, ubi commune consilium est. quid sine sapientia facit qui omnia in sapientia fecit, ut lectum est:
3 omnia in sapientia fecisti? denique Sapientia dixit: cum faceret caelos cum illo eram, et ego eram cui adplaudebat, et euangelista ait: omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, ut doceret non solum operatorem omnium filium, sed etiam paternae operationis esse consortem.

33. Ego tamen arbitror, quod hic locus ad iudicii formam uideatur esse referendus; euangelium etenim non solum fidei doctrina,

1 Ps. 118, 154 3*Luc. 6, 37 11 Ioh. 5, 30 18 Gen. 1, 26 22 Ps. 103, 24 23*Prou. 8, 27. 30 24 Ioh. 1, 3

*def. A* 1 forte *Na* 3 altero *Ov* 4 et non iudicabimini *Na* 5 peccato] peccatum *Pm1* 6 ipso *MNa* 7 agat] habet *O* 8 nec *Mm1Pm1* 9 nulla offensione *Oav, om. cet., cf. p. 463, 25* 10 audistis *MN* 11 sit] est *O* inquid *MRm1* quidquam *GN* 13 faceret nichil *O* 14 subditur *Pm1* auertunt *Om1* 15 quoque hoc *O* 17 pater sine filio *O* 23 et *om. v* 24 adplaudebam *M* 27 consortem esse *av*

sed etiam morum est magisterium et speculum iustae conuersationis. inuenio in euangelio, quod dominus Iesus multorum affectus et officia susceperit, ut doceret, quomodo nos in his conuersari oporteret officiis. suscepit personam pastoris et ait: p a s t o r b o n u s a n i m a m s u a m p o n i t p r o o u i b u s s u i s, ideoque pro rationabili grege se ipsum passioni corporis non negauit, ut ouem lassam crucis suae humeris superponens pii oneris functione recrearet.

34. Suscepit aduocati personam; ipsum enim aduocatum habemus apud patrem. pernoctabat in oratione pro nobis, ut nos suo informaret exemplo, quemadmodum ueniam nostris debeamus exorare peccatis. non enim ideo pernoctaret, quasi qui aliter patrem nobis reconciliare non posset, sed ut qualis aduocatus esse debeat demonstraret, qualis sacerdos, ut non solum diebus, sed etiam noctibus pro grege Christi debeat precator adsistere. an inpetrandi egebat 2 auxilio, qui facere ipse poterat quod rogabat, quemadmodum ipse dicebat: e g o a d p a t r e m u a d o, e t q u o d c u m q u e a b e o p e t i e r i t i s i n n o m i n e m e o h o c f a c i a m? denique alibi ait, cum Lazarum suscitaret: s c i e b a m q u o d s e m p e r m e a u d i s, nec quasi infirmus pernoctabat, qui sciebat quod semper auditur, et clamauit: L a z a r e, u e n i f o r a s. locuta est resurrectio, mors recessit.

35. Suscepit etiam affectum rei et stetit ante iudicem reus nec dedignatus est dominus omnium praesidis uilitatem. interrogatus tacebat, ostendens non in clamore uocis nec in forensis adsertione patrocinii, sed in conscientiae integritate esse innocentiae defensionem nec salutem corporis ambiendam, sed animi puritatem. denique, qui Susannam absoluit tacentem, se obtulit morti; in illa causa, ut nemo desperaret, in hac, ut redimendae uniuersitatis sacrificium

4*Ioh. 10, 11 6 cf. Luc. 15, 5 9 cf. I Ioh. 2, 1 10 cf. Luc. 6, 12 17 Ioh. 14, 12—13 19*Ioh. 11, 42 21 Ioh. 11, 43 cf. Ioh. 11, 25 24 cf. Matth. 26, 63

1 et] ex *M* 3 suscepit *a* oportet *O* 7 honeris *MPRm1* 9 Suscepit] *pergit A* 12 pernoctauit *ed. Rom. b* 16 qui] quia *Mm2N* 17 quaecumque *AR* quocumque *Pm1* 19 resuscitaret *av* 20 nec *scripsi* hic *codd. av* 23 iudicem] *add.* quasi *GMNTa* tamquam *v* 24 omnium dominus *O* 25 non *om. AGMPR* 26 esse *om. O* 27 salutis *APR* anime *Rm1* 28 causam *a, add.* ostendit *av* 29 disperaret *NPm1* hanc *Mm1*

2 non negaret. caesus postremo non conuiciatus est, non repercussit, et dominus caeli atque terrarum studium deposuit ultionis, uocem humilitatis emisit dicens: si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si bene, quid me caedis? quasi infirmus caedis deplorat iniuriam et, cum se posset ulcisci, queri maluit quam uindicare.

36. Ergo et hic personam iudicis propositumque suscepit dicens: non possum a me facere quicquam. bonus enim iudex nihil ex arbitrio suo facit et domesticae proposito uoluntatis, sed iuxta leges et iura pronuntiat, scitis iuris obtemperat, non indulget propriae uoluntati, nihil paratum et meditatum domo defert, sed sicut audit ita iudicat et sicut se habet negotii natura decernit. obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causae merita, non mutat.

37. Discite, iudices saeculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. dominus omnium dicit: non possum ego a me facere quicquam. alibi lego: negare semet ipsum non potest. non potest, utique non per infirmitatem, sed per integritatem, non per inpossibilitatem faciendi, sed per obseruantiam iudicandi. quid non potest qui omnia potest, nisi quod posse nolit? non uult posse quod damnet, non uult posse aduersus fidem, non uult posse aduersus ueri-
2 tatem. audi postremo ipsum dicentem, cur non possit a se facere quicquam: sicut audio, inquit, et iudico, hoc est: non ex mea potestate decerno quod libitum, sed ex iudicandi religione quod iustum est, et ideo iudicium meum uerum, quia non uoluntati meae indulgeo, sed aequitati. audite quid iudex dicat caelestis: non possum a me facere quicquam; sicut audio, et iudico.

3 Ioh. 18, 23    8*Ioh. 5, 30    12 cf. Ioh. 5, 30    16.23.26*Ioh. 5, 30    17*II Tim. 2, 13

1 conuitiatus *codd. praeter O, a*    4 si] *add.* autem *Na*    5 *alt.* caedis *om. AR*    6 possit *AOPRm1*    mauult *Pm2*    7 propositique *MNTa*    8 quidquam *N*    10 iusta *O*    legis *AGMNPm1R*    et *exp. R*    iuris] iure *AGPm1RT*    indulgit *AGMm1Rm1*    14 in *om. NT*    debeamus *NT*    16 a me ego *O*    quidquam *G*    17 lego] ergo *Gm1*    *alt.* non potest] *ras. in A*    19 obseruationem *O*    20 *pr.* posse *Nm2Oav* possit *cet.*    21 damnat *GMPa* non amat *NT*    *pr.* posse *om. NPT*    *alt.* posse] posse se *P* posse sed *R*    23 quidquam *G*    inquid *Pm1*    et *om. NPa*    25 iustum *om. codd. praeter O, a*    uerum] *add.* est *Ov*    27 quicquam] *add.* sed *v*    28 et *eras. M, om. NPa*

38. Et Pilatus dicebat ad dominum Iesum: *potestatem habeo dimittendi te et potestatem habeo crucifigendi te.* usurpas, o homo, potestatem quam non habes, cum deus neget se habere, qui habet super omnia potestatem. audi quid iustitia dicat: *non possum a me facere quicquam.* audite quid iudex aequitatis adserat: *sicut audio, et iudico.* audite quid iudex iniquitatis loquatur: *potestatem habeo dimittendi te et potestatem habeo crucifigendi te.* tua, Pilate, uoce constringeris, tua damnaris sententia. 2 pro potestate igitur, non pro aequitate crucifigendum dominum tradidisti, per potestatem absoluisti latronem, auctorem autem uitae interfecisti. sed nec istam a te habuisti quam habere te adseris potestatem. denique dicit tibi dominus Iesus: *non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi data tibi esset desuper.* mala potestas licere quod noceat; potestas ista tenebrarum est, uerum non uidere, sed spernere.

39. Audite quid uerus iudex loquatur: *non quaero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit.* quasi homo loquitur, quasi iudex docet, quoniam qui iudicat non uoluntati suae obtemperare debet, sed tenere quod legum est. constitue iudicem de hoc saeculo: numquid potest aduersus imperialis formam uenire rescripti? numquid potest normam Augustae definitionis excedere? quanto magis diuini formam debemus seruare iudicii! Christus dicit: *non quaero uoluntatem* 2 *meam,* hoc est hominis, quae uel odio dirigitur uel studio intenditur uel gratia inflectitur uel aliorum mendacio deprauatur — *omnis enim homo mendax* —, *sed uoluntatem,* inquit, *eius qui me misit,* hoc est: diuinae cognitionis formam ueni

1.7*Ioh. 19, 10 5.6*Ioh. 5, 30 13*Ioh. 19, 11 17.24*Ioh. 5, 30
26 Ps. 115, 2 (11)

1 Iesum *om. O* 2 dimittendi—habeo *om. codd. praeter O, a* 3 o *om. M* 6 ueritatis *Gm1M* adserat] dicat *NPm1* audio] *add.* ita *a* 9 scientia *Gm1* 11 autem] uero *NOav* 13 habere *G* 14 aduersus *Av* tibi data *O* 15 liceret *Gm1* noceat] non liceat *Ov* 17 iudex uerus *O* 18 misit me *av* 19 iudicat] iudexat *Pm1* 20 uoluntate *Pm1* debeat *APRm1* lectum *O* 21 aduersum *Nav* 22 scripti *ANR* decreti *O* angustae *Mm1N* 23 diuini] dum *NT* debemus formam *O* 26 mendatium *AGMm1Rm1* 27 inquid *MPm1* 28 misit me *O*

docere, ut in iudicando magis cordi sit ueritatis custodia quam oboedientia uoluntatis. non ergo hic quoque infirmitas potentiae, sed forma est expressa iustitiae.

40. Iustum igitur est iudicium filii dei, quia secundum uoluntatem est dei, non secundum hominis affectum. deus enim misericordiarum plenus est et misericordia eius cum iudicio et iudicium cum misericordia; neque sine iudicio miseretur neque sine misericordia iudicat. denique scriptum est: misericordia eius in stateris. filii autem hominum mendaces in sta-
2 teris ut decipiant. examinat ergo et trutinat deus merita singulorum et quemadmodum pro mensura dat gratiam, ne supra mensuram sit, ita pro mensura dat misericordiam. unde ait: mensuram bonam confertam commotam supereffluentem dabunt in sinum uestrum. eadem mensura qua mensi fueritis reddetur uobis. similiter in statera singulorum opera pensantur, ut, si bona malis praeponderant, remuneratio praemii deferatur, si peccata uirtutibus, tristior reum
3 poena constringat. quod expressum habes ad Timotheum, dicente apostolo Paulo: quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam autem et subsecuntur. similiter et facta bona manifesta sunt et quae aliter se habent abscondi non possunt.

41. Omnia ergo a domino deo nostro mensura quadam et pondere fiunt. quis posuit, inquit, rupes in statera? et supra: quis mensus est manu aquam et caelum palmo? qui nostra examinat, sua utique examinata largitur et saluo omnia decernit examine. ponderat misericordiam, ponderat ultionem; in utroque certum pondus habilisque mensura est. unde et Dauid ait: et potum dabis illis in lacrimis

8*Esai. 28, 17 9*Ps. 61, 10 11 cf. Eph. 4, 7 12*Luc. 6, 38 19 I Tim. 5, 24 24.25*Esai. 40, 12 29*Ps. 79, 6

1 corde *AR* oboedientiae *M* 2 sed] si *O* 4 est secundum uoluntatem *av* 5 est *om. N* 11.12 pro mensura] per mensuram *ANPTa* super *NTa* 12 mensuram *om. P* 13 bonam] *add.* et *Pm1* 14 eadem] *add.* uero *a* 16 stateram *A* opera] facta *AOav* bona] *add.* opera *AMNv*, *ante* bona *add. O* praeponderent *v* 17 rerum *Om1* 18 thimotheum *OPR* 19 manifestata *Pm1* 21 subsequuntur *NPRav* 22 abscondere *A* abscondire *Rm1* 24 inquid *Pm1* 25 aquas *Ov* 27 salua *AR*

in mensura, ne sine moderatione mensurae poenae
cumulo grauarentur et sustinere non possent. et alibi idem 2
ait propheta: calix in manu domini uini meri
plenus est mixto, et inclinauit ex hoc in
hoc; uerumtamen faex eius non est exina-
nita. et Hieremias ait: calix aureus Babylon in
manu domini, a quo inebriatae sunt gentes, hoc
est: poena a nationibus persoluta est, ne diutius insultarent, quod
dei populum acerbissima populatione uexarint. sensus igitur uersus 3
Dauitici hic est: parata et plena est poena quae debetur impiis, quam dominus declinat in perfidos; sed tamen miseratione sua non usque ad faecem dignatur effundere, ne plenitudinem supplicii ferre non possint. inclinat ergo calicem, non euacuat; quod inclinat, censurae est, quod non euacuat, misericordiae.

42. Ergo iudicium quoque misericordia temperat dominus deus noster. quis enim nostrum sine diuina potest miseratione subsistere? quid possumus dignum praemiis facere caelestibus? quis nostrum ita adsurgit in hoc corpore, ut animum suum eleuet, quo iugiter adhaereat Christo? quo tandem homini merito defertur, ut haec corruptibilis caro induat incorruptionem et mortale hoc induat inmortalitatem? quibus laboribus, quibus iniuriis possumus nostra eleuare peccata? indignae sunt passiones huius temporis ad superuenturam gloriam. non ergo secundum merita nostra, sed secundum misericordiam dei caelestium decretorum in homines forma procedit.

3*Ps. 74, 9 6*Hier. 28 (51), 7 19 cf. I Cor. 15, 53 22*Rom. 8, 18

1 in mensuram *O* 2 ait idem *O* 4 est *om. O* 6 babilon *NOP* 7 a *om. O* 8 diu *A* dius *Rm1* exultarent *O* 9 aceruissima *APm1* uexarint *scripsi* uexarent *AGORv* uexauerint *MNPTa* 10 Dauidici *v* et] est *Pm1* 11 quam] quae *AGMm1Pm1R* qua *Mm2* 12 dignatus est *O* 13 possent *AGm2MNPRa* posient *Gm1* 14 censura *AGPm1Ra* non *om. GMm1* misericordia *Rm2* 17 facere caelestibus praemiis *O* 18 quo] quod *GPm1Rm1* 19 quo] quod *P* hominem *GMm1N* hominum *Mm2Oav* merito *ed. Erasmi* meritum *codd. av* difertur *Pm1* 22 lauare *GM* leuare *NTa* eluere *Ov, cf. p. 328,30* peccatum minuitur 24 dei misericordiam (*ex* miserationem) *O* 25 hominis *NOPm1R* procedit] *sequuntur in GM tractat. 21 cap. 16 init.* etenim qui deum diligit *usque ad cap. 21 extr.* spes regni caelestis adsurgit, *quae suis locis repetuntur*

43. Sequitur uersus quintus: *multi persequentes me et tribulantes me; a testimoniis tuis non declinaui.* non est magnum, si tunc a dei testimoniis non declines, cum te nullus adfligit, nullus persequitur. quis enim inoffense sibi prosperorum euentuum secundante successu fieret ingratus? quis diuitiis adfluens, iugi salute robustus non ad dei gratiam referat quod sibi
2 illa concessa sint? denique cum sanctum Iob dominus praedicaret, ait aduersarius: numquid gratis colit Iob dominum? nonne tu omnia dedisti ei? mitte manum tuam in omnia quae habet, si non in faciem te benedicet. tunc igitur plus probatus est, quando amissis opibus et filiis a domini cultu et gratia non recessit. sed non unus persecutor est,
3 multos ministros habet. sed non te terreat. per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum dei. si multae persecutiones, multae probationes; ubi multae coronae, multa certamina. tibi ergo proficit quod multi persecutores sunt, ut inter multas persecutiones facilius inuenias quemadmodum coroneris.

44. Utamur exemplo Sebastiani martyris, cuius hodie natalis est. hic Mediolanensis oriundo est. fortasse aut iam discesserat persecutor aut adhuc non uenerat in haec partium aut mitior erat. aduertit hic aut nullum esse aut tepere certamen. Romam profectus est, ubi propter fidei studium persecutiones acerbae feruebant; ibi passus est, hoc est ibi coronatus. itaque illic, quo hospes aduenit, domicilium inmortalitatis perpetuae conlocauit. si unus persecutor fuisset, coronatus hic martyr utique non fuisset.

45. Sed quod peius, non hi solum persecutores sunt qui uidentur, sed etiam qui non uidentur, et multo plures persecutores. sicut

1*Ps. 118, 157  8*Hiob 1, 9—11  13*Act. 14, 21

1 Sequitur—quintus *om. a*  uersus *om. N*  quintus] V *AOP, om. GMN*  me *om. O*  5 euentu *NTm1*  secundo *GMNTa* secudate *O* secundanti *R*  successus *AR*  7 sunt *M*  praedicaret dominus *av*  8 iob gratis colit *O*  deum *a*  9 omnia—ei] uallasti eum *NPav*  10 facie *Pm2*  benedicit *Ov*  13 terreant *OPm2Rv*  15 dei] caelorum *O*  percutiones *R*  19 hodie cuius *O*  20 oriundus *NOPm2Rm2av*  22 certamen] certum est *Pm1*  perfectus *A*  23 persecutionis *GMOv*  persecutores *N*  aceime *ARm1* acerba *GMOv*  24 *alt.* ibi] *add.* est *O*  26 utique *om. O*  27 hii *P*  28 persecutores *om. O*

enim unus persecutor rex multis persecutionis praecepta mittebat et per singulas uel ciuitates uel prouincias erant diuersi persecutores, ita etiam diabolus multos ministros suos dirigit, qui non foris tantummodo, sed etiam intus faciant persecutiones in animis singulorum. de his dictum est persecutionibus: *omnes qui uolunt* 2 *pie uiuere in Christo Iesu persecutionem patiuntur*. 'omnes' dixit, nullum excepit. quis enim exceptus potest esse, cum ipse dominus persecutionum temptamenta tolerauerit? persequitur auaritia, persequitur ambitio, persequitur luxuria, persequitur superbia, persequitur fornicatio. unde et apostolus ait: *fugite fornicationem*; nam qua causa fugeres, nisi illa te persequeretur? est enim malus spiritus fornicationis, est malus spiritus auaritiae, malus spiritus superbiae.

46. Isti sunt persecutores graues, qui sine gladii terrore mentem hominis frequenter elidunt, qui inlecebris magis quam terroribus animos expugnant fidelium. hi tibi hostes cauendi, hi grauiores tyranni, per quos Adam captus est. multi in persecutione publica coronati occulta hac persecutione ceciderunt. *foris*, inquit, *pugnae*, 2 *intus timores*. aduertis quam graue certamen sit quod est intra hominem, ut secum ipse confligat, cum suis cupiditatibus proelietur? ipse apostolus fluctuat haeret adstringitur, captiuari se adserit in lege peccati et mortis corpore debellari nec potuisse euadere, nisi esset domini Iesu gratia liberatus.

47. Uerum ut multae persecutiones, ita multa martyria. cotidie testis es Christi. temptatus es spiritu fornicationis, sed ueritus Christi futurum iudicium temerandam mentis et corporis castimoniam non putasti: martyr es Christi. temptatus es spiritu auaritiae, ut possessionem minoris inuaderes, indefensae uiduae iura temerares, et tamen contemplatione caelestium praeceptorum opem

5*II Tim. 3, 12 11 I Cor. 6, 18 18 II Cor. 7, 5 21 cf. Rom. 7, 23—25

1 ex *O* multis] *add.* persecutoribus *O* 3 multos *om. M* 4 tantum *Ta* faciunt *MPm1* 5 pie uolunt *N* 6 pie *om. P* persecutiones *Na* patientur *b ex suis codd.* 8 persecutionem *Rm1* tolerauit *O* 9 luxoria *ARm1* 10 et *om. O* 11 nisi illa] si nulla *NTa* 12 malus spiritus auaritae *om. P* 15 allidunt *GMNT* alidunt *Pm1* 16 hii *bis P* 18 ceciderunt persecutione *O* inquid *MPm1* 20 infra *AGMPRT* contra *N* conflictat *Am1* 22 deuellari *Pm1* 23 liberatus gratia *a* 24 cottidie *O* 28 possessiones *Am1* minores *Mm1*

magis ferendam quam inferendam iniuriam iudicasti: testis es
2 Christi. denique tales uult testes Christus adsistere, secundum quod scriptum est: iudicate pupillo et iustificate uiduam. et uenite disputemus, dicit dominus. temptatus es spiritu superbiae, sed uidens inopem atque egenum pia mente conpassus es, humilitatem magis quam adrogantiam dilexisti: testis es Christi; quod est amplius, non sermonis tantum-
3 modo, sed etiam operis testimonium praebuisti. quis enim locupletior testis est quam qui confitetur dominum Iesum in carne uenisse, cum euangelii praecepta custodit? nam qui audit et non facit, negat Christum; etsi uerbo fatetur, operibus negat. quam multis dicentibus: domine domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et daemonia eiecimus et uirtutes multas fecimus? in illo die respondebit: discedite a me omnes operarii iniquitatis! ille ergo testis est, qui adstipulantibus factis domini Iesu praecepta testatur.

48. Quanti ergo cotidie in occulto martyres Christi sunt et Iesum dominum confitentur! nouit hoc martyrium apostolus et testimonium Christi fidele, qui dixit: haec est enim gloriatio nostra et testimonium conscientiae nostrae. quanti foris confessi sunt et intus negauerunt! namque uxoris ducendae gratia, quae gentili uiro a christianis parentibus negabatur, simulata ad tempus fide plerique produntur quod foris confessi sunt
2 intus negasse. an fornicationis causa tantummodo putamus dominum deum nostrum in populum Iudaeorum tam seuere esse commotum, ut uiginti tria milia de populo necarentur, propterea quod Madianitae gentis feminis concubitu miscerentur ac non eo, quod per illos concubitus alienigenarum discedere a fide, negare dominum cogerentur?

3*Esai. 1, 17—18 10 cf. Matth. 7, 26 12*Matth. 7, 22 14 Luc. 13, 27. cf. Ps. 6, 9 19*II Cor. 1, 12 26 cf. Num. 25, 9

2 talis *M* 7 Christi] *add.* et *Mm2Nav* quid *Pm1* 8 perhibuisti *Nav*, *add.* testis es christi *a* 9 carnem *AG* 11 fateatur *Ov* 14 illa *Na* 15 omnes] *add.* qui *AOv* operari *A* operamini iniquitatem *Ov* 17 in occultis (occulto *OPm2*) cotidie (quotidie *a*) *NOPa* dominum et iesum *P* 19 gloria *AR* 20 et *om.* *NOav* 22 qui *Pm1* 23 ad] a *AGMm1Rm1* produntur *Mm2OPm2 Rm2av* profitentur (tentur *in ras. m2*) *N* prodentur *cet.* 24 tantummodo *om.* *O* 25 deum] iesum *O* 26 duo *O* de populo *om.* *O* 28 discessere *APR* desciscere *v*

49. *Nolite*, inquit, *omni spiritui credere*, sed a fructibus eorum cognoscite quibus credere debeatis. uenit quis in ecclesiam, dum honorem affectat sub imperatoribus christianis, simulata mente orationem deferre se fingit, inclinatur et solo sternitur qui genu mentis non flexerit. uidet illum homo, christianum putat; uidet homo orantem suppliciter et credit, sed deus audit negantem. discedit probatus ab homine, sed condemnatus a iudice. 2
quanto tolerabilius fuerat homini negasse et deo esse confessum! licet hoc quoque reprehensibile; perfecta enim confessio et animi quaerit deuotionem et uocis professionem; *corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*.

50. Ergo in persecutionibus interioribus esto fidelis et fortis, ut et istis forensibus persecutionibus adproberis. et in intimis persecutionibus sunt reges et praesides, terribiles iudices potestate. habes exemplum in domini temptatione quam pertulit. demonstrata sunt ei omnia regna et dictum ei est: *tibi dabo haec omnia, si procidens adoraueris me*. lectum est et alibi: *non regnet peccatum in uestro mortali corpore*. uides 2
ante quos reges statueris, o homo, ante quos praesides peccatorum, si culpa regnat. quot peccata, quot uitia, tot reges; et ante hos adducimur et ante hos stamus. habent etiam isti reges tribunal in mentibus plurimorum. sed si quis Christum fateatur, statim regem illum facit esse captiuum, deicit de solio suae mentis. quomodo enim poterit diaboli tribunal manere in eo, cui Christi tribunal adsurgit?

51. *Multi* ergo *persequentes et tribulantes me*. et fortasse Christus hoc dicit et dicit in uocibus singulorum;

1 I Ioh. 4, 1 cf. Matth. 7, 16 10 Rom. 10, 10 17*Matth. 4, 9 18 Rom. 6, 12 27*Ps. 118, 157

1 inquid *M* 2 cognoscetis *Tm2* 3 inperatoribus *P* simulata mente *scripsi* simulato metu *codd. av* 4 se fingit deferre *av* 8 deum *O* 9 quoque] *add.* sit *Tm2a* 11 oris *Ta* 14 ut et] ut in *a* forensis *ARm1* 15 et] *add.* principes *P*, *sed del.* iudicii *a* potestates *GMNT* 16 habes *ed. Erasmi* dabis *codd. av* demonstrata] *add.* enim *a* 17 est ei *Oav* 18 est *om. v* et *om. M* 19 mortuo *GOPRm1T* 20 statuaris *Oav* 21 quod (*bis*) *AGMm1P* 22 et *om O* 24 dicit *APRm1* 25 potest *O*

ipsum enim aduersarius persequitur in nobis. si declinas persequentes, Christum abicis, qui se temptari patitur, ut uincat. ubi illum uiderit diabolus, ibi insidias parat, ibi temptationum machinas admouet, ibi dolos nectit, ut illum, si possit, excludat. ubi autem diabolus proeliatur, ibi Christus adsistit, ubi diabolus adsidet, ibi
2 Christus includitur, ibi murorum spiritalium saepta defendit. ergo, qui persecutorem refugit, reicit etiam defensorem. sed cum audis: m u l t i p e r s e q u e n t e s e t t r i b u l a n t e s m e, noli timere. qui potes dicere: s i d e u s p r o n o b i s, q u i s c o n t r a n o s? uerum hoc ille dicit, qui a testimoniis domini nullo uitiorum declinat anfractu.

52. Sequitur uersus sextus: *u i d i n o n s e r u a n t e s p a c t u m e t t a b e s c e b a m, q u o n i a m u e r b a t u a n o n c u s t o d i e r u n t.* beatus qui in caritate dei tabescit, qui uidet non seruantes pactum. alius propter uitiosos amores tabescit, qui destillat, dum est dilatus amore dilectae, et dum protelatur flagrantis cupiditatis effectus, animus deficit, uires corporis quadam deformi-
2 tate palloris fessorumque artuum tabe minuuntur. alius, qui pecuniam concupiscit, donec potiatur ea, auaro miser tabescit affectu. alius inmodice capessendi honoris inpatiens, si desideria longa suspiret, non mediocri mentis tabe conficitur. non talis qui dicit: q u a m d i s t a b u i t c a r o m e a i n t e r r a d e s e r t a e t [i n] i n u i a e t s i n e a q u a! hic enim castigabat carnem suam et tabescere faciebat, dum indefesso desiderio diuinae cognitionis intentus et lucem diei sollicita expectatione praeueniens antelucanum soluere domino canticis et hymnis gestiebat obsequium.

8*Ps. 118, 157 9 Rom. 8, 31 12*Ps. 118, 158 22*Ps. 62, 2—3 23 cf. I Cor. 9, 27 25 cf. Ps. 118, 148

1 etenim *PRv* declines *a* persequentem *Nav* 3 parat insidias *Nav* parit *M* 4 dolus *Mm1* 5 adsistet *AGMPm1Rm1* adsedit *AGMm1Pm1Rm1* obsidet *OPm2v* 6 multorum *O* septa *codd. av* 9 potest *M* 10 ille *om. a* dicit ille *Nv* 12 Sequitur—sextus *om. a* VI *ANP, om. M* 14 beatius *GPR, add.* uir *Av* *alt.* qui] quia *OPm2v* uidit *N* 15 distillat *OPm2Rm2v* 17 affectus *Oa* animas *Pm1* 18 minuunt *Mm2* 19 eam *Aa* 20 capescendi *AGMOPm1Rm1* tabescendo *NT* 21 mediocris *AGMNm1Ra* talis] *add.* est *a* 22 quam] quia *PR* et *om. v* *alt.* in *deleui* 23 hinc *Pm1* 24 cognitionis *Na* cogitationes *Rm1* cogitationis *cet. v* 25 et *om. O* 26 ymnis *MNR*

53. Tabescit ergo uir pacificus, quando alios uidet pacta rescindere, consensuum abolere concordiam, iurgia de pace reparare, in tumultus redire de gratia. quod utique non facit qui domini praecepta custodit, non facit qui audit dicentem: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. ergo qui pactum seruat, is Christi oboedit imperiis, qui autem non seruat, ille Christi praecepta contemnit et, quod peius est, conperta fastidit et neglegit.

54. Sequitur uersus septimus: *uide quia praecepta tua dilexi, domine; in misericordia tua uiuifica me.* hic quoque inuitat dominum, ut plenum caritatis suae spectet affectum. nemo dicit 'uide' nisi qui iudicat se, si uideatur, esse placiturum. et pulchre dicit 'uide' et secundum legem dicit, quia lex praecipit, ut unusquisque ter in anno se offerat in conspectu domini. cotidie 2
sanctus se offert, cotidie apparet et non uacuus apparet; non est enim uacuus qui de plenitudine eius accepit. non erat uacuus Dauid, qui ait: repletum est gaudio os nostrum, quia gaudium fructus est spiritus sancti. et sicut de plenitudine uerbi nos omnes accepimus, quemadmodum dixit Iohannes, ita etiam spiritus sanctus de plenitudine sua repleuit orbem terrarum. non erat uacuus Za- 3
charias, qui repletus est spiritu sancto et prophetabat aduentum domini Iesu. non erat Paulus uacuus, qui euangelizabat in abundantia et repletus erat, accipiens odorem bonae suauitatis ab Ephesiis placentem deo hostiam. non erant Corinthii, in quibus abundabat dei gratia iuxta eiusdem apostoli testimonium.

55. Offerebat se ergo Dauid cotidie deo et non uacuus offerebat, qui poterat dicere: os meum aperui et duxi spiritum; ideo ergo dicebat: uide quia praecepta tua dilexi. audi

4*Ioh. 14, 27 8.27*Ps. 118, 159 12 cf. Ex. 23, 17 15 cf. Ioh. 1,16 16 Ps. 125, 2 cf. Gal. 5, 22 17 cf. Ioh. 1, 16 18 cf. Sap. 1, 7 19 cf. Luc. 1, 67 21 cf. Rom. 15, 29 22 cf. Eph. 5, 2 23 cf. I Cor. 1, 7 26*Ps. 118, 131

1 quoniam *O* pacta] peccata *Nm1Ra* paccata *Nm2* 5 meam *om. a* 6 obsecundat *O* inperiis *P* 7 *pr.* et *om. O* peius] prius *Mm1* 8 Sequitur— septimus *om. a* VII *AGNOP*, *om. M* dilexi praecepta tua *Pm1* 10 expectet *codd. a* 11 se *om. AMNOPR* 12 *pr.* dixit *codd. praeter O, a* *alt.* dixit *Na* praecipit *scripsi* dicit *O* praecepit *cet. av* 13.14 cottidie *Om1* 14 se sanctus *av* 21 uacuus paulus *O* habundantia *AOPm1R* 22 ab] ad *ARm1* 23 Corinthii] *add.* uacui *av* 25 ergo se *O* cottidie *Om1* non uacuus] noua cuius *G* 26 adduxi *a*

in quo te offerre debeas Christo, non in his quae uidentur, sed in
occultis, sed in abscondito, ut pater tuus qui uidet in abscondito
reddat tibi et fidelem remuneretur affectum. p r a e c e p t a, in-
2 quit, t u a d i l e x i. non dixit 'seruaui', non dixit 'custodiui'; nam
inprudentes non custodierunt praecepta domini. aliqui enim
codices habent ἀσυνετοῦντας, hoc est insipientes, non intelle-
gentes. ergo qui non intellegunt non sapiunt hique non custodiunt.
qui autem perfectus est intellectu, perfectus sapientia, diligit, quod
est amplius quam custodire; custodire enim necessitatis plerumque
3 est et timoris, diligere caritatis. custodit qui euangelizat, sed qui
uolens euangelizat mercedem accipit; quanto magis qui diligit merce-
de donatur! possumus enim non amare quod uolumus, non possu-
mus nolle quod amamus. sed quamuis mercedem perfectae caritatis
expectet, et miserationis diuinae suffragium poscit, ut in ea uiuifi-
cetur a domino. non ergo adrogans debitae mercedis exactor, sed
uerecundus misericordiae diuinae est deprecator.

56. Sequitur ultimus uersus litterae huius: *principium uerborum tuorum ueritas, in aeternum omnia iudicia iustitiae tuae.* cum principium uerborum dei ueri-
tas sit, ueritas utique fidei fundamentum est. primum etenim opor-
tet ut credamus uera esse dei summi quae in diuinis scripturis legimus
oracula, secundum est, ut uirtutem eorum pleniore cognitione di-
2 scamus. sicut enim i n i t i u m s a p i e n t i a e t i m o r d o m i n i,
plenitudo autem sapientiae dilectio — lex enim sapientia, plenitudo
autem legis dilectio —, ita plenitudo uerborum dei sapientia cogni-
tioque iustitiae. namque sicut a timore domini processus quidam

2 cf. Matth. 6, 4 3*Ps. 118, 159 5.6 cf. Ps. 118, 158 11 cf. I Cor. 9, 17 17 Ps. 118, 160 23 Ps. 110, 10 24 cf. Rom. 13, 10 26 cf. I Ioh. 4, 18

2 sed] et *AOv* 3 remuneret *Mm2Nav* inquid *AMRm1* 5 dei *O* 7 hique *T* hii *O* hi qui *cet. a* hi *v* 8 sapientiam *R* diliget *AGMNPm1Rm1* 9 est plerumque *O* 11 si mercedem *O* accepit *APm1Rm1* 12 enim] etiam *a* 14 et *om. O, del. Pm2 fort. recte* poscat *R* 15 diuinae (*sic*) mercedis exactor arrogans *O* mercedes *Nm1Pm1Rm1* 16 uerecundiae *Mm1* 17 Sequitur—huius *om. a* Sequitur *om. NT* ultimus—huius] uersus octauus (VIII *O*) *Ov, add.* VIII *GPR* 20 fundamenta *Pm1* 22 ut *om. a* 23 enim] est *Ta* 24 *pr.* plenitudo autem] ita plenitudo *a* sapientiae] legis *M* lex—25 dilectio *om. P* 26 nam *PRav* domini a timore *M*

est ad gratiam caritatis, ita a ueritate ad iudicium iustitiae diuinae quidam uidetur fieri processus.

57. Uenisti ad ecclesiam, audisti unum deum dici, unde lex incipit, sicut habes scriptum: a u d i, I s r a e l, d o m i n u s d e u s t u u s d o m i n u s u n u s e s t. crede unum deum esse, non plures deos. cum autem coeperis legere dominum Iesum dei filium in carne uenisse propter totius mundi redemptionem, distingue sapienter unum deum patrem esse, ex quo omnia et nos in illum, et unum dominum Iesum, per quem omnia et nos per ipsum. cognosce quia 2 ideo uenit, ut uirtutis semitis noster informaretur affectus, ut morum mansuetudinem conuersationis eius disceremus exemplo, ut aboleretur culpa per gratiam, et tunc a ueritatis confessione ad cognitionem iustitiae processisti. fides principium christiani est, plenitudo autem christiani iustitia est; fides in confessione populorum, iustitia in martyrii passione.

58. Scientes igitur in aeternum mansura iudicia omnia iustitiae dei caueamus, ne opera nostra displiceant et aeternum incipiamus subire iudicium nec, si aliquid boni fecimus, resupino soluamur affectu. o m n e s o p o r t e t n o s a n t e t r i b u n a l C h r i s t i a d s i s t e r e, u t r e c i p i a t u n u s q u i s q u e q u o d g e s s i t, s i u e b o n u m s i u e m a l u m. uides quia et Paulus adsi- 2 stet, ut ipse commemorat. caue ne ligna, caue ne stipulam ad iudicium dei tecum deferas, quae ignis exurat. caue ne, cum in uno aut duobus habeas quod probetur, in pluribus operibus deferas quod offendat. s i, c u i u s o p u s a r s e r i t, d e t r i m e n t u m p a t i e t u r, p o t e s t t a m e n p e r i g n e m e t i p s e s a l u a r i. unde colligitur, quia idem homo et saluatur ex parte et condem- 3 natur ex parte. cognoscentes itaque multa esse iudicia opera

4 Deut. 6, 4 6 cf. I Ioh. 4, 2 8 cf. I Cor. 8, 6 19*II Cor. 6, 10 22 sqq.] cf. I Cor. 3, 12—15 25*I Cor. 3, 15

3 audistis *Mm1* 4 israhel *R* 5 dominus] deus *AGm2Oav* 7 carnem *P* 8 in] per *Pm2* 10 *pr.* ut] et *Pm1* nostros *a* informetur *Nμ* informet *a* 11 conuersationes *M* 14 iustitiae *M* 15 martyrum *Oav* 17 et] *add.* in *ANPRa* 18 aliquod *O* aliquit *Pm1* 21 bonum] *add.* sit *a* adsistit *Mm2* 22 ut] *add.* et *O* *utrumque* ne *om.APm1Rm1v* ad] ne ad *Ov* 26 et ipse per ignem *aμ* et *om.NPm1*

nostra examinemus omnia. in uiro iusto graue est detrimentum graue operis alicuius incendium, in impio poena miserabilis. sint magis omnia iudicia plena gratiae, plena florentium coronarum, ne forte, cum trutinantur facta nostra, culpa praeponderet.

## XXI.
## LITTERA SIN.

1. Incipit littera 'Sin', quae Latine dicitur 'super uulnus'. super uulnus quid est nisi medicamentum, quo uulneris acerbitas mitigatur? super uulnus oleum infunditur, ut omnis uulneris molliatur asperitas; super uulnus malagma, super uulnus alligatura, quibus omne uulnus fouetur. ubi ergo spes refundendae est sanitatis, ibi
2 adhibentur medicamenta uulneribus. ubi autem omne caput in dolore et omne cor in maestitia, non est uulnus neque cicatrix, non plaga cum feruore, hoc est: ubi non portio, sed uniuersitas periclitatur et quadam corrupti totius corporis tabe consumitur, ibi non est malagma inponere neque oleum neque alligaturam. multo igitur commodius, ut sit uulnus, quod foueas atque constringas, quam sine uulnere mors serpat interior.

2. Sed est non solum corporis uulnus, sed etiam mentis, quod oleo quodam mollioris alloquii et pacifici sermonis suauitate mitescit. sunt fomenta uerborum, sunt medicamenta caelestium praeceptorum, quibus omne nequitiae uirus aboletur. sunt legis uincula quae non adurant, sed magis liberent alligatos, et malagma spiritale, quo conlisa animae quaedam membra solidentur.

12-16 *Esai. 1, 5—6

1 omnia *om. Am1* uero *GMm1* est] erit *P* 2 incendii *AGRm1* sint] *add.* igitur *Mm2N* 4 quum *P* dum *Oav* facta] futura *Gm1Mm1* *nihil subscript. in codd.* 7 Incipit littera *om. N*, *add.* uigesima prima *v* sen *GO* Schin *aμ* Scin *b* 8 quid est] quidem *A* 9 ulceris *O* emolliatur *AOv* asperitas molliatur *Na* 10 *alt.* uulnus] uulnera *O* a quibus *a* 11 refundenda *O* 12 adhibetur *APm1* 15 sed *om. O* uniuersitatis *O* quaedam *GMRav* corrupti *scripsi* corruptio *codd. av* 18 commodius] *add.* est *a* 21 alloquis *A* alloquiis *G* pacificis *AGRm1* 24 liberant *GM* et] est *Ov*

3. Consideremus igitur quid sit uulnus, quid supra uulnus: principes persecuti sunt me gratis uulnus est, exulto ego in uerba tua, sicut qui inuenit spolia multa, super uulnus est, quia uerbis dominicis uulneris dura curantur.

4. In Threnis quoque Hieremiae habes sub hac littera scriptum:
audisti obprobrium eorum, domine, omnia
consilia eorum aduersum me, labia insurgentium mihi et meditationes eorum aduersum
me tota die, sessionem eorum et resurrectionem eorum; uulnus est. sed subiecit: aspice in oculis
eorum, redde illis retributionem, domine, secundum opera manuum ipsorum; super uulnus est,
quia uindicta plerumque dolorem solet uulneris mitigare. et infra 2
idem Hieremias ait: gaude et laetare, filia Idumaeae
quae habitas in Geth, et quidem ad te transibit calix, bibes et inebriaberis adhuc; super uulnus est. calix enim domini remissio peccatorum est, quo sanguis
effunditur, qui totius redemit peccata mundi. hic calix inebriauit
gentes, ne proprii meminissent doloris, sed ueterem obliuiscerentur
errorem. bona igitur ebrietas spiritalis, quae turbare corporis nescit 3
incessum, leuare mentis nouit uestigium. bona ebrietas poculi salutaris, quae maestitiam peccatricis abolet conscientiae. iucunditatem
uitae infundit aeternae. ideo scriptura dicit: et poculum
tuum inebrians quam praeclarum est!

2 Ps. 118, 161 3*Ps. 118, 162 7*Thren. 3, 61—63 11*Thren. 3, 63—64 15*Thren. 4, 21 24*Ps. 22, 5

1 super *O* 2 sunt *om. a* 3 ergo *a* uerbis tuis *v* 4 supra *a* uulneris] uulnera *Ta* 7 obprobria *AR* 9 mihi *v, om. codd. a* et meditationes eorum *Ov, om. cet. a* 10 sessiones *N* 11 oculos *Ov* 12 retributionem] *add.* eorum *a* 14 solet dolorem *Nav* mittigare *P* 16 geeth *Am2* quidem] *add.* et *O* transiuit *GM* transilibit *T* pertransibit *av* 17 calix] *add.* et *O* inebrieberis *Mm1* inebriaberis. Adhuc *interp. Ob; at cf. p. 424, 9, ubi edd. falso distinguunt* 19 redimit *Gm2* peccata redemit *N* mundi peccata redemit *av* 21 nescit corporis *Oav* nescit *om. N* 22 lauare *A* 23 abolens *O* iocunditatem *MNORa* 24 infundat *Pm1*

5. Medicamentum igitur super uulnus est, quia medicus ipse do-
minus Iesus, qui uulnera nostra curauit, infundens uinum et oleum
et alligans uulnera Adae illius, qui descendens ab Hierusalem a
latronibus uulneratus est. caueat ergo unusquisque, ne descendat
ab Hierusalem; peccatis enim suis unusquisque descendit et meritis
2 ascendit. aut, quia fragiles sumus, qui descendit currat ad illum
Samaritanum, custodem operis sui, custodem legis et gratiae, ut
uulneri suo possit inuenire medicinam, qui alligaturam uerborum
caelestium super uulnus inponat dicens: paenitentiam
agite; adpropinquauit enim regnum caelorum.
bona alligatura, quae fracta animae tuae ossa conectat et soliditate
reparata in pristinas uires reformet ac discissos artus sine ulla sibi
cicatricis offensione restituat.

6. De litterae interpretatione satis pro captu nostro dictum pu-
tamus. adoriamur sancti prophetae uersus considerare, quos spiritu
sancto reuelante subiecit: *principes persecuti sunt me
gratis, et a uerbis tuis trepidauit cor meum.*
si ueterem repetamus historiam, et Saul et Abessalon et multi alieni-
genae principes sanctum Dauid persecuti sunt, sed nemo de eo potuit
2 triumphare. sunt et principes mundi rectoresque tenebrarum, qui
te in tuo pectore conantur obprimere et persecutionum saeua intus
operantur, promittentes regna terrarum, honores atque diuitias, si
fragili mente subcumbas et oboediendum eorum imperiis arbitreris.
isti principes interdum gratis persecuntur, interdum non gratis.
3 gratis persecuntur apud quem nihil suum inueniunt et eum subiugare
contendunt, non gratis persecuntur eum, qui se eorum dederit pote-

3 cf. Luc. 10, 30 9 Matth. 4, 17 12 *discissos artus*] cf. Uerg. Georg. 3, 514 16 *Ps. 118, 161 20 cf. Eph. 6, 12

1 dominus Iesus ipse (*add.* est *a*) medicus *Nav* 2 oleum et uinum *O* 3 Adae *om. O* ab] a *NPμ* Ierusalem *Nμ* 5 a *Pμ* 6 aut] at *Mm3* 7 custodem—sui *om. NO* operis] corporis *a* ut] et *AGm1Mm1NPm1Rm1* 10 appropinquabit *a* 11 factae *Am1* fructu *P* fractae *R* 12 parata *Pm1*
*def. A* 13 cicatrices *MPm1* 14 satis—*p. 479, 10* ad Ananiam *desunt in A* 15 adordiamur *Mm3* 16 subiecit] *add.* I *GPR* 17 trepidauid *G* 18 habessalon *M* absalon *NOm1Pa* 19 potuit de eo *av* 21 te *post* conantur *tr. O* 22 adque *Rm1* 24.25.26 persequuntur *av* 25 gratis] *add.* eum *Ov* aput *Pm1*

stati et in possessionem saeculi totus intrauerit. in suos enim iure sibi dominatum uindicant atque ab his mercedem iniquitatis efflagitant.

7. Bene hoc martyr dicit, quod iniuste persecutionum tormenta sustineat, qui nihil rapuerit, nullum uiolentus oppresserit, nullius sanguinem fuderit, nullius torum putauerit esse uiolandum, qui nihil legibus debeat et grauiora latronum sustinere cogatur supplicia, qui loquatur iusta et non audiatur, qui loquatur plena salutis et inpugnetur, ut possit dicere: cum loquebar illis, inpugnabant me gratis. gratis igitur persecutionem patitur qui 2 inpugnatur sine crimine, inpugnatur ut noxius, cum sit in tali confessione laudabilis, inpugnatur quasi ueneficus, quia in nomine domini gloriatur, cum pietas uirtutum omnium fundamentum sit. uere frustra inpugnatur, qui apud impios et infidos impietatis accersitur, cum fidei sit magister.

8. Uerum qui gratis inpugnatur fortis esse debet et constans. quomodo ergo subtexuit: et a uerbis tuis trepidauit cor meum? trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis; sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor sanctorum. timete dominum, sancti eius, et: beatus uir qui timet dominum. qua ratione 'beatus'? quia in mandatis eius cupiet nimis. pone ergo martyrem inter peri- 2 cula constitutum, cum inde inmanitas bestiarum ad incutiendum terrorem infremat, aliunde stridor candentium laminarum et flamma fornacis ardentis exaestuet, ex parte alia personent tractus grauium catenarum, hinc carnifex cruentus adsistat: pone, inquam, circumspectantem omnia plena suppliciis, deinde cogitantem mandata diuina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum,

9 Ps. 119, 7 17* Ps. 118, 161 19* Ps. 33, 10 20 Ps. 111, 1 21* Ps. 111, 1

*def. A* 2 uires *M* iures *Rm1* sibi iure *v* uendicant *Ma* iis *Gv* hiis *R* 4 qui iuste *O* 5 sustineant *Pm1* 6 nullum iustorum *O* thorum *Rm2a* 7 supplicia sustinere cogatur *O* subplicia *M* 8 iuste *MNRa* *alt.* qui *om. O* 12 beneficus *PR* quia] qui *a* 14 infidos] *add.* gratia *a* arcersitur *O* accersetur *Pm1Rm1* arcessitur *v* 16 uerum] *add.* is *Mv* his *O* debet esse *Oav* debit *Gm1* 20 dominum] *add.* omnes *a* 23 incutientium *GMP* 24 flammas *M* 25 exaestuat *Om1Pm1* 26 assistat cruentus *O* 27 subpliciis *M* supplicii *Ov*

illam poenae recrudescentis aerumnam, trepidare corde, ne, dum praesentibus cedit, perpetuis se dedat exitiis, perturbari animo, dum futuri iudicii romphaeam illam terribilem quadam conspectus specie
3 contuetur. nonne hanc trepidationem fiduciae uiri constantis aequabis? in eundem concurrit effectum confidentia cupientis aeterna et diuina trepidantis. sit tamen fortior ille qui sperat, sit fortior qui praesumit.

9. Utinam ego talis esse merear, ut, si forte persecutor ingruerit, non considerem suppliciorum meorum acerbitates, non metiar tormenta, non poenas, non cogitem ullius atrocitatem doloris, sed haec omnia leuia ducam, trepidem autem ne Christus me neget, ne Christus excludat, ne me repellat de concilio sacerdotum, si indignum eo collegio iudicauerit, uideat magis, licet permotum corporalium terrore poenarum, plus tamen trepidantem futura iudicia! etsi dixerit mihi: m o d i c a e f i d e i, q u a r e d u b i t a s t i?, porriget tamen dexteram et insurgentis fluctus saecularis huius mole turbatum fida mentis statione firmabit.

10. Sequitur uersus secundus: *exulto in uerbis tuis, sicut qui inuenit spolia multa.* bona ergo trepidatio a uerbis dei, si exultationem generat; qui enim trepidat a uerbis dei, postea exultat in dei uerbis. ergo qui habet in aula sua, corde uidelicet suo, uerba dei, excludit sermones principum a corde suo, excludit timor timorem. si enim quis ingressus balneas solis deponit aestus et calor excludit calorem, quanto magis diuini iudicii terror hunc terrorem excludit humanum, feruorem gratiae saecularis gratiae feruor aeternae!

3 cf. Gen. 3, 24  15 Matth. 14, 31  18*Ps. 118, 162

*def. A*  1 retrudescentis *O* retrudescentes *Pm1*  2 cedat *a*  dedat] debat *Rm1*  3 rumpheam *GMN* rhompheam *Ra*  specie] sui acie *v*  4 nonne] *add.* ad *a*  aequalis *PRTa*  5 cucurrit *O*  condentia *R*  6 tamen] tu *P*  8 tales et se *Gm1* talis et esse *P*  9 metiar] *s. scr.* uel metuam *P* mentiar *O*  11 leui *O*  autem] ante christum *a*  12 me excludat *M*  consilio *a*  13 eo] meo *MPm1Rm1*  collegio meo (me *a*) *NTa*  16 porrigit *MNPm1Rm1*  insurgentibus huius saeculi fluctibus *a*  huius saeculi fluctus *v*  17 firmauit *GMN*  18 Sequitur—secundus *om. a*  II *GP*, *om. O*  exulto] *add.* ego *v*  19 igitur *GOv*, *om. N*  21 in uerbis dei *Nav*  22 excludat *bis Pm1*  sermonem *O*  23 ingressus quis *av*  balnea *O*  estus deponit *O*

11. Exultat ergo qui habet uerbum dei; habet enim spolia multa
quae Iudaeis abstulit, habet prostrati hostis exuuias. sicut
Dauid abstulit Goliae gladium et ipsius gladio caput eius exsecuit,
sic uerus Dauid, humilis atque mansuetus dominus Iesus, intelle-
gibilis Goliae caput armis ipsius amputauit. arma enim diaboli gentes
erant, fide autem gentium uulneratus caput quod habebat amisit.
detracta sunt spolia prostrato, uasa eius direpta, quia alligatus est 2
fortis. uas diaboli caro erat hominis peccatoris; sed posteaquam
in Christum credidimus, caro nostra coepit esse uas electionis, ut
habes de apostolo Paulo, qui ad gentes missus est, dictum ad Ana-
niam a domino Iesu: *uade, quoniam uas electionis
mihi est.* merito ergo uocatum nomen est Christi *uelociter* 3
*spolia detrahe, cito diuide, quia, priusquam
sciat puer uocare patrem aut matrem, acci-
piet uirtutem Damasci et spolia Samariae
contra regem Assyriorum.* ergo rex Assyriorum, eorum
scilicet quos uanos perfidia fecerat, amisit spolia quae tenebat. et 4
ut iterum cognoscas, quia spolia Christus a diabolo, quae in Adam
ille inuaserat, uindicauit, et Sabain uiri excelsi ad dominum Iesum
alligati uinculis transierunt atque ipsum adorare coeperunt, quia
*captiuam duxit captiuitatem.* ideo caput eius abstu-
lit, ut ipse caput esset corporis interempti. merito nunc gentes toto
orbe caput regale circumferunt, quia membra sunt Christi.

12. Cognouisti de nationibus. cognosce etiam de Iudaeis, quibus dominus Iesus abstulit spolia, hoc est regnum caelorum abstulit et dedit genti facienti fructum eius. abstulit *uirtutem panis et uirtutem aquae, prophetam et admirabilem consiliarium et prudentem architectum et*

3 cf. I Reg. 17, 51 7 cf. Esai. 49, 25. Matth. 12, 29 11 *Act. 9, 15 12 *Esai. 8, 3—4 19 cf. Esai. 45, 14 21 Eph. 4, 8 25 cf. Matth. 21, 43 26 *Esai. 3, 1—3

3 ei *M* 4 humiles *Gm1* Iesus *om.O* 7 distracta *GNPm1RTa* sunt *om.GMm1* prostrato *exp. R* 10 a domino Iesu ad Ananiam *av* annaniam *Ga* 11 a domino] *pergit A* 13 diuide cito *aμ* diuide] praedare *O* 15 damaschi *ARm1* 17 uanos] *add.* sua *Nav* 18 ut *om.AGMNPm1R* uerum *Pm2* quia] quae *O* 19 inuaserat *om.NT* Sabain] saba dona adduxit *Tm2a* ad] a *AGNPm1RT* domino iesu *ANPm1RT* 20 illum ceperunt adorare *a* 23 conferunt *O* sunt christi menbra *O* 27 *alt.* et *om.O*

sapientem auditorem illis abstulit, nobis dedit; merito
2 exulto, sicut qui inuenit spolia multa. sine labore meo inueni spolia quae non habebam, inueni Heptateuchum, inueni Regnorum libros, inueni prophetarum scripturam, inueni Esdram, inueni Psalmos, inueni Prouerbia, inueni Ecclesiasten, inueni Cantica canticorum, inueni admirabilem consiliarium Christum, inueni Paulum prudentem architectum, inueni sapientem auditorem populum christianum, qui nouit ea quae leguntur audire; ille enim
3 audit, qui ea quae audit intellegit. lex spiritalis est; non illam audit Iudaeus qui audit corporaliter, sed ille audit qui audit in spiritu. habent illi libros, sed sensum librorum non habent; habent prophetas, sed non habent quem illi prophetauerunt. quomodo enim habent quem non receperunt? ideo cum Moyse et
4 Helia mihi apparuit, quia ab illis recessit. multa habet spolia qui habet dei uerbum; habet resurrectionem, habet iustitiam, uirtutem atque sapientiam, habet omnia, quia omnia in ipso constant. Hebraei spoliauerunt Aegyptios et uasa eorum abstulerunt; Iudaeorum spolia habet populus christianus et totum habemus, quod illi habere se nesciebant. illi aurum et argentum materiale abstulerunt, nos aurum mentis accepimus, nos adquisiuimus caelestis sermonis argentum.

13. Sequitur uersus tertius: *iniustitiam odio habui et abominatus sum, legem autem tuam dilexi.* merito odit iniustitiam qui habet arma iustitiae. Hebraeus cum haberet haec arma, hoc est legem et prophetas, abominabatur mortuum, quia lex dicit: omnis qui tetigerit mortuum inmundus erit, et humanitatis suprema negabat of-

2*Ps. 118, 162 9 Rom. 7, 14 13 cf. Ioh. 1, 11 cf. Matth. 17, 3 16 Col. 1, 17 17 cf. Ex. 12, 36 22*Ps. 118, 163 24 cf. Rom. 6, 13 26*Num. 19, 11

1 illi *AR* 3 eptaticum *codd.* heptaticum *a* 4 libros regnorum *O* scripta *GMNOav* hesdram *AGMOPR* 5 ecclesiastem *R* 10 eam *O* 12 quem] quae *Tm2* 13 ideoque *a* 15 uerbum dei *O* 16 qui *G* quae *O* *alt.* omnia *om. O* in ipso constant omnia *v* 19 se (*s.l.*) habere *O* 20 caelesti *AN* 22 Sequitur—tertius *om. Na* III *AGOP*, *om. M* 23 abonatus *A* 25 prophetas] *add.* membrum *APR* murem *Rmg. v* uel hominem *GMm1* murem uel hominem *Mm2NTa* abhominabatur *GMNOPTa* 27 subprema *AGMPR* summa *N* supprema *O*

ficia defunctis; sed legi non est mortuus nisi qui iniustus est. haec 2
est inmunditia iusti, quae iniquitas. quid enim inmundius quam
mentem, qua nihil homini pretiosius est datum, turpibus comma-
culare criminibus et atrocibus efferare commentis? quid illis prodest,
quod mortuum hominem uisere reformidant? utinam uita eorum non
pollueret adpropinquantem, quorum mors contaminare neminem
potest! mors nemini nocet; utinam uita non noceat! contagium 3
enim conluuionis consortium iniquitatis est. quomodo ergo conta-
minare potest qui iniquus esse iam non potest, cum, etiamsi fuit,
tamen esse desiuit? fuge ergo iniquitatem, ne te conprehendat, fuge
iniustitiam, quae uiuentes adhuc mortuos facit.

14. Sed nemo fugit iniquitatem nisi qui diligit aequitatem, et
ideo ait: legem autem tuam dilexi. in lege aequitas est,
si spiritalem accipias legem, si consurgas cum Christo et ibi altare
sacrosanctum illud caeleste consideres, non altare terrenum, quod
hostili populatione destructum est; si illam Hierusalem spectes
quae in caelo est, non istam quae a populo Iudaeorum frequentaba-
tur in terris, quae propter incolarum perfidiam a Romano exercitu
triumphata iniecto flagrauit incendio; si intuearis in illum prin-
cipem sacerdotum de quo scriptum est: habentes itaque
magnum sacerdotem egressum de caelis, Ie-
sum filium dei, teneamus confessionem fide-
lem, qui cotidie aduocatus pro nobis est apud patrem, ut, pro qui-
bus in diebus carnis suae misericordi est compassus affectu, pro his
operetur remissionem cotidie peccatorum. quae enim spes alia 2
generi humano, nisi omnium uiuentium delicta donentur? ille ergo
princeps solus est sacerdotum, cui adstant pii sacerdotes in caelesti-
um sacrarium illud altissimum merito proprii cruoris ingressi. illa

13 Ps. 118, 163 14 cf. Rom. 7, 14 cf. Col. 3, 1 16 cf. Gal. 4, 26
20*Hebr. 4, 14 23 cf. I Ioh. 2, 1

1 haec est] haec enim *a* 2 iustis *a*, *om.* *O* quid] quae *APRm1* 3 cum-
maculare *AGM* 5 formidant *Mm2NOPm2a* uitia *a* illorum *O* 6 pollu-
erent *a* 7 contagio *M* 8 ergo] enim *O* 11 qui *Mm1* 14 *pr.* si *om.* *P*
conresurgas *MT* resurgas *N* 16 depopulatione *MOv* si] sed *APm1R*
19 inlecto *Pm1* in *om.* *Ta* 21 egressum] *add.* ita *AGNPR* 23. 25 cottidie *O*
25 enim] nisi *M* est *O* 27 adsistunt *P* in] intra *a* 28 merito proprii] erit
obprobrii *AR*

ergo lex diligenda, in qua uerus Hebraeus liber ab omni seruitute uitiorum est, in qua magnum sabbatum et inoffensa requies defunctorum, in qua mortui populi semen resuscitatur non conmixtione, sed redemptione fraterna. secundum hanc ergo legem odio habet sanctus iniustitiam, non iniustum, qui potest saepe conuerti, nec mortuorum reliquias, sed mortuam iniquitatem exsecratur.

15. Sequitur uersus quartus: *septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiae tuae.* et numero quidem studium sanctae deuotionis exprimitur, sed puto magis quod purus et quietus ac uacuus ab omni onere delictorum declaretur affectus, ut sine ullo iracundae inprecationis aut flagitiosae cupiditatis incendio deferatur oratio, nihil quod alii noceat postulemus, 2 nihil quod nos saecularibus petitionibus decoloret. laudemus in hymnis et canticis, uera semper et iusta ea quae de diuinis canimus laudibus confitentes. non sit anceps et dubia sententia, non discolor mentis intentio, non materialibus negotiis occupata a propositi spiritalis exsecutione deflectat. iustificetur semper iustitia dei tranquillo animo, non otio feriato.

16. Sequitur uersus quintus: *pax multa diligentibus nomen tuum, et non est his scandalum.* supra diximus, quia caritas excludit timorem, nunc dicimus, quia excludit omnem perturbationem. etenim qui deum diligit, profunda est in eo confirmatae mentis tranquillitas. *aqua*, inquit, *multa excludere non poterit caritatem et flumina non inundabunt eam.* multa aqua diuersarum est passio-

2 cf. Ioh. 19, 31 7 Ps. 118, 164 19*Ps. 118, 165 20 cf. cap. 10 et p. 407, 21; 190, 10 21 cf. I Ioh. 4, 18 23*Cant. 8, 7

1 diligenda] *add.* est *a* 2 est *om. a* et] ex *M* 4 fraterna redemptione *a* hodio *AM* 6 exsegratur *Gm2*, *add.* et refugit *Oav* 7 Sequitur—quartus *MOv* IIII *cet.* 9 bonae *O* 10 honore *M* honere *Om1PR* 11 ullis *Mm2Ta* iracundiae *AGMNTa* inprecationibus *Mm2NTa* aut] ut *M* 12 oratio] *add.* et *a* alio *NPm1a* 13 decoleret *A* 14 ymnis *MNOR* de *om. OP* 15 conficientes *N* confidentes *R* 19 Sequitur—quintus *om. a* uersus *om. N* V *AGOPR*, *om. MN* 20 his] illis uel his *GM* illis *NOav* 21 dicimus] discimus *NT* 22 perturbationem] *add.* Nota expositionem istius uersiculi tutam (o *script. s.* u) superius descriptam *Mmg.*; *cf. adnot. ad p. 465, 25* 23 in eo *Ov* ei *a*, *om. cet.* aquae *Na* inquid *Pm1* multae *Na* 24 potuerunt *a* 25 inhabundabunt eum *Pm1*

num et flumina saecularium cupiditatum corporalibus motibus
incitata, quae tamen murum caritatis subuertere non possunt. ideo- 2
que caritate fundatus dicit: t o r r e n t e m  p e r t r a n s i u i t
a n i m a  n o s t r a. numquid aqua maris excludere Moysi potuit
caritatem? ut et secundum litteram tibi psalmorum series suffragetur, nempe diligens deum tutum sibi credidit iter esse per maria; qui autem non dilexerunt deum, hi demersi fluctibus dignum sacri-
legiis suis exitum pertulerunt. Helias atque Helisaeus Iordanen 3
transmiserant pede; et haec fuit nimiae merces et gratia caritatis. hi igitur ut transirent aquas fluuii Iordanis, passionum fluenta nostrarum mentis prius uestigio transierunt. de hac aqua dicit dominus: s i  t r a n s e a s  p e r  a q u a m,  t e c u m  s u m,  e t  f l u m i n a  n o n  i n u n d a b u n t  t e. adest iustis suis semper, cum aliquibus teruntur aduersis, si tamen transeant mente constanti, non dubitanti, non fidei turbentur incerto.

17. Transi ergo et tu fidelis animi dilectione. si diuinam uis tibi adesse praesentiam, non solum pax, sed etiam multa pax sit in animo tuo, nulla te proelia diuersae cupiditatis inpugnent, non iracundia stimulet, non libido et, si est pugna, tamen foris, non intus sit. proeliare aduersus persequentes, licet et ipsis silentio saepe ceden-
dum sit, quia tibi uincunt. illorum potentia tua est uictoria; tunc 2
denique triumphantur, cum se uicisse crediderint. non ergo te inpugnet auaritia, non cupiditas exagitet, non tristitia deiciat, non inflammet libido, non resupinet superbia, non curuet ambitio, non formido consternat. pax multa abundet, quae superat omnem mentem secun-
dum apostoli sententiam, quo nihil pulchrius dici potuit. summus 3

3 Ps. 123, 5 8 cf. IV Reg. 2, 8 12 *Esai. 43, 2 19 cf. II Cor. 7, 5 25 cf. Phil. 4, 7

2 quae—possunt *om. AGNPTa* 4 moysis *M (v)* 5 et ut *av* tibi *om. T* 6 diliges *O* dominum *O* tutum] suum *ANm2* totum *GMm1* tuum *Nm1OR* ita *M* 7 hii *MOR* dimersi *MRm1* 8 exercitum *O* iordanen *sic NPR* 9 transmiserunt *Pv* transierant *OTm2a* mercis *AMR* 10 hii *R* nostrarum fluenta *P* 12 suum *Rm1* 13 inhabundabunt *Pm1* suis iustis *v* 15 non] ne *O* 16 dilectione *scripsi* directione *codd. av* 17 non *O* si non *est. alt.* pax *om. NTa* 18 tuo] *add.* dilectio *a* 20 sepe silentio credendum *O* 21 quia] qui iam *M* uictoria est *av* 22 crediderunt *M* 25 consternat] *cf.* timor deicit *Explan. ps. 61, 19* abundet] *add.* tibi *AOv* superet *GMN* speret *O* exsuperat *av*

enim sapientiae finis est, ut simus mente tranquilla, non commenticiis poetarum fabulis lubricus turbetur affectus. summus finis iustitiae est, ut iniquitas mentem iusti mouere non possit, uirtutis totius hic finis et corporeae ipsius fortitudinis, ut confecto bello pacem reformet. paci ergo et ipsa plerumque militat fortitudo bellandi; nemo ergo pacificum turbet affectum.

18. Multa generantur ad perturbationem hominis: et uxor ple-
rumque decepta serpentis insidiis animum uiri exagitare conatur et
pater fidem filii frequenter inridet et uir suae coniugis mentem tem-
ptat obprobriis. sed in his omnibus superat iustus et dicit: quis
nos separabit a caritate Christi? tribulatio
2 an angustia an persecutio? quotiens benefacta cri-
mini dantur, quotiens uirtus obprobrio ducitur, quotiens ipsa ingrata
est gratia! uendidit iustus facultates suas, dispensauit pauperibus,
nihil sibi reliquit: contemnitur plerumque in ipsa ecclesia, quia diues
esse desiuit, sicut scriptum est: si dederit uir omnes
facultates suas in caritate, contemptu con-
3 temptus erit. non ergo moueatur; non enim mercedem huius
saeculi nec gratiam, sed uitae quaesiuit aeternae. non indignetur,
quia homines pecuniis magis quam operibus bonis deferunt. nam si
ei propter bonum opus in hoc saeculo deferatur et huius studii fruc-
tum hic adipiscatur, dicitur de eo: percepit mercedem
suam. habet quidem opus bonum et hic gratiam, sed breuis portio
emerendae salutis est. serua futuris mercedem tuam et istius sae-
4 culi obprobria incrementa mercedis tuae iudica. cogita semper
apostolicum illud, quod indignae sint passiones hui-
us temporis ad superuenturam gloriam. nul-

10 Rom. 8, 35 16*Cant. 8, 7 22*Matth. 6, 2 26*Rom. 8, 18

1 commentis *Mm1NT*, *add.* uel *T* 2 est iustitiae *Aav* 3 est *om.N* 4 et] ut *GM* est ut *a* corporea ea *G* corporea *Ma* corpore et *Pm1* ut] et *MPRTm1* efficiat miles bella et *Tm2a* confectu *GM* 5 bellando *Gm1* 8 exagitari *AGMNPm1Rm1* 9 fidem *om.NT* fili *Nm1Rm1* filium *T* coniugis suae *av* 10 iustus] intus *O* 12 *alt.* an] aut *NP* quotiens] *add.* ipsa *v* benefactia *G* 13 uirtus—quotiens *om.P* 15 reliquid *MRm1* 16 desiit *O* 17 caritatis *Pm2Rm2* contemptu *om.O* 20 deferuntur *a* 24 emercendae *Om1* 25 tuae mercedis *O* indicia *Om1Pm1Rm1* cogitans *O* 26 apostolicum *om.O*

lis ergo iustus frangatur iniuriis, nullis moueatur periculis, nullis temptetur procellis, siue mors ingruat siue uita siue angeli caelorum. neque deiciatur aduersis neque extollatur secundis, nusquam sit eius infirmus affectus. et mors temptat et uita temptat; caue scandalum.

19. Qui pacem habet, quae omnem mentem superat, magnus est, non est de pusillis istis. ideo scandalum pati non debet, quia pusillorum est exagitari scandalo. unde et dominus ait: *quicumque scandalizauerit unum de pusillis istis minimis*. non solum pusillos, sed etiam minimos dixit quos perturbant scandala, et ideo graui obnoxius poenae est, ut legisti, quicumque turbauerit infirmae mentis infantiam. sicut enim grauiore 2
dignus supplicio est, qui persuaserit crimen infantulo et incautam praecipitarit aetatem, ita, qui inualidum et insipientem et inprouidum circumscripserit persuasione erroris aut exagitatione cordis affectum. uis scire quam infirmus sit qui scandalizatur? *non manducabo*, inquit, *carnem, ne fratrem scandalizem*. quanta infirmitas et quaedam infantia animi, ut eum etiam esca fratris exagitet! unde non potest homini esse praecipitium, quando etiam hinc periculum est?

20. Et quod peius est, infirmitas huiusmodi serpit in multos. uides inopem iustum, temptaris; uides diuitem iniquum, temptaris; uides sine liberis sanctum, temptaris; uides liberis honoribus laudibus saecularibus abundantem iniustum, temptaris. quantae foueae, quanti laquei et, quod est grauius, qui plurimos strangulent! in Sodomitana urbe uix unus Loth qui non temptaretur inuentus est, cuius tamen etiam uxor non potuit laqueos temptationis euadere. Hebrae- 2
orum populus maria transiuit, sed non potuit temptamenta trans-

2 cf. Rom. 8, 38 5 cf. Phil. 4, 7 7*Matth. 18, 6 15 I Cor. 8, 13

3 *alt.* nec *a* numquam *O* 4 affectus infirmus *O* aspectus *AR* cauet *AMm2P* caueat *Na* 5 mentem *om.M* 6 scandalum—*p. 488, 6* fide moribus *desunt in A* 10 noxius *NT* pena *MR* qui cum (*om.* que) *O* 11 grauiori *NORm2av* 12 praerogauerit *T* incaustam *Gm1MR* incautum *Pm1* 13 praecipitaret *GMNRm1* praecipitauerit *O* insipientis *GMm1Pm1Rm1* 14 persuasionem *GRm1* 15 sit] est *O* 16 fratrem] *add.* meum *Oav* 17 et] est *Pm1* 19 huic *O* est periculum *av* est *om.MN* 24 multos *a* transgulat (*sic*)*O* 25 orbe *Mm1Rm1* Lot *v* 26 etiam *om.Nav* temptationis laqueos *GNav*

ire. temptati omnes praeter Iesum et Caleph, qui ideo de senioribus terram repromissionis introire meruerunt, quia fuerunt temptationis expertes. nec Aaron introiuit nec Maria, quia et ipsi temptati sunt, nec Moyses introiuit, quia dux erat populi qui temptabatur. typus legis, quae excludere temptamenta non poterat, non poterat in terram resurrectionis inducere, quia ista euangelio gratia debeba-
3 tur. lex pacem non potuit dare; ideo Moyses, quoad uixit, proeliatus semper est; semper legis populus in ancipiti bellorum est. Iesus autem Naue plebis animos profunda pace composuit, quoniam, qui sub lege est, agitatur incertis, qui sub euangelio, audit dicentem: p a c e m r e l i n q u o u o b i s, p a c e m m e a m d o u o b i s, ideoque diligentibus non est scandalum.

21. Accipe aliter: crux domini Iudaeis scandalum, Graecis stultitia est. scandalum est perfido, quia dicit Iudaeus: 'ergo hic deus est qui homo uisus est, hic deus est qui ieiunauit, hic deus est qui uapulauit, hic deus est qui crucifixus est, qui de cruce descendere et se liberare non potuit?' denique hoc dicebant tempore dominicae passionis: d e s c e n d a t d e c r u c e e t c r e d i m u s e i. c o n f i d i t i n d e o, l i b e r e t n u n c e u m, s i u u l t e u m.
2 non te ista temptent, non te ista perturbent, non in animum tuum huiusmodi se inserant cogitationes. ubi pax est et multa pax, ibi crux Christi non obprobrio, sed saluti est. non fuit obprobrio Petro crux domini. quae tantum ei gloriae dedit, ut inuersis Christum honoraret uestigiis, metuens ne, si ea specie crucifixus esset qua
3 dominus, affectasse domini gloriam uideretur. crux ergo obprobrium perfido, fideli autem gratia, fideli redemptio, fideli resurrectio est, quia pro nobis passus est dominus, quia illo nos redemit sanguine,

1 cf. Num. 14, 30.32, 12 3 cf. Num. 20, 1.28 4 cf. Deut. 34, 4 11 Ioh. 14, 27 12 cf. Ps. 118, 165 13 cf. I Cor. 1, 23 18*Matth. 27, 42—43 23 cf. Act. apost. apocr. ed. Lipsius I 94

*def. A* 1 temptati] *add.* sunt *av* hiesum *R* caleth *O* Caleb *v* 3 aron *GM* 4 dixerat *GMm1* 5 quae] qui *MNTa* in terram repromissionis non poterat *O* 6 ista] *add.* in *a* dedebatur *Rm1* 7 quo aduxit *G* quoad duxit *Pm1* semper proeliatus *Nav* proeliabatur semper *O* 8 populus] *add.* uersatus *Ts.l.a* hiesus *GMPR* 10 agitur *O* incestis *Mm1* 13 domini] christi *a* 16 crucifixus est] *add.* hic deus est *MOv* 17 dominicae *om O* 19 confidet *Pm1Rm1* eum nunc *O* *pr.* eum *om.a* *alt.* eum *om.NOPRv*, *cf. Explan. ps. 61, cap. 15* 21 ingerant *v* est *om.v* 22 *pr.* non] *add.* in *a* 23 domini] Christi *Oav* qui *OR* 24 ne si] si *ex* nisi *M* 26 resurrexcio *M*

illa ad paradisum resurrectione reuocauit. qui haec credit, quomodo turbari potest, cui spes regni caelestis adsurgit?

22. Sequitur uersus sextus: *expectabam salutare tuum, domine, et praecepta tua feci.* qui expectat sperat. caritatem ergo spes praecedit, sequitur salus. spes igitur praecurrit effectum. ideo qui expectauit salutem a domino, praecepta domini fecit. unde et dominus amicos appellat in euangelio, non seruos, qui sua praecepta fecerunt. qui diligit enim facit et qui fecerit merito dilectionis remuneratione donatur.

23. Sequitur uersus septimus: *custodiuit anima mea testimonia tua et dilexit illa nimis.* plus esse diligere quam custodire et supra diximus, quia custodire interdum necessitatis est uel timoris, diligere caritatis. ideo hic cum dixisset 'custodiui', adiecit 'dilexi', ut custodia amantis fuerit, non timentis. qui nimium diligit, nimium custodit.

24. Sequitur uersus octauus: *seruaui praecepta tua et testimonia tua, quoniam omnes uiae meae in conspectu tuo, domine.* beatus qui potest dicere: *omnes uiae meae ante te*, qui nolit abscondere omnes cogitationes suas, omnes actus suos. abscondebat Adam uiam suam, abscondebat Eua post culpam, abscondebat Cain necem fratris. in affectu habemus abscondere, non in effectu. plena abscondentis perfidia, etsi apud deum nulla sit latebra. ideo ecclesia in Canticis sua 2 ei secreta monstrabat dicens: *adsumam te et ducam te in domum matris meae, in secretum eius quae concepit me.* nam etsi deus omnia uideat cordis occulta, bonum tamen est ut unusquisque animam suam ei aperiat et expandat et

3*Ps. 118, 166 7 cf. Ioh. 15, 15 10*Ps. 118, 167 11 p. 472, 8 sqq. 16*Ps. 118, 168 18*Ps. 118, 168 24*Cant. 8, 2

*def. A*

1 paradysum *GMPR* uocauit *O* 2 potest turbari *av* caelestis regni *O* 3 Sequitur—sextus *om. a* uersus *om. N* VI *GOPR, om. MN* 5 sequatur *O* 7 et] ex *M* appellat amicos *Nav* 10 Sequitur—septimus *om. Ma* Sequitur uersus *om. GN* VII *GNOPR* 11 dilexi *PR* illam *Pm1* ea *MNav* est *GMOav* 12 et] ut *NPm1a* interdum *om. O* 13 cum hic *av* 16 Sequitur—octauus *om. a* uersus *om. N* VIII *GNOPR, om. M* 17 quia *MNa* omnis *GRm1* 18 in conspectu tuo] coram te *O* ante te *v* 20 abscondebat Adam—21 culpam *om. M* 21 culpam] *add.* suam *O* 23 aput *Pm1* 24 inducam *Ov* *alt.* te *om. O* 25 meae] *add.* et *Oav* 27 est *om. O*

tamquam lumini uel calori eius occurrat. nec inmerito gloriatur ecclesia dicens: ego eram in oculis eius tamquam inueniens pacem, quoniam uias suas prodere non timebat.
3 iusti ergo est ista uox; oculi enim domini super iustos. itaque domino Iesu Christo, qui est uia et ueritas, bene hoc dicitur ab his qui illam ueram uiam fide moribus actuque desiderant inuenire: omnes uiae meae coram te, domine. nulla enim potest uia bona esse nisi quam tu inluminandam tui uisitatione luminis iudicaueris, cui est honor, gloria, laus, perpetuitas a saeculis et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum. amen.

## XXII.
## LITTERA TAU.

1. Incipit 'Tau' littera, quae Latina interpretatione significat 'errauit'; alia interpretatio habet 'consummauit'. quid est 'errauit'? uicesima et secunda littera est quae est apud Hebraeos ultima. psalmo autem isto, hoc est centesimo octauo decimo profectum hominis diximus significari, qui doctrinae moralis magisteriis eruditus deponeret omnem inexercitatae mentis infantiam, adsumeret autem ueterani consilii scientiam et prudentiae senilis aetatem. ubi autem
2 error est, culpa signatur. hic ergo est profectus, finis ut culpae sit. sed quid est quod interpretetur? 'errauit', inquit; non 'errat', sed 'errauit'. errasse praeteriti est temporis, errare praesentis; qui errauit desiuit errare et ueterem condemnat errorem. de eo enim dicitur 'errauit', qui in errore iam non sit. nam is, qui adhuc in errore per-

2*Cant. 8,10 4 Ps. 33, 16 5 cf. Ioh. 14, 6 7*Ps. 118, 168 16 cf. Prologus cap. 1

1 ecclesia gloriatur *O* 3 quia *O* suas] ei *O* 6 iis *v* actuque] *pergit A* inuenire *scripsi* conuenire *codd. av* 8 bonam *Am1* esse bona *v* inluminandum *AMm1Rm1* 9 iudicaris *O* gloria] *add.* et *Ra* a] in *P* 10 in] per *T*, *om.GMNPm1Rm1* *nulla subscriptio in codd.* 13 Incipit *om.M* Incipit littera *om.N* thau *GMP* AV *N* littera Tau (thau *O*) *Ov* significant *Gm1* 14 quid—15 secunda] thau *O* 15 et *om.Nav* *pr.* est] XXII est *O* quae] qua *G* *alt.* est *om.NPm1*, *post* Hebraeos *tr. av* psalmus—iste *APm1R* 16 CXVIII *AGOPR* 18 deponere *A* deponerem *R* 20 terror *R* culpae *AO* culpa *cet. a* etiam culpae *v* 21 quid est] uide *Oav* quod] quid *AOPRav* interpretatur *T* inquid *Pm1* 24 *pr.* in] *add-* eo *a* his *Gm1Mm1Pm1Rm1* in errore adhuc permanet *O* permanet *a*

maneat, non errasse dicitur, sed errare; errare enim permanentis in
uitio est, errasse corrigentis est lapsum.

2. Denique emendator morum ait: *eramus enim ali-
quando insipientes, increduli, errantes in
desideriis et uoluptatibus.* non dixisset utique: *era-
mus aliquando insipientes,* nisi qui adeptus esset postea
sapientiae disciplinam, neque dixisset: *eramus errantes,*
nisi superiorem deposuisset errorem. denique ut abolitum lapsum 2
doceret nec ullum offensionis resedisse uestigium, ait: *cum au-
tem benignitas et humanitas apparuit sal-
uatoris nostri, non ex operibus iustitiae
quae fecimus nos, sed secundum suam miseri-
cordiam saluos nos fecit per lauacrum rege-
nerationis et renouationis spiritus sancti.*
ueteri igitur errore deposito et spiritu sancto atque omni morum
emendatione renouatus dicit: *eramus enim aliquando
errantes.* uides ergo, quia errori renuntiasse non uitii, sed
profectus est.

3. Postremo ipse te doceat dominus Iesus, si humanis consiliis
uel sententiis non putas esse credendum. namque in euangelio suo
ipse adseruit, quod pastor reliquit nonaginta et nouem oues et unam
requirit quae errauit. centesima ouis est quam dicit errasse; perfec-
tio et plenitudo numeri ipsa te instruat et informet. non inmerito 2
ceteris antefertur, quia plus est a uitio se reuocasse quam prope uitia
ipsa nescisse. inbutos enim uitiis animos exuere frenis cupiditatum
atque emendasse non solum perfectae uirtutis, sed etiam caelestis
est gratiae. emendare etenim futura attentionis humanae est,
praeterita donare diuinae est potestatis. denique inuentam pastor
ouem umeris inponit suis. agnoscis utique mysterium, quomodo 3

3. 16 *Tit. 3, 3 9 *Tit. 3, 4—5 21 cf. Luc. 15, 4 28 cf. Luc. 15, 5

2 lapsus *a* 4 in *om. O* 6 qui *om. Gm1, exp. R* 8 nisi] qui *Aμ* nisi qui *Ob* adolitum *Rm1* 11 nostri] *add.* dei *Ov* 14 renouatione *AGMm1 Pm2Rm1* renouationem *NT* renouationi *Pm1* 15 ergo *a* 16 renouatos *AGMm1Pm1Rm1* 17 renuntiantes *Gm1Mm1* non uitii sed] et uiciis *O* 21 reliquid *GMPm1Rm1, fort.* relinquit (καταλείπει) 22 requisit *Rm1* erra-rit *Nμ* errauerit *b* 27 humana *Mm1* 28 damnare *v* 29 humeris *codd. praeter Rm1, av* inposuit *PR(v)*

ouis lassa reficiatur, quia non potest aliter humana condicio lassa recreari nisi sacramento dominicae passionis et sanguinis Iesu Christi, cuius principium super humeros eius; in illa enim cruce infirmitates nostras portauit, ut ibi omnium peccata uacuaret. merito gaudent angeli, quia is qui errauit iam non errat, iam suum est oblitus errorem.

4. Non error igitur, sed consummatio est, ut altera docet interpretatio; consummatio autem perfectio disciplinae est. unde et Hieremias in suis Threnis sub hac littera ait: defecit iniquitas tua, filia Sion, non adiciet te expellere adhuc. uisitauit iniquitates tuas, filia Edom,
2 reuelauit super peccata tua. aduertis, quoniam iniquitas non potuit sine dei uisitatione deficere nec plena esse correctio nisi per gratiam domini saluatoris? quomodo autem deficiat iniquitas, audi dicentem ecclesiam: exui tunicam meam, quomodo induam eam? laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? ueteris igitur hominis uestimentum uitiis erroris intextum in lauacri regeneratione depositum nescit quomodo possit induere; studio enim correctionis inoleuerat obliuio
3 peccatorum. tanta uis consummatae emendationis est, ut in quandam redeat pueritiae spiritalis aetatem, quae uias erroris ignoret, crimen, etiamsi uelit, non possit admittere, quia desueuerit usum nosse peccandi. et iam de huius litterae interpretatione satis dictum arbitror. nunc cognoscamus ex subditis, quae sit uiri consummati sententia.

5. Itaque sic ait: *adpropinquet oratio mea in conspectu tuo, domine; secundum uerbum tuum*

3*Esai. 9, 6 4 cf. Esai. 53, 4. Matth. 8, 17 5 cf. Luc. 15, 7 9*Thren. 4, 22 15*Cant. 5, 3 18 cf. Tit. 3, 5 26*Ps. 118, 169

1 conditio *codd. av* 3 principatus *Aav* principatum *O, cf. Explan. ps. 36, 52* 5 uacaret *ARm1* uacarent *Rm2* his *AGMm1PRm1* errat] errauit *ARm1* errabit *Rm2* 10 syon *OPa* adiiciat *a* 11 iniquitas *AR* tua *A* 13 dei *om. O* 15 audi dicentem] audientem *GMm1Rm1* 18 ut textum *O* 20 tota *AGNPm1RT* quadam *AR* 21 pueritiae redeat *av* qua *Pm1* 22 uellit *Gm1Mm1Pm1Rm1* desuerit *Am1* desierit *O* desueuirit *Pm1* peccandi usum nosse *a* 23 de *om. M* 24 subdictis *O* 26 ait] *add.* I *AGPR* adpropinquit *G* 27 tuum *om. GMN*

*intellectum tribue mihi.* uolare facit orationem bona
uita et dat alas precibus spiritales, quibus sanctorum ad deum
euehatur oratio. sed et spiritus quo oramus subleuat precem iusti,
maxime si corde contrito compatiens eam commendet affectus. con-
summati autem uiri ista est confidentia. denique ipse Dauid in su-
perioribus istius psalmi lucernam suis pedibus requirebat, ne in hoc
itinere terreno ambulans posset errare. nunc autem quasi iam in 2
fine positus et processu consummato uiandi munere totus adsurgit
et orationem suam dirigit in caelestia, mittit eam in conspectu domini
saluatoris dans illi flabra iustitiae, sapientiae flamina, remigia
deuotionis et fidei, innocentiae puritatisque subsidia; peccato enim
grauescit oratio et longe a deo fit. tanto autem plus grauatur,
quanto inprobior uita est deprecantis. innocentium autem ascendit
oratio et gemitus conpatientis affectus, si Aegyptium lutum oderint
et operari terrena declinent. denique sic legisti, quod Hebraeorum, 3
qui dura Aegyptiorum imperia ferre non poterant et ut grauia, ita
et lutulenta opera indigna sui nobilitate generis recusabant, gemitus
et uox ascenderit ad dominum deum nostrum. ascendit enim oratio,
quia, etsi operabantur, tamen operabantur inuiti. descendebat itaque
ad illos dei misericordia, quia illorum ad deum ascendebat deuotio.

6. Ascendebat itaque non corporaliter; neque enim propheta
tantus precationem suam petebat corporaliter adpropinquare. nam
qui ita putat, utique is deum certo aliquo loco ac sede concludit, ut
diffusiorem locum in quo deus sit arbitretur, cum utique inuisibilis
ineffabilis inconprehensibilis impleat omnia et diuinitatis in eo ha-
bitet plenitudo. legi Moysen adpropinquasse deo, cum legem acce- 2

5 cf. Ps. 118, 105 15 cf. Ex. 2, 23—25 25 cf. Eph. 4, 10. Col. 1, 19
26 cf. Ex. 24, 18

1 mihi tribue intellectum *v* fecit *Om1* 2 ad deum sanctorum *O*
3 et *om. A* ableuat *M* 4 commendit *M* commendat *N* 5 ipse dauid *post*
psalmi *tr. O* 7 possit *AGMOPRm1* 8 et processu positus *v* consummatio
*Am1G* 9 diriget *GM* conspectum *Nv, cf. p. 492, 18 sqq.* 10 illis *GM* 11 puri-
*def. A* tasque *Rm1* peccato—*p. 494, 20* postea quaeris *desunt in A* 12 fit a
deo *Nav* 13 impior *N* inprobabilior *ex* inprobilior *ORm2, v* uite *M* est
uita *Nav* autem *om. Ta* 17 luculenta *O* 18 ascenderit] ascenderat *NT*
ascendit] ascendet *Pm1* 22 predicationem *Pm1R* petebat] *add.* deo *Mv*
23 certo] *add.* in *OPRv* 24 diffusionem *O* 26 legis *O* acciperet *Ov*

perit; sed solita Dauid uerecundia non semet ipsum, sed orationem suam deo adpropinquare postulat, ut uideatur ordo quidam esse distinctus, quo hi qui perfectiores sunt ipsi adpropinquent deo, sequentis autem ordinis iusti uiri satis habeant, si eorum adpropinquet oratio.

7. Ex usu autem sermonis nostri consideremus quid sit adpropinquare. constitue magistrum atque discipulum. si discipulus studiosius magistri uel hausit ingenium uel praecepto intendit, ita ut ad similitudinem operis eius atque doctrinae proxime uideatur
2 accedere, nonne dicere solemus, quod adpropinquauit magistro? ergo et tu, si imitatorem te praebeas Christi, sicut ille qui ait: imitatores mei estote sicut et ego Christi, si dolum nescias, mendacium oderis, ueritatem sequaris, iustitiam non refugias, diligas castimoniam, adpropinquasti Christo et per Christum deo. ipse est uia qua peruenitur ad patrem, qui apud patrem semper est.

8. Didicimus quid sit adpropinquare orationem, hoc est 'eleuetur actibus nostris'. si eleuas actus tuos, eleuasti orationem tuam. qui nouit leuare manus suas, dirigit orationem suam in conspectu dei, sicut infra legisti: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. haec utique oratio ad uitam, alia oratio in peccatum: et oratio eius fiat in peccatum. et tu si saecularia petas, si flagitiosa postules, oratio tua non ad deum dirigitur, sed in peccatum, ideoque intellege quae petas.

9. Secundum, inquit, uerbum tuum intellectum tribue mihi. aduerte quid postulet. non 'intellectum' generaliter dixit, sed 'intellectum secundum uerbum dei'; est enim

11 I Cor. 4, 16 19 Ps. 140, 2 22 Ps. 108, 7 26 *Ps. 118, 169

*def. A* 1 orationi *Pm1* suam orationem *O* 3 quo] quod *Mm2Nav* hii *GMPRm2* ii *v* adpropinquant *Rm1* 4 sequens *R* habent *O* adpropinquit *M* 6 nostri sermonis *av* quit *GM* 8 *pr.* uel *om.O* haurit *O* 9 ad *om.NR* similitudini *N* 11 inmitatorem *P* sicut] *add.* et *a* 12 ergo *Mm1* 15 est enim *O* enim est *v* uia est *a* 17 tuos] nostros *Gm1* 18 eleuare *GOv* (*non a*) dirigat *P* 22 et—23 peccatum *om.P* et] ut *Rm2* oratio] *add.* inquit *a* 23 fiet *GM* 25 intellegere *Rm1* 26 uerbum *om.O* mihi tribue (tribue mihi *N*) intellectum *Nav* 28 dixit *om.R*

intellectus ad mortem, sicut est prudentia ad interitum: filii huius saeculi prudentiores sunt quam filii lucis in hac generatione. sed prudentia ista quae saeculi 4 est ad uitam non suffragatur aeternam. circa honorem, circa lucella est, quaestibus coaceruandis intenta, non meritis conparandis. postremo circa elementa mundi est falerata magis quam uera sapientia, ut est philosophia omnis, quae aliena quaerit, cum sua nesciat, scrutatur caeli plagas, mundi spatia rimatur quae sibi prodesse nihil possunt, deum ignorat quem solum deberet inquirere.

10. Ideo uerus sapiens dicit: si quis uidetur sapiens esse inter uos in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens; sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. elaborandum est igitur, ut in hoc saeculo stulti simus, nihil nobis ⟨sit⟩ cum philosophia, ne quis fidem nostram per elementa mundi huius transducat a uero, ne quis adsertionem nostram per philosophiam depraedetur. sic enim Arrianos 2 in perfidiam ruisse cognouimus, dum Christi generationem putant usu huius saeculi colligendam. reliquerunt apostolum, secuntur Aristotelem. reliquerunt sapientiam quae apud deum est, elegerunt disputationis tendiculas et aucupia uerborum secundum dialecticae disciplinam, cum clamet apostolus: ne quis uos depraedetur per philosophiam et inanem seductionem secundum traditiones hominum, secundum elementa huius mundi et non secundum Christum.

11. Utinam possim imitari illam stultitiam qua sim sapiens, illum uirum habentem amplas possessiones, sed neglegentem

1 *Luc. 16, 8    10 *I Cor. 3, 18—19    20 cf. Cic. Caec. 23, 65    21 *Col. 2, 8

*def. A*    2 quam filii] filiis *Rm2*    4 honores *Ov*    lucellam *M* lucra *Nm2*    5 coacerbandis *GMm1O*    6 elementis *GMm1Pm1R*    mundi elementa *O*    phalerata *av*    7 est *om. O*    8 nil *P* non *a*    9 inquirere *om. R*    10 uerum *R*    13 et laborandum *P* laborandum *R*    ut *om. R*, *post* saeculo *tr. O*    14 sit *addidi*    ne quis] neque *Pm1Rm1* ne *GMNTa*    15 elamenta *GMm1*    traducat *av*    17 Christi] *add.* in *R*    generatione *GM*    18 sequuntur *GMRav*    aristotilem *O*    19 eligerunt *GMm1Pm1Rm1*    disputationes *Mm1Pm1*    20 secundum] cum *GMPR*, *om. O*    dialectica *GM* dialeticae *O*    21 disciplina *GMPm2Rm2*    clamaret *a*    22 inanen *R*    23 traditionem *Ov*    26 possit *Mm1*    sapiens] sapientiam *Mm1*    27 sed] *add.* non *Tm2a*

fructuum, intentum deo illum uirum, qui honores etiam delatos sibi
respuat, doctrinam philosophiae non requirat, etiamsi ante cognouit,
tamen scire dissimulet et non requirendo dediscat, non quaerat quae
2 sua sunt, sed aliis sua conferat, sibi adquirat aeterna! hic potest di-
cere: secundum uerbum tuum intellectum tribue mihi, id est non secundum philosophos, non secundum causidicos, non secundum mercatores huius saeculi, non secundum architectos domorum, sed secundum tuum uerbum quod est uerae sapientiae bonorumque operum fundamentum, ut super illud constituat propheta aurum cordis sui, argentum sermonis sui, lapides pretiosos operationum suarum, ut opus suum labi et perire non possit.

12. Sequitur uersus secundus: *intret postulatio mea coram te; secundum uerbum tuum libera me.* uide ordinem. primum dixit: adpropinquet oratio mea, postea intellectum poposcit: secundum uerbum, tertio ait: intret postulatio mea coram te. nonne
quodam dominus nos inuitat usu et suscipere dignatur affectu?
2 nonne, cum aliquem de primariis uiris desideras conuenire, primo
ad eius domum adpropinquas, postea quaeris informari atque instrui, ut cognoscas mentem patris familias, deinde ut eius domum ingrediaris inploras, ne quis te abiciat et excludat? pulsa ergo et tu regiam illam caelestem, pulsa non manu corporis, sed quadam orationis
tuae dextera. non sola manus corporis pulsat, pulsat et uox; scriptum
3 est enim: uox fratris mei pulsat ad ianuam. pul-
samus et digito; denique et Thomas digito meruit ianuam resurrectionis aperire. et tibi dicit Iesus: infer digitum tuum huc et mitte in manus meas et latus meum, et

3 cf. I Cor. 13, 5 5.15 *Ps. 118, 169 10 cf. I Cor. 3, 12 13.17 *Ps. 118, 170 25 *Cant. 5, 2 27 *Ioh. 20, 27

*def. A* 1 fructum *NPTaμ* 2 doctrinae *Rm2* philosophiam *R* 3 simulat *Rm1* et *om.MNOv* num quaerat *Rm1* 4 potuit *M* 5 mihi tribue intellectum *v* 7 causedicos *GRm1* 8 uerbum tuum *Nav* uere *MNT* 9 fundamentum *om.R* 13 Sequitur—secundus *om.a* uersus *om.N* II *GP*, *om.MN* 16 uerbum] *add.* tuum *Mm2Na* 18 nos] non *GMm1NPm1Rm1*, *om.a* suscepere *Rm1* affectus *NTa* 19 primum *MNav* 20 informari] *pergit A* 21 eius *om.O* 23 rationis *NTa* 26 denique et *om.O* 28 in *om.Oav* meas et] tuas in *Oav*

noli esse incredulus, sed fidelis. pulsa ergo digito, si non potes tota manu. pulsa ianuam; Christus est ianua, qui ait: per me si quis introierit saluabitur.

13. Cum hanc igitur ianuam pulsaueris, uide quomodo ingrediaris, ne forte iam ingressus extra conspectum regis sis. multi ingrediuntur palatia et non statim regem istum terrae uident, sed frequenter obseruant, ut aliquando uidere mereantur. nec praesumunt uidendi copiam, sed iussi repraesentantur et precem fundunt, ut cum beniuolentia suscipiantur, primus sui sermonis ingressus ne quid titubet, ne quid offendat. quanto magis rogandus est deus, ut ostium misericordiae suae nostra ingrediatur oratio! denique et Paulus rogat, ut aperiatur sibi ostium uerbi ad loquendum mysterium Christi.

14. Sed quia Graecus habet: *εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου*, hoc est 'dignitas mea', licet potuerit et scriptor errare et fuerit ἀξίωσις, hoc est 'deprecatio', tamen hoc quoque explanemus, ut possumus. nempe cum hominem rogas regem, dicis ut contemplationem habeat honoris tui, tangat eum tuae contemplatio dignitatis, ut aut misereatur, si uenia postulanda est, aut deferat pro ordine dignitatis. et quid dicam? rogans sic unusquisque ingreditur, ut dignitatibus deferatur. recte ergo et deuotus deo dicit: intret dignitas mea coram te. habet et christianus dignitatem suam, qui tanto imperatori militat.

15. Sunt maximae et uerae fidei dignitates, sunt honorum diuersi et apud Christum ordines: posuit deus in ecclesia primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. sed istae administrantium dignitates ⟨sunt⟩. sunt etiam priuatorum, ut est pietas iustitia sobrietas castimonia disciplina.

3 Ioh. 10, 9 12 cf. Col. 4, 3 14.15.16.22 *Ps. 118, 170 25 *I Cor. 12, 28

1 incredulis *Rm1* 2 potest *Mm1* 4 ianuam igitur *O* 5 forte] *add.* et *Ov* regis conspectum *O* ingrediantur *R* 6 terrenum *Ov* 7 uideri *NTa* 9 beniuolentiam *Am1* beneuolantia *GM* suscipiatur *AO* prius *O*, *add.* hic *a* ingressus] *add.* est *Aav* 10 *pr.* quit *GM* *alt.* quit *AGMR* 14 *Graeca corrupta in codd.* εἰσέλθοι τὸ] εισελθατω *a* εἰσελθέτω *v* 15 est] *add.* intret *Aav* *pr.* et *om. Pa* fuerit *GMm1* fecerit *cet. av* 17 regem rogas *v* regem] *add.* te *a* 19 est postulanda *av* 20 rogas *OPm2av* ingrediatur *Pm1* 22 et *om. GM* 26 primum *O* secundum *O* 27 sunt *addidi*

2 sunt etiam orationis dignitates, si pro uidua roges, si roges pro pupillo, si roges pro misericordi, roges pro nimium deuoto ac fideli, si roges in tribulatione, roges cum dolore, si maesto et ipse qui rogas compatiaris affectu. intrat oratio tua dei gratiam, intrat domum eius, si tecum ecclesia deprecetur, si populus uniuersus inploret, ut domini inclinet fauorem.

16. Quid autem rogat? ut eruatur, ut liberetur, eo quod iam diu aduersus nequitias spiritales, aduersus temptamenta huius saeculi proelietur, eo quod graue est satis longaeuo cursu istius uitae diuturnam sustinere militiam. denique et infra dicit: heu me quod incolatus meus prolongatus est! ingemescit enim, quod indefessas iugi labore tendat excubias; ideo petit a tot aduersantibus liberari nec cum terrenis hominibus uult habere consortium.

17. Sequitur uersus tertius: *eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.* eructat hymnum, qui potest dicere: bonus enim odor Christi sumus deo, et bene eructat, qui plurima et suauia praecepta domini gustauerit. eructat hymnum qui eructauerit uerbum. denique et Dauid ante eructauit uerbum bonum, hic eructat hymnum. bonum enim panem gustauit qui descendit e caelo, bonum
2 panem, quem si quis manducauerit non morietur in aeternum. habet uerbum dei epulas suas, alias fortiores, ut est lex et euangelium, alias suauiores, ut sunt psalmi et Cantica canticorum. eructabat hymnum ecclesia uel anima pia, cui dicebat deus uerbum: insinua mihi uocem tuam, quia uox tua suauis

8 cf. Eph. 6, 12   10*Ps. 119, 5   15 Ps. 118, 171   17*II Cor. 2, 15   20 cf. Ps. 44, 2   21 cf. Ioh. 6, 50   25*Cant. 2, 14

1 orationis] honores *O*   2 misericordi *NOav* misericorde *Mm2* misericordia *cet.*, *add.* si *av*   4 *pr.* intret *M*   5 uniuersos *AGm1Rm1*   9 uitae *OPm2v*, *om. cet. a*   10 me] mihi *N*   11 ingemiscit *AGOPm2Rav*   12 excubias] *add.* et *Ov*   15 Sequitur—tertius *om. a*   uersus *om. N*   III *AGOP*, *om. MN*   eructuabunt *OPR*   16 ymnum *MNR*   17 eructat *A* (*passim in hoc capite*) eructuat *cet. a* (*passim*) eructauit *v*   17.19.21 ymnum *NOR*   19 eructuauerit *OPa*   20 eructat] eructuauit *MN*   21 de caelo descendit *av*   de *NO*   24 canticum *Rm2*   eructuabat *GMPRa*   25 ecclesia ymnum *O*   dei *MNa*

est. eructabat hymnum, cui dicebat: fauum destillant labia tua, o sponsa; mel et lac sub lingua tua.

18. Sed non potest quis ante eructare hymnum, nisi didicerit iustitias dei et didicerit ab ipso domino deo suo. ideo hoc specialiter Dauid petit, ut eum doceat deus; audierat enim et cognouerat in spiritu, quia unus magister est, et ideo ubique ipsum doctorem fieri postulabat, ut ab ipso disceret iustificationes eius. quo- 2
modo enim cantare potest in metu positus et timore poenarum? quomodo cantare potest grauium sibi conscius delictorum, nisi prius fiat ueniae securus? denique in posterioribus habes: quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?, in qua inpugnetur, in qua captiuetur in lege peccati, in qua defleat atque deploret suae captiuitatis aerumnas.

19. Et tu ergo ede scripturarum caelestium cibos et ede, ut permaneant tibi in uitam aeternam, et ede cotidie, ut non esurias, ede ut repleans, ede ut uerborum caelestium eructes saginam. spiritales epulae non obesse solent, sed prodesse satiatis, ideoque repleri uolebat propheta, qui dicit: repleatur os meum laude tua, ut cantem gloriam tuam. qui cantat dei gloriam, hymnum domino cor eius eructat.

20. Sequitur uersus quartus: *loquetur lingua mea uerbum tuum, quoniam omnia mandata tua iustitia est.* qui didicerit iustitias dei, loquitur uerbum dei, et qui uerbum dei loquitur, otiosum uerbum non loquitur. otiosum uerbum est loqui opera hominum. ideo sanctus dicit dari sibi a domino gratiam, ut non loquatur os suum opera hominum, quia otiosum uerbum est, nec solum otiosum, sed etiam periculosum, pro

1*Cant. 4, 11 6 cf. Matth. 23, 8 10 Ps. 136, 4 12 cf. Rom. 7, 23 18*Ps. 70, 8 21*Ps. 118, 172 24 cf. Matth. 12, 36 26 cf. Ps. 16, 4

1 eructuabat *GMPRa* ymnum *R* distillant *GMNOPav* 2 o *om. b* 3 potes *M* eructuare *codd. praeter N, a* ymnum *GNOR* 4 hoc *om. MRm1* specialiter hoc *Nav* 5 eam *AGMNPm1Rm1* 6 ipsum] *add.* sibi *AOv* 7 diceret *A* quomo *A* 8 potest] *add.* quis *MNOv* 9 quomodo] *add.* enim *a* 11 cantauimus *M* 13 adque *Rm1* aerumnam *MOv* 15 permaneat *R* et *om. O* 16 ede ut replearis *om. O* spiritalis *Pm1Rm1* 18 laudem *AG* 19 tua] tuam *AGMm1, om. v* 20 ymnum *OR* eructuat *GMOPRa* 21 Sequitur—quartus *om. a* uersus *om. N* IIII *NOP, om. AGM* loquitur *O*

2 quo rationem reddituri sumus. omne enim uerbum otiosum quod-
cumque locuti fueritis, reddetis pro eo rationem. non enim mediocre
periculum est, ⟨ut⟩, cum habeas tanta eloquia dei et dei opera quae
fecit in Genesi, fecit in Exodo, fecit in Leuitico Numeris Deuterono-
mio, Iesu Naue, Iudicum libro, Regnorum atque Esdrae libris, fecit
in euangelio uel Actibus apostolorum, illis praetermissis loquaris
quae saeculi sunt, audias quae saeculi sunt. saepi aures
3 tuas spinis; utinam et linguam obsaepias, ne loquaris! sed,
quod peius est, circumdata est lingua tua spinis, quae conpungunt
et uulnerant loquentem quae mundi sunt. ideo aduersarius etiam
orantibus frequenter saeculares offundit cogitationes. si ergo non
debemus audire aliena uel superflua, quanto magis non debemus
obloqui, cum dicat unicuique nostrum scriptura uenerabilis: argen-
tum et aurum tuum alliga et ori tuo fac iugum
4 et pondus! alliga sensum tuum fida taciturnitate, alliga
sermones tuos, inpone iugum ori tuo, ne indomita uerborum ceruice
se iactet, inpone pondus, ut cauto omnia quae loquimur trutinemus
examine. quibus tamen spinis ut saepias aures tuas scriptura tibi
dicit nisi contrito corde et timore iudicii? salubriter ista conpun-
gunt, stimulant ista, non uulnerant, licet et uulnera utilia sint
amici.

21. Omnia, inquit, mandata dei iustitia est, quia sunt mandata iustitiae et ideo sine iustitia esse non possunt. mandatum dei est, ut diligas deum tuum. unde ait Paulus: qui

1 cf. Matth. 12, 36 7 Eccli. 28, 24 (28) 13*Eccli. 28, 24—25 (29) 19 cf. Ps. 50, 19 20 cf. Prou. 27, 6 22*Ps. 118, 172 24 cf. Deut. 6, 5 *Rom. 13, 8—9

1 sumus reddituri *v* omnem *Rm1* ociosum uerbum *O* otiosum *om. MNPRa* 2 locuturi *Gm1* fuerimus *Ov* redditis *GMPm1Rm1* reddemus *Ov* pro eo *om. GM* 3 ut *addidi* *alt.* dei *om. O* 4 numeri *AO* numero *R* 5 hiesu *AGMPR* libro *om. Aμ* hesdrae *ANPR* haesdrae *GM* 6 uel] in *a*, *add.* in *Ov* praemissis *Am1GMm1R* 7 sepis *AOR* 8 spinas *Gm1* linguam] *add.* tuam *Ov* obsepias *codd. av* ne loquaris *om. v*, *add.* quae saeculi sunt, audias quae saeculi sunt *Ta* 11 offundet *AMRm1* infundit *O* offendet *Pm1* non ergo *AMN* 13 nostrorum *M* 15 fide *GPm1Ta* 16 tuos] *add.* et *O* ceruice uerborum *ANav* 17 se] re *P* 18 ut *om. a* 19 nisi] *add.* quod *O* 20 sint *Pm1av* sunt *cet.* 22 inquid *Pm1* 24 ait] *add.* apostolus *a*

enim diligit proximum suum legem impleuit. scriptum est enim: non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur. si in ipso uerbo instauratur omne mandatum quod uerbum iustitia est — quid enim tam iustum quam ut diligas deum tuum et diligas fratrem tuum? —, utique omnia dei mandata iustitia est. sicut enim qui occidere potest fratrem ⟨fratrem⟩ utique 2 non diligit, qui adulterat fratris uxorem utique non diligit fratrem, qui furatur, qui concupiscit alienum utique non diligit eum quem fraudare desiderat, ita qui superbe despicit fratrem, qui eum deformare conatur, qui pascitur eius iniuriis, a consortio caritatis alienus est.

22. Sequitur uersus quintus: *fiat manus tua saluum facere me, quoniam mandata tua elegi.* aduentum domini uidetur orare, quia manus dei Christus est. ipsum legimus dexteram dei, de quo supra ait: dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me. cur ergo hic manum dixit, nisi forte non solum propter diuersitatem gratiae, quam scripturae non praetermittere solent, sed etiam propter quandam proprietatem manuum dictum est, ut ibi dextera dicatur, ubi scribitur quod exaltauit eum uirtute, hic manus, ubi intellegi oporteat quod eum humilitate seruauit? potest et sic intellegi manus 2 domini sicut dicitur in usu: 'magna est manus illius regis', hoc est magnus exercitus, et 'illius inferior manus est', ut etiam hic intellegamus: 'fiat adiumentum tuum atque subsidium, ut mittas angelos tuos, opem tuam, subsidia potentiae tuae ad liberandum populum

14*Ps. 118, 173 17 Ps. 117, 16 19 cf. Rom. 12, 6. I Cor. 12, 4 23 cf. Ps. 118, 153

1 enim *om. Ov* suum *om. R* implebit *Am1Rm1* 2 enim *om. AR* 3 si *om. R* 5 ipso] hoc *a* 6 quam *om. codd. praeter O, a* 8 potest] petit *O* fratrem *addidi* suum *add. a* 10 concupiscet *Am1GMPm1Rm1* 14 Sequitur—quintus *om. a* uersus *om. N* V *AGOP, om. MN* 16 est *om. M* 17 dexteram] dextera *A* qua *Na* dextera—18 uirtutem *om. T* 20 scripturae *scripsi* scriptores *codd. av* 21 manuum *Mm2Om2av* manum *cet., om. Om1* 22 eum] cum *OPRTa* *alt.* ubi] uerbi *Am1* ibi *Gm1* 23 eum] cum *codd. a* intellegere *AGMNOPm1Rm1, fort.* potes *(sic legit O)*—intellegere 'manus domini' 25 inferiorem *Pm1* est manus *Nav* 26 adque *N*

tuum'. haec est manus dei de qua scriptum est: nonne omnes ministri spiritus qui mittuntur in ministerium propter eos, qui futuri erunt heredes salutis? qui ergo elegit mandata dei, utitur confidentia, ut cum auctoritate deposcat sibi diuina subsidia.

23. Sequitur uersus sextus: *concupiui salutare tuum, domine, et lex tua meditatio mea est.* alius longaeuitate uitae istius delectatur et concupiscit usque ad depositae finem senectutis corporis huius uitam producere. alii franguntur aegritudinis infirmitate, de quibus nemo potest dicere: cum infirmor, tunc potens sum. beatos se putant, si inoffensa ualitudinis commoditate potiantur, quibus non est infirmitas ad
2 salutem. horum quoque nemo potest dicere: concupiui salutare tuum, domine; suam enim magis salutem quam salutare dei quaerunt, medicis potius quam scripturis oboedientes. contraria autem studiosis diuinae cognitionis praecepta medicinae sunt; a ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione medi-
3 tationis abducunt. itaque qui se medicis dederit, se ipsum sibi abnegat; qui autem quaerit salutare dei, Christum sequitur, qui dicitur salus dei, non quae corporis, sed quae aeterna sunt quaerens, cum hoc in corpore conuersetur. qui autem salutem dei quaerit, die utique et nocte meditatur in lege. iugis illi meditatio est diuinorum decretorum neque aliqua cura corporis huius auertitur a studio disciplinae.

24. Sequitur uersus septimus: *uiuet anima mea et laudabit te, et iudicia tua adiuuabunt me.* futurae

1 *Hebr. 1, 14  6 Ps. 118, 174  10 II Cor. 12, 10  12 cf. II Cor. 12, 9  13 Ps. 118, 174  19 cf. Act. 28, 28  21 cf. Ps. 1, 2  25 Ps. 118, 175

1 hoc *ARm1*  2 spiritus] *add.* sunt *Na*  3 erunt *v* erant *codd.* sunt *a*  4 eligit *Pm2*  6 Sequitur—sextus *om. a*  uersus *om. N*  VI *AGNOP*  9 finem *O*  tempora *post* senectutis *add. Tm2a, om. cet.*  senectutis finem *v*  10 aegritudines *Pm1*  12 ualetudinis *v*  14 domine *Pv, om. cet.*  salutem magis *AR*  15 potius] *add.* sunt *a*  16 cogitationis *MNPm1*  medicina *ARm1*  sunt medicinae *v*  sunt *post* studiosi (*sic*) *tr. a*  17 mentis *NT*  21 cum] ut *Pm2*  in *om. GMNPRTa*  conuersetur (*ex*—atur *O*) *Ov* conseruetur *cet. a. add.* quod salus quaeritur *a*  22 meditetur *AGMNPm1Rm1a*  23 uertitur *O*  25 Sequitur—septimus *om. a*  uersus *om. N*  VII *AGNOP*  uiuit *AGPRm1a*  26 iudia *A*

utique uitae, non praesentis sibi remuneratione blanditur. haec
enim uita quomodo dici potest, de qua scriptum est: et in pul-
uerem mortis deduxisti me? quam multi uiuentes
in inferno sunt! ipse Paulus cupiebat de mortis huius corpore libe- 2
rari, qui uere concupiuit salutare dei dicens: dissolui enim
cupio et cum Christo esse, multo enim meli-
us; permanere autem in carne magis necessa-
rium quam uoluntarium. quomodo ergo uiuit anima operta
mortis inuolucro aut quae est uita, quae in umbra est? in regione 3
umbrae mortis sumus, abscondita est uita nostra; non libera; erit
enim libera in regione uiuorum, in qua fiduciam conplacendi
iustus adsumit, ut placeat domino in regione uiuorum. ibi ergo uiuet
anima nostra, ubi nihil mortale, nihil infirmum amicta sit, nihil
debitum poenae.

25. Ibi laudabit dominum, ubi deposito infirmitatis corpore conformis esse coeperit gloriae corporis Christi. nam dum in peccato sumus, plene laudare qui possumus? peccatori enim dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? in umbra sumus hic positi, in umbra uiuimus, in umbra laudamus; perfecte in umbra laudare non possumus. in terra aliena sumus; denique audisti in posterioribus dicentem: quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?

26. Adiuuant autem iudicia dei sanctos, cum bonis operibus
remuneratio uitae confertur aeternae. beatus qui dicit: et iudi-
cia tua adiuuabunt me. ego infirmus, ego peccator timeo
iudicia dei propter conscientiam delictorum, mihi terrorem adferunt,
me exagitant; sanctos adiuuant. sed tamen iuuabunt etiam pec-
catorem, licet diuerso modo. sanctus adiuuabitur, dum probatur, 2

2 Ps. 21, 16 4 cf. Rom. 7, 24 5*Phil. 1, 23—24 9 cf. Esai. 9, 2 10 cf. Col. 3, 3 12 cf. Ps. 114, 9 16 cf. Phil. 3, 21 17 Ps. 49, 16 21 Ps. 136, 4 24 Ps. 118, 175

4 corpore mortis huius *av* 5 uere] uiuere *O* cum salutari *O* 6 esse cum christo *O* enim *exp. R, om. v* 8 opera *AMRm1* 11 libera] libere *ARm1* 12 deo *O* uiuet *scripsi* uiuit *codd. av* 13 infernum *AGNPTm1* inferna *Tm2* 15 laudauit *M* 17 bene *M* qui] quid *ANOPRTa* 19. 20 in umbra laudamus *et* in terra aliena sumus *om. codd. praeter O, a* 21 dicentem *scripsi* dicentes *codd. av, cf. p. 497, 10* 27 iuuabunt] adiuuabunt *Pm2* 28 probabitur *Pm2Rm2*

peccator adiuuabitur, dum humiliatur, dum castigatur, ut peccata soluat duplicia, dum opus eius exuritur, ut ipse saluus fiat, sic tamen quasi per ignem. fortassis etiam sic conuenit sensus: si dignus fuero iudicio, dignus ero ut exuar consortiis impiorum, quoniam non resurgunt impii in iudicium, et iuuabunt me iudicia, quoniam qui credit in domino non iudicatur. proderit illi fides et suffragabitur ad ueniam, etiamsi qua in operibus offensa sit.

27. Sequitur uersus octauus: *errraui sicut ouis quae perierat. uiuifica seruum tuum, quoniam mandata tua non sum oblitus.* Graecus habet: quaere seruum tuum, hoc est ζήτησον, et potuit falli scriptor, ut scriberet ζῆσον, quod est uiuifica. sensus quidem uterque constat, sed oportunior est huic loco: quaere seruum tuum, quoniam ouis quae errauit quaerenda est a pastore, ne pereat. ideo dicit 'erraui'. dic et tu iniquitates tuas, ut
2 iustificeris. quod lapsum fateris, in eo tibi cum omnibus commune consortium est, quia nemo sine peccato. negare hoc sacrilegium est — solus enim deus sine peccato est —, confiteri hoc deo inpunitatis remedium est. erraui, inquit — sed qui errauit in uiam potest redire, in uiam reuocari potest — et pulchre addidit: sicut ouis quae perierat; non enim perit qui agnoscit errorem.

28. Quaere, inquit, seruum tuum, quoniam mandata tua non sum oblitus. ueni ergo, domine Iesu, quaere seruum tuum, quaere lassam ouem tuam, ueni, pastor, quaere

1 cf. Esai. 40, 2  2 cf. I Cor. 3, 15  5*Ps. 1, 5  6 cf. Ioh. 3, 18  9*Ps. 118, 176  11.14 Ps. 118, 176  15 cf. Luc. 15, 4  16*Esai. 43, 26  22*Ps. 118, 176  24*Ps. 118, 176

1 humiliabitur *AR*  4 iudicio ut exurar, dignus ero consortiis *O*  a consortiis *v* consortio *a*  5 iudicio *O* iudicia *Pm2*  adiuuabunt *Mm2Na*  6 qui *om. Rm1*  dominum *O*  non *om. a*  7 illis *Mm1*  et] ut *Pm1*  9 Sequitur—octauus *om. Na*  VIII *AGP* ultimus *ORv, om. M*  10 tuum] *add.* domine *Pm1*  mandatorum tuorum *MNPa*  11 gregus *Pm1*  12 ζήτησον] *lacuna in M*  et *om. GM*  13 quidem] tamen *O*  14 opportunior *v*  18 nemo] *add.* est *R*  20 inquid *Pm1*  in uia *a*  21 reuocari potest] *add.* in uiam *a*  pulcre *NR*  22 periit que *O*  24 inquid *Pm1*  26 lapsam *N, cf. p. 342, 23*

sicut oues Ioseph. errauit ouis tua, dum tu moraris, dum tu uersaris
in montibus. dimitte nonaginta nouem oues tuas et ueni unam ouem
quaerere quae errauit. ueni sine canibus, ueni sine malis operariis, 2
ueni sine mercennario, qui per ianuam introire non nouerit. ueni
sine adiutore, sine nuntio, iam dudum te expecto uenturum; scio
enim uenturum, quoniam mandata tua non sum
oblitus. ueni non cum uirga, sed cum caritate spirituque mansuetudinis.

29. Noli dubitare relinquere in montibus nonaginta nouem oues
tuas, quia in montibus constitutas lupi rapaces incursare non possunt.
in paradiso semel nocuit serpens; amisit ibi escam, postquam
Adam inde depulsus est; illic iam nocere non poterit. ad me ueni,
quem luporum grauium uexat incursus. ad me ueni, quem eiectum 2
de paradiso serpentis diu ulceris uenena pertemptant, qui erraui
a gregibus tuis illis superioribus. nam et me ibidem conlocaueras,
sed ab ouilibus tuis lupus nocturnus auertit. quaere me, quia te requiro,
quaere me, inueni me, suscipe me, porta me. potes inuenire
quem tu requiris, dignaris suscipere quem inueneris, inponere umeris
quem susceperis. non est tibi pium onus fastidio, non tibi oneri est 3
uectura iustitiae. ueni ergo, domine, quia, etsi erraui, tamen mandata tua non sum oblitus, spem medicinae reseruo.
ueni, domine, quia et erraticam solus es reuocare qui possis et quos
reliqueris non maestificabis; et ipsi enim peccatoris reditu gratulabuntur.
ueni, ut facias salutem in terris, in caelo gaudium.

30. Ueni ergo et quaere ouem tuam non per seruulos, non per
mercennarios, sed per temet ipsum. suscipe me in carne quae in

1 cf. Gen. 37, 14  2 cf. Luc. 15, 4  6 *Ps. 118, 176  7 cf. I Cor. 4, 21  20 Ps. 118, 176  23 cf. Luc. 15, 6—7

1 dum tu uersaris *om. codd. praeter O, a*  2 ouem *om. NOav*  3 *alt.* ueni *om. O*  4 mercenario *Mv*  6 enim] *add.* te *μ*  7 spiritusque mansuetudine *codd. praeter A, av*  10 quia] quas *Rm2*  11 paradyso *AMNR*  12 pulsus *O*  ad—13 incursus *om T*  13 grauis *O*  14 paradyso *AMN*  serpentini *Tm2a* (serpentis *participium est*)  diu] diri *Ov*  quia *av*  16 ouibus *a*  quaere—requiro *om. APR*  quia] *add.* ego *av*  18 dignare *Pm2* digneris *Rm2*  inueniris *GRm1*  humeris *GMNOPav*  19 est tibi oneri *O*  oneri est] oneris *AR* honeris *P*  20 nectura *Mm1* uictura *NPm1*  tamen *om. O*  21 reseruo] require *Pm2*  22 quia et] *add.* ouem *Ov*  terraticam *Mm1*  23 mestificaris *O* gratulantur *O*  26 mercenarios *Mv*  -met *om. O*

Adam lapsa est. suscipe me non ex Sarra, sed ex Maria, ut incorrupta sit uirgo, sed uirgo per gratiam ab omni integra labe peccati. porta me in cruce quae salutaris errantibus est, in qua sola est requies fatigatis, in qua sola uiuent quicumque moriuntur.

31. Pulchre autem etiam *uiuifica* potest dici, eo quod mori non possit quem humeris suis uirtus portauerit.

32. Dicit ergo et anima, dicit et ecclesia: *erraui sicut ouis quae perierat*; sed ⟨et⟩ dicit: *quaesiui quem dilexit anima mea.* hoc est dicere: *uiuifica seruum tuum, quoniam mandata tua non sum oblitus.* ego te quaesiui, sed inuenire non possum, nisi tu uolueris inueniri. et tu quidem uis inueniri, sed uis diu quaeri, uis diligentius indagari. nouit hoc ecclesia tua, quia non uis ut te dormiens quaerat, non uis
2 ut iacens te inuestiget. denique pulsas ad ianuam, ut excites dormientem, exploras, si cor uigilat et caro dormit. uis iacentem leuare dicens: *surge qui dormis et exsurge a mortuis.* mittis manum per cauernam, ut surgat, et, si tardius surrexerit, derelinquis. uis ut quaerat iterum et quaerat a multis et non obliuiscatur quaerere; non obliuiscatur sermones tuos. ut, si tenet eos, offeras te uidendum, non refugias teneri.

33. Quae cum te meruerit amplecti, ostendet fructus suos, docebit non oblitam se mandatorum tuorum, dicet tibi: *ueni, frater meus, exeamus in agrum, et in foribus nostris omnis fetus arborum, noua et uetera, frater meus, seruaui tibi.* hoc est dicere: 'teneo man-
2 data omnia noui et ueteris testamenti'. sola hoc dicere ecclesia potest. non dicit alia congregatio, non dicit synagoga, nec secundum litteram noua tenens nec secundum spiritum uetera. non dicit hae-

5.7.9*Ps. 118, 176 8*Cant. 3, 1 14 cf. Cant. 5, 2 16 Eph. 5, 14
17 cf. Cant. 5, 4—6 22*Cant. 7, 11.13 (12.14)

1 sara *M* 4 fatigati *N* 8 et *addidi, cf. p. 503, 20* 9 est] *add.* enim *NOav* 14 te iacens *av* 16 et *om. O* 17 derelinques *A* derelinqueris *R* 18 uis *om. P* et (*ante* non) *om. M* 19 ut *scripsi* et *codd. av* 20 offeres—refugies *Rm2* refugias] *add.* te *APR* et *GMv* 21 meruerit te *O* ostendit *GMNPRm1a* fructos *A* 22 dicetque *Rm2av* 23 floribus *Mm2N* 24 omnes *ANO* 25 mandata] *add.* tua *ANOv* 26 ecclesia dicere *P*

resis Manichea: 'uetera seruaui tibi', quae prophetas non suscipit. merito dealbata cernitur quae utriusque fulget gratia testamenti.

34. Respondet ei sponsus: *pone me ut signaculum in cor tuum, ut sigillum in brachium tuum.* quae noua et uetera seruasti mihi. signaculum meum es, ad imaginem meam es et similitudinem. fulget in te imago iustitiae, imago sapientiae, imago uirtutis. et quia imago dei in corde est tuo, sit 2
et in operibus tuis, sit effigies euangelii in tuis factis, ut in tuis moribus mea praecepta custodias. effigies euangelii erit in te, si percutienti maxillam alteram praebeas, si diligas inimicum tuum, si crucem tuam tollas et me sequaris. ideo crucem ego pro uobis portaui, ne tu propter me portare dubitares.

35. Audierunt hoc filiae Hierusalem, quod iam dominus Iesus sibi ecclesiam copulabat et, quia considerantes magnitudinem uerbi imparem tantis nuptiis aestimabant, ne forte copulae pondus sustinere non posset, excusant dicentes: *soror nobis parua et ubera non habet.* sic enim qui uolunt differre nuptias 2
excusare consuerunt, ut praetendant inmaturae aetatis infirmitatem et adstruant, quod ubera non habeat, quae nubilis significant tempus aetatis. hoc solet symbolum commune omnibus uirginibus esse nupturis, ut, cum ubera coeperint eminere, tunc coniunctioni habiles iudicentur.

36. Turbatae igitur, quod studio dilectionis urgeat nuptias sponsus, dicunt: *quid faciemus sorori nostrae in die qua loquitur in ea?* uel, ut Symmachus, *qua*

2 cf. Cant. 8, 5 et tractat. 5, 7 3*Cant. 8, 6 9 cf. Matth. 5, 39 10 cf. Matth. 5, 44.16, 24 16*Cant. 8, 8 24*Cant. 8, 8 25 Symmachus Cant. 8, 8

1 manichaea *Gav* suscepit *Om1* 3 respondet *scripsi* respondit *codd. av* 5 seruas *O* 6 imago iustitiae *om. P* 7 dei es, in corde tuo est, sit *a* tuo est *Nv* 11 sequaris me *O* uobis] te *GMa* 12 propter me *MNTa* propter te *AGPR* pro te *Ov* 14 tibi *PR*, *om. N* 15 imparem] imperare *O* imperarem *R*, *add.* in *Rm2* forte] *add.* tantae *Oav* 16 possent *GMOPm2Ra* possit *N* dicens
*def. P* *Rm1* nobis] nostra *AMm2Nav* 17 hubera *GM* habet] *desinit P* 18 consueuerunt *O* infirmitates *O* 19 habeatur *Am1* habentur *GRm2* habent *Mm1O* habetur *Rm1* quae] quoniam *O* nobis *AOR* nobilis *GMm1* 20 solum *O* symbolum *om. O* 21 esse nupturis *om. O* emittere *N* coniunctione *Mm1* 23 ergo *O* 25 loquetur *ORav*

*loquitur ei*, hoc est: sponsalium celebritate solet fieri conlocutio et confirmatio nuptiarum. quid ergo faciemus, dicunt turbatae, quia urgetur coniunctio spiritalis? a tantis nuptiis excusare non possunt; nemo est enim qui copulam uel animae et spiritus uel Christi et ecclesiae non beatam putet. sed quia plenitudo uerbi uel spiritus sancti uibrat et fulget et nihil est quod ei possit aequari, ideo differre desiderant, ut illa dilatione uel anima uel ecclesia possit esse perfectior.

37. Dicunt ergo: *si murus est, aedificemus super eum receptacula; et si ianua est, sculpamus super eam tabulas cedrinas.* murus est anima sancti. habet et ecclesia muros suos, quae iam perfectior dicit: *ego ciuitas munita.* hic est murus qui habet duodecim portas apostolicas, per quas populo nationum patet ingressus in ecclesiam. sed murus quamuis ambitum totius urbis includat, tunc tamen est munitior, cum receptacula habuerit praeparata, in quibus propugnatores urbis tutum speculandi ac tuendi possint habere subsidium. sed quia rationabilis haec ciuitas est et omnis spes eius in dei uerbo est, non ferrea, sed argentea ei propugnacula requiruntur, eloquiis caelestibus magis quam corporis uoluptatibus hostiles impetus repulsare consueta. eo fulta praesidio, eo splendore fulgens habilior Christi copulae iudicatur.

38. Et quia ianua Christus est, qui ait: *per me si quis introierit saluabitur*, et ecclesia ianua nuncupatur, quia per ipsam patet populis aditus ad salutem. sed ne haereticorum corrumpatur tineis aut uermibus, dicunt filiae Hierusalem, uel angeli uel animae iustorum: *aedificemus super eam*

9*Cant. 8, 9 12*Esai. 27, 3 23 Ioh. 10, 9 26 cf. Prou. 25, 20 27*Cant. 8, 9

*def. P* 1 loquetur *Ov* loquatur *a* est] *add.* qua *O* 4 enim est *MNav* copulam animae uel spiritus *O* 5 putent *R* 6 uerbo *R* *alt.* et *om.O* 7 ei] illis *GMNOav* *uerba* ideo—8 perfectior *hoc loco omissa in AR post* super eam *(lin. 27) extant* desiderant differre *M* 9 aedificamus *GMRm1* 11 caedrinas *AR* 12 et *om.O* 13 habet] het *A* duodecim] VII *R* 15 orbis *R* 17 spectandi *NTa* 18 rationalis *Ma* haec rationabilis *AOR* *pr.* est *om.b* uerbo dei *O* 21 refulgens *Ov* 25 aditus *om.A* sed *om.AORv* ne] neque *AR* 26 corrumpitur *A* corrumpantur *MNO*

tabulas cedrinas, hoc est fidei sublimis bonum odorem; est enim suauis huius materiae odor, quam non uermis, non tinea corrumpat. ideo huius materiae usus eligitur tectorum fastigiis eleuandis 2 formandisque litterarum elementis, quibus aetas puerilis ad studium liberalis eruditionis inbuitur. est ergo materia ista sublimis ad gratiam, leuis ad onus, suauis ad odorem, utilis ad instrumentum scientiae, habilis ad ministerium cognitionis aeternae.

39. Sed quemadmodum sponsam suam diligens Christus urgebat ad copulae spiritalis sollemnitatem, ita et ecclesia uerbi decore iam capta festinabat ad nuptias. ideoque morarum et dilationis inpatiens, quas filiae Hierusalem innectere gestiebant, dicit: ego murus, et ubera mea turres, hoc est: nolite dubitare utrum murus sim — illae enim dixerant: si murus est —; ego, inquit, murus sum et non parua ubera habeo, sed ut turres ubera mea sunt. quomodo 2 dicitis quia non habeo ubera? sensus, ut turres, habeo sapientiae, in quibus est abundantia, sicut scriptum est: et abundantia in turribus tuis. his uberibus, id est sensibus, habilem se tantis nuptiis aestimabat, sed filiae Hierusalem adhuc non poterant aestimare, quia sensuum eius abundantiam non uidebant.

40. Et addidit: ego eram in oculis eius tamquam inueniens pacem, hoc est: deliberatis de meis sensibus, cum pacem dei inuenerim, quae superat omnem mentem et custodit et corda et sensus in Christo Iesu. talis, inquit, eram in oculis sponsi qualis quae habet pacem; scriptum est enim: qui recte quaerunt pacem, habebunt eam testimonium. festinantibus igitur dilecto atque dilecta celebrata coniunctio spiritalis est mutuo expetita consensu.

41. Ideoque tamquam nuptiale canens carmen exultauit spiritus in propheta dicens: uinea facta est Salomoni in

11*Cant. 8, 10 13 Cant. 8, 9 15 cf. Cant. 8, 8 16 Ps. 121, 7 20*Cant. 8, 10 22 cf. Phil. 4, 7 24*Prou. 12, 20 ?? 29*Cant. 8, 11

*def. P* 4 formatisque *O* 5 est *om. M, post* ista *add. m2* 8 urguebat *GM* 9 et *om. M* 10 moraseum *R* 12 turris *AN* 13 enim *om. O* 14 turris *AR* 15 *pr.* habes *Mm2N* ubera *v* uberes *codd. a* ut] quae *GMNTa* 19 sensus *GMNT* 20 eius] tuis *Gm1* 21 de *om. O* 22 exsuperat *av* 23 *alt.* et *del. R. om. NOv* corda *Gm2NOTav* corpora *cet.* 25 recte quaerunt] requirunt *N* 26 dilectio *O* 28 ideo quia *M*

Belamon; dedit uineam suam his qui seruant.
clamat ergo spiritus: plantata est congregatio populorum et uitis
aeternae radice fundata et spiritalia sub iugum uerbi corde
mansueto colla subiecit; plantata autem in multitudine nationum.
hoc enim intellegendum 'Belamon' Symmachus, Aquila aliae-
2 que traditiones Graeco sermone docuerunt. repudiata est uetus
copula quae fructum adferre non poterat, data est uinea nouis fi-
delibusque cultoribus, qui non solum facere fructum possent, sed
etiam custodire. una igitur ouis errauit, sed reuocata totius spatia
orbis impleuit; unam ouem error abduxerat, sed multitudinem po-
pulorum domini gratia congregauit. errauit homo, sed ecclesia iam
murus est et murus ualidus. errauit Adam, murus est Dauid qui
mandata dei non est oblitus.

42. Custodita igitur et uallata haec uinea munimine spiritali
mille fructus dat Christo, ducentos autem fructus custodibus. ideo-
que ait ecclesia: uitis mea in conspectu meo; mille
Salomoni, et ducenti seruantibus fructum.
2 perfectio et plenitudo Christi est, portio seruulorum. habes hoc
mysterium in Genesi, ubi quinque partes Beniamin fratri iuniori
tribuit Ioseph, singulas reliquis fratribus. domino igitur quinque
sensuum portio et praerogatiua defertur, quam illi utique tribuit
ipse quem diligit, sicut dilexit et Paulum, cui dedit ad euocandas
gentes sapientiae principatum.

43. His igitur fructibus delectata ecclesia dicit ad Christum: qui sedes in hortis, amici intendentes uoci

2 cf. Ioh. 15, 1 et p. 434, 7 5 Symmachus et Aquila Cant. 8, 11 9 cf. Luc. 15, 4 16*Cant. 8, 12 19 cf. Gen. 43, 34 22 cf. Eph. 3, 8 25*Cant. 8, 13

*def. P* 1 bethlamon *O* belammon *a* Beelamon *v* iis *v* 2 et] ut *codd. praeter O* sed *a* 3 aeterna *AR* fundata radice *Ov* 4 mansuetudo *GR* mansueta *M* subiciat *Tm2* autem] *add.* est *Av* 5 enim] *add.* esse *v* intellegendum] *add.* est *Om2* belammon *Oa* Beelamon *v* symachus *GMN* ut symmachus *Rm2* 6 traditionis *Rm1* translationes *Mm2Nav, cf. p. 196, 13* 7 nobis *AR* fidelibus quibusque *A* fidelibus quoque (*ex* quosque) *R* 8 fructum facere *AR* possint *O* 9 orbis spacia *O* 10 implebit *GMm1R* 13 oblitus non est *GMNOav* 14 hae *GRm1* 15 *alt.* fructus *om. a* ideo (*om.* que) *M* 21 quam illi] quia mille *R* ille *A* 22 ipsi *A* 25 sedis *Rm1* intendentes] *add.* sunt *AMNav*

tuae; uocem tuam insinua mihi. delectabatur enim, quod in hortis Christus sedebat et in hortis positi amici intendebant uoci eius. sed quia amici illi de caelestibus erant archangeli uel domi- 2
nationes et throni — homines enim expulsi de paradiso fuerant propter inoboedientiam caelestium mandatorum atque ideo adhuc ecclesia uocem eius non poterat quam cupiebat audire —, ideo ait: uocem tuam insinua mihi. unde et nos, si uolumus eum in nobis sedere, simus horti clausi atque muniti, feramus uirtutum flores, gratiae suauitatem, ut disputantem cum angelis dominum Iesum audire possimus.

44. Sed quia futurum erat, ut, cum ad plenitudinem ecclesia peruenisset, persecutionibus uariis temptaretur, ideo, cum uerbi gratia delectaretur, subito cernit insidias persecutorum, et quae plus sponso quam sibi timeret, aut quia a persecutoribus Christus magis adpetitur in nobis, ideo ait: fuge, frater meus, et similis esto tu capreolae aut hinulo ceruorum super montes aromatum. propter infirmos fugiat, 2
qui temptamenta grauiora ferre non possint. ideoque scriptum est, ut de ciuitatibus ad ciuitates fugiamus et, si nos in hac ciuitate fuerint persecuti, fugiamus in aliam. propter infirmos igitur, ut diximus, fugiat aut fugiat ab infirmis et transeat ad montes aromatum, qui pro martyrio odorem possint beatae resurrectionis adferre. montes aromatum sancti sunt. ad eos confugit Christus, quia fundamenta eius in montibus sanctis. ad eos igitur confu- 3
git qui sunt eius stabilia fundamenta; in nobis fugit, in illis fida statione consistit. mons igitur aromatum Paulus est, qui potest dicere: bonus enim odor Christi sumus deo, mons

3 cf. Col. 1, 16   6*Cant. 8, 13   8 cf. Cant. 4, 12   15*Cant. 8, 14   19 cf. Matth. 10, 23   23 Ps. 86, 1   27 II Cor. 2, 15

*def. P*   1 enim] eam *A*   2 quod] qui *O*   4 paradyso *AGNR*   5 adhuc *om. O*   6 eius] *add.* audire *Na*   audire non poterat quam cupiebat *O*   8 in hortis *O*   uirtute *G*   9 cum *om. MNORa*   12 persecutionis *Rm1*   ideoque *a*   15 in nobis adpetitur *M*   fuge—16 aut *om. codd. praeter O*   16 hinnulo *GMOav*   17 fugiet *AG* fuge *O* fuget *Rm1* fugit *Rm2av*   18 ferre *om. O*   possint *Engelbrecht* possunt *ATa* possent *cet. v*   ideo (*om.* que) *AOav*   21 *pr.* fugiat] *add.* persequentes *av*   22 possit *Oa*   23 qui *O*   25 eius] ei *O*   27 sumus christi *M*

aromatum Dauid, cuius orationis odor ascendebat ad dominum, et ideo dicebat: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

45. Symmachus tamen et Aquila interpretati sunt, quod Christus dicit ad ecclesiam: quae sedes in hortis, hoc est: iam in hortis sedes superno digna paradiso, et ideo uocem tuam insinua mihi cui amici intendunt; ego quoque eam audire desidero. coepit in hortis esse ecclesia, postquam in hortis passus est Christus.

2 Ps. 140, 2 4 Symmachus et Aquila Cant. 8, 13 5.6*Cant. 8, 13 8 cf. Ioh. 19, 41

*def. P* 1 deum *Om2* 4 tamen] autem *Na* 5 dicat *MOv* sedis *Rm1* 6 sedis *G* digna] *add.* es *GMNa* paradyso *AR* 9 Christus] *add.* Explicit de psalmo CXVIII sancti ambrosii mediolanensis urbis episcopi FINIT *AR* Explicit *G* Finit deo gratias amen *O* Explicit litera de (*sic*) XXII et ultima *T*

# INDEX LOCORVM.

* * *

---

# CORRIGENDA.

Pag. 21, 21 *infra lege* III Reg. 19, 4 *pro* 19, 17.
— 78, 14 *in adnot. lege* iniquitatis.
— 413, 22 *infra lege* Sammon.

---